Google

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI IV FASCICVLVS II

MILITEM GLORIOSVM CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXC

T. MACCI PLAVTI

MILES GLORIOSVS

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A GEORGIO GOETZ RECOGNITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI IV FASCICVLVS II

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXC

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

'Ad Militem gloriosum e membranis Ambrosianis tres et viginti pertinent, quarum ordinem nexumque pristinum haec quam infra posui tabula ostendit.'

A. a	
215. 216 = 1—17. 18—36	
361. 362 = 37—55. 56—73	
B. b	
C. c	XLV
367. 368 = 147—162. 163—176	
221. 222 = 177—192. 193—211	
D. d	
269. 270 = 249—264. 265—278	
E. e	
F. f	
275. 276 = 344—358. 358—373	
281. 282 = 374—391. 392—406	XLVI
G. g	
H. h	
287. 288 = 467—481. 482—500	
I. i*)	
289. 290 = 539—557. 558—576	
61. 62 = 577—595. 596—611	
K. k	
L. l	XLVII
55. 56 = 681—694. 695—711	
307. 308 = 712—732. 733—749	
M. m	

*) BCD 37 versus exhibent: unus potest intercidisse: cf. p. VIII.

433. 434 = 789—804. 805—819
421. 422 = 820—839. 840—860
N. n
O. o
P. p
Q. q
431. 432 = 991—1003. 1004—1016
445[b]. 446[b] = 1016—1026. 1027—1039 } XLVIII

435. 436 = 1040—1050. 1051—1064 (?)
R. r
S. s
407. 408 = 1122—1138. 1139—1154
417. 418 = 1155—1172. 1173—1189
T. t
U. u
445[a]. 446[a] = 1255(?)—1269. 1270—1283 } XLIX

427[a]. 428[a] = 1284—1305. 1306—1322
V. v
X. x
379. 380 = 1392—1406. 1407—1422
381. 382 = 1423—1436. 1437 — Men. inscr.
Y. y
Z. z
427[b]. 428[b] = Men. 57—75. 76—91 } L

'A tantae multitudinis laude dolendum est magno intervallo earundem integritatem membranarum distare: quarum hodierna condicio cum diversissima est tum maxima ex parte perquam miserabilis.' Namque parum veteris scripturae superstes est in paginis 433, 434, 421, 422, 431, 432, 445[b], 446[b], 435, 436, 445[a], 446[a], 427[a], 428[a], 382; pessime habitae sunt pag. 215, 216, 367, 62, 55, 407, 408, 417, 418, 379, 380, 381: in reliquis res melius cessit. In universum autem qualis singularum schedarum condicio sit multo facilius ac melius quam verba possunt Studemundi apographon ostendit. Has autem qualicunque modo habitas reliquias post Ritschelium iterum inspexit Geppertus: qui quae sibi visus est rectius quam Ritschelius legisse in Studiorum Plaut. fascic. 2

p. 11—32 edidit. Post eum multo felicius codicem tractavit Gustavus Loewe, quamquam, id quod sibi proposuerat, operam suam secundis curis retractare non potuit. Partem earum lectionum, quas Loewius enotaverat, protulit Otto Ribbeck Mus. Rhen. vol. 36 (a. 1881) p. 116—119 et in ipsius fabulae editione. Cum tamen dubitari nullo modo posset, quin iterata cura opus esset, aestate anni 1888 ipse maiorem schedarum partem denuo cum codice conferre ausus sum labore ut insolito ita haudquaquam infructuoso, quamquam difficillimos locos expedire non potui, alios omnino non temptavi. Hac igitur emendata collatione usus sum: quod hoc loco commemorasse satis habeo, cum infinitum taedium creaturus fuerim, si accurate mea a Loewianis seiungere voluissem. Vbicunque autem Ribbeckius aliter de Loewii lectionibus rettulit quam ego, me mea additamenta non semel a Studemundo confirmata secutum esse moneo. Praeter hanc collationem diligentissime adhibui Studemundi apographon dudum desideratum: quae utroque testimonio munita inveni, nullo verbo adiecto posui: quae Loewius atque ego sive solis oculis sive probabili ratiocinatione ducti codici dari posse putavimus, cum Studemundus, utpote qui apographon confecturus esset, aut nihil aut lacunam testaretur, uncis inclusi: quae solus Studemundus legerat, diserte illi tribui: ubi maior discrepantia lectionis fuit, utrumque testimonium attuli. Loewianarum autem lectionum partem aliquam iam Studemundum in apographo conficiendo ante oculos habuisse ex adnotationibus eius elucet: de reliquis discrepantiis non ita multis, si occasio feret, codicem denuo examinare consilium est. Geppertianas lectiones quibus et Loewius et Studemundus usi essent, abieci, nisi ubi illum primum poetae verba ex A correxisse dicendum fuit.

'Quodsi deperditarum membranarum intervallis eas fabulae partes contuleris quae inter superstites membranas mediae sunt, nihil incongrui reppereris praeterquam in duabus scaenis, eisque eo metro conscriptis, quod longe certiorem quam regnans in hac fabula septenariorum genus computum admittit. Nam primum cum inter v. 500 et 539 in Pala-

tinis libris senarii exstent triginta septem, efficitur ad complendas paginas *I. i* versum unum deesse. Quo integriorem fuisse Ambrosianum hoc tibi firmius persuadebis, quo evidentius ipsius sententiae lacunam is versus prodit qui inter 526 et 529 habetur vulgo.*) Difficilius de sede alterius lacunae statuitur, quae ad paginas *B. b. C. c* spectat. Hae enim cum versuum LXXVI multitudinem requirant, tamen inter v. 74**) et 147 hodie tantum LXXII leguntur: quo accedunt scaenae inscriptioni destinati duo. Nisi igitur in Ambrosiano putabis aliquot versus vel errore iteratos esse vel accessisse ex interpolatione, quorum neutrum aliqua probabilitatis specie commendatur, poeta credendus erit duos senarios addidisse qui hodie desiderentur, vel fortasse tres, si suppositicio illo 132 carebat Ambrosianus. Qui ubi exciderint, quia in sententiis nihil admodum hiat, cum aliqua confidentia definiri nequit. Potuit post commemoratum v. 86 sq. nomen graecae comoediae accedere poetae nomen: potuit versui 92 aliquid praecedere, quo *itaque* particula insequentis versus etiam aptius et tanquam explicatius quam nunc ad v. 91 referretur: item potuere post v. 144 talia addi, a quibus lenius quam nunc fit ad v. 145 transiretur. Omnium tamen proximum a similitudine veri nescio an hoc sit ut, quoniam *nam* particula eius versus, qui vulgo excipit versum 94, commodum explicatum vix habet, non transponendo potius sanus sententiarum ordo restituatur, quam lacunae significatio in hunc modum fiat:

Maiorem partem uideas ualgis sauiis.
* * * * * *
Nam ego hau diu aput hunc seruitutem seruio.
Id uolo uos scire, quomodo ad hunc deuenerim —.

Tantum de Ambrosiano. Reliquorum librorum hic usus fuit, ut per totam fabulam scripturae discrepantiam afferremus e *BCDFZ.' B* codicem cuius lectiones Ritschelianas mul-

---

*) Quamquam de hac re aliter iudicandum videtur: cf. adn. crit. ad hunc versum.

**) Dicendum fuit: 73. Igitur unus tantum deest versus, nisi unum bipertitum fuisse putamus cum Studemundo.

tas emendaverat Lorenzius Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 578 sqq., 32 (a. 1873) p. 270 sqq., 406 sqq., iterum excussit in meum usum Augustus Mau, cuius collatio exceptis paucis quibusdam locis Lorenzii lectiones confirmat: ubi id minus fiebat, Mauium secutus sum: sed discrepantiae, si a locis aliquot, quibus Lorenzium errasse certum est, discesseris, leviores sunt. Vna tamen in re magis discedit Mauius et a Ritschelio et a Lorenzio: nam cum illi duas in hac fabula correctorum manus distinguere soleant praeter Camerarii manum recentissimam, hic correctiones omnes eadem nota complexus secundae manui assignare maluit: Ritschelii certe rationem, qua singulas scripturas inter secundam et tertiam manum distribuit, praefracte negavit probari posse: aut omnes aut paene omnes correctiones eiusdem manus esse et oculos docere et ex eo apparere, quod in posteriore parte fabulae simul omnes deessent. Cuius viri experientiae ac iudicio obtemperandum fuit. Ceterum moneo Ritschelium quoque correctionum longe plurimas manui secundae, tertiae non ita multas adscripsisse. — Codices Decurtatum (*C*) et Ursinianum (*D*) summa cura excussit Fridericus Schoell: cuius adnotationibus non video quid addam nisi unum: in *D* praeter duas correctrices manus etiam tertiam saepius eum discrevisse, quam ubi commemoravi ne cum D^2 aut D^3 confunderetur, simpliciter 'aliam manum' correxisse dixi.

Praeter hos autem libros Ritschelius, 'ut exempla exstarent', in scaena prima, ex parte etiam in argumentis metricis, ex codicibus *EGHKLMNP*, in paenultima et ultima ex *XY* lectiones attulit, quos libros partim in praefatione Trinummi, partim in huius fabulae editione accuratius descripsit: quae exempla cum satis videretur si in proecdosi extarent, nunc et lectiones et descriptiones omisi. Eorundem autem codicum noviciorum auctoritatem cum minime superent 'Vaticani' illi Lipsii, quos Ritschelium secutus saepius in apparatu commemoravi, etiam quae de his disputata sunt omisi: praesertim cum summam eorum quae ibi exposita sunt ipse Ritschelius Opusc. vol. II p. 20 adn. complexus sit. Disputationem autem de interpolatione noviciorum librorum iterare nequivi nisi ratione habita eorum, quae recentissimo

tempore de eadem re ab aliis prolata esse vidi: quod paucis verbis fieri non potuit. His igitur omissis ad reliqua transeo, quae de re cricita in proecdosi monita sunt.

'Ad bonos . . . libros *BCD* quod attinet, sciendum est singularem rationem primi et tertii cum in aliis quibusdam fabulis tum praeter ceteras in Milite glorioso esse. Nam cum *C* correctiones habeat perpaucas easque a prima manu tantum non omnes, contra non unius sed duorum correctorum manum *B* et *D* experti sunt: quo fit ut toties in annotatione nostra *Ba Bb Bc Da Db Dc* notae redeant. Quanquam minime credendum est sat certo ubique potuisse vel tertiam a secunda manu distingui, vel illud explorari utrum, quae correctiones non sunt a tertia manu aperte recentiore profectae, ipsi primae debeantur an alteri non recentiori vel vix recentiori prima. In hoc igitur genere praestiti quod potui, non curans tamen manum omnium recentissimam quae est Camerarii. Praeterea simplicitati atque perspicuitati eo consultum esse volui quod plerumque non distinctius simul et molestius enarravi quid litterarum apicumve correctoris manus et erasissent induxissentve et adscripsissent superscripsissentve et adiectis signis quibusdam sociassent dissociassentve: quae corrigendi genera multis in locis tam multis modis miraque varietate coniuncta sunt et tanquam complicata ut, nisi qui lithographi arte utatur, ad fidem codicis illa repraesentare prorsus nequeat: sed quod breviter et plane integras voces posui quas restitui corrector voluisset. Quanquam hoc quoque in genere non est mirum quaedam satis dubia esse et ambigua. Omnium autem acerrime in id incubui ut, quid ante rasuram et lituram, quae plerumque fortissima fuit, *B* scriptum habuisset, investigarem: quod ubi nullo modo licebat, punctis evanidarum numerum litterarum notavi. Saepe enim prima manus vel verum vel veri vestigia quamvis tenuia aut obscurata servavit sola: non minus saepe tamen atque adeo saepius quam exspectes idem librarius, sive archetypo lectu difficili imperite usus sive oscitanter bono, tam vitiosa perscripsit, eis ut codicum *CD* memoria manifesto praestet. Vtriusque autem generis scripturas secunda manus mutavit ad talis codicis exemplum,

qui ipsorum *CD* simillimus fuit: quo facile perspicitur, quoties vere correcta, toties fere magis corrupta Plauti verba esse. Verum in hoc non acquiescens eadem manus alia non pauca, et haec quoque partim vitiosa partim non intellecta integerrima, nullo adhibito libro mutavit arbitratu suo nec raro infelicissime. Quibus omnibus recte pensitatis intelleges non esse Veteris codicis correctiones unius certae normae lege generatim censendas, sed singulis in locis sola ratione duce aestimandas.'

'Omnino autem non sine miratione intellectum iri puto, quam male habita haec fabula per Palatinos codices et Vaticanum ad saeculum XV sit propagata: prae cuius depravatione incredibili modica est Trinummi depravatio. Quanquam vel sic habemus quod depravationem nobis gratulemur non consilio potius quam neglegentia hominum et iniquitate temporum natam. Et cum in quibusdam rebus libri illi ipsius antiquitatis vestigia multo quam in Trinummo constantius servarint, quo praeter cetera pertinet *t* litterae usus in *at aput ſet it quit quot* et cognatis, tum corruptelae quoque longe plurimae certis generibus continentur quorum incredibilis frequentia. E quibus mira incuria illa designanda est qua, ut exemplis rem declarem, non modo *bona* et *bonam*, *poſſe* et *poſſem*, sed etiam *bona* et *bonum*, *poſſem* et *poſſet*, omnium autem creberrime *poſſe* et *poſſet* cum parilibus omnibus perpetuo inter se permutantur: quod facile existimatur quanti sit ad colloquentium sermones recte iudicandos definiendosque. Vt in Militem Plautinam illud cadat imprimis quod magnus Scaliger dixit *vetusta manuscripta sterquilinia esse e quibus elici posse aurum*. Quod ut eliciatur reapse, magna prudentia opus est qua mediam viam quandam insistentes nec nimium quaeramus in naevis solo casu ortis quantumvis miris et saepe monstrosis, nec ut nugas tricasque quamuis levidenses litterarum discrepantias neglegamus ipsius manus Plautinae indices. Tanta est autem mea sententia iamiam adultae artis criticae vis et fides, ut non nimis diffidam etiam e corruptissimis, si minus Plautina, at non indigna Plauto atque adeo Plautinorum simillima erui posse, modo quattuor potissimum rerum observatio accedat acerrima. Sunt autem eae integri-

tas linguae latinae, concinnitas numerorum, sententiae sanitas, consuetudo Plautina. Quorum generum nullum est quin in eo nimia editorum patientia peccatum sit multifariam. Et consuetudinis quidem, non eloquendi tantum, verum etiam sentiendi cogitandique, tanto gravius in emendatione apparet pondus esse, quanto latius observandi spatium pernoscendique copiam uberiorem scriptoris amplitudo praebet. Itaque cum in praecipuis virtutibus Plauti praeter alacrem vigorem collaudari solitum concinna simplicitas sit et facilis perspicuitas, magis etiam mirum videri debet tot non modo ineptas et frigidas et elumbes, verum etiam misere hiulcas et argute contortas et mirabili obscuritate laborantes vel sententias vel sententiarum constructiones tamdiu incogitanter toleratas esse. Nihil nunc dicam de ipsius legibus grammatices, quibus cum editorum ignavia an libido haud raro illuserit, elusi sunt ipsi: metricae autem disciplinae severitatem, qualem prolegomenis Trinummi communivi, non possum quin profitear Militis tractatione non modo comprobatam mihi esse atque confirmatam, sed aliqua ex parte etiam maiorem apparuisse quam statueram ante. Sic, ut uno exemplo utar, nunc pernovisse videor quod dubitantius suspicatus eram, cur Plautini non sint tales numeri:

Ibi erát bilibris aquális sic proptér cados.

Quippe anapaestum ars vetuit binorum vocabulorum consociatione fieri, quorum prius in media anacrusi finiretur: eaque elegantiae observatio, quantum intellexi, constans est apud hunc poetam, rudem scilicet et expertem artis, si audimus artis expertes, et misere contortuplicatis syllabis simulacra quaedam versuum potius quam versus edidisse contentum.'

'Exemplis, quae breviter significavi, comprobare mihi nunc longum est, facile ei qui annotatione mea quantumvis parca recte et cum iudicio uti volet. Qui quidem cum illud facile intelleget, non minorem ex Milite quam e Trinummo emendata fructum in augendam latinae linguae scientiam redundare, quo et lexicographorum et grammaticorum libri multifariam emendentur, sed hoc quoque haud aegre sibi persuadebit, nihil a me nisi religiose pensitatis et ab omni parte consi-

deratis rationibus positum esse. Possum profecto in quibusdam falli, possum in multis: qualia cum minime dubitem quin sagaciores aliquando vel correcturi sint vel perpolituri probabiliter, tamen idem confido id non timiditate potius quam audacia maiore effectum iri. Nam tantum fugere qui sapiunt vix potest, saepicule sine aliqua audacia nihil profici in instaurando Plauto, quo teste *qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit:* modo via ac ratione coercita audacia in temeritatem ne vertat, solido autem fundamento hoc nitatur, ut tralaticiae memoriae et per aliquot saecula propagatae futtilitate probe perspecta atque e communi conspectu utiliter remota operae pretium factum esse etiam sine certa veri indagatione videatur. Omninoque, ut dicam quod sentio, mirabiliter abuti ratione existimo qui, dum criticae artis modestam audaciam sibi scilicet negatam exosi increpant hoc genus universum et contra felicem ingenii usum omnem lapidem movent, adeo sibi non constant ut multo maiorem audaciam exosculantes miris explicandi artificiis et interpretandi praestrigiis insolentissima quaeque male creduli excusent temereque defendant quae nec dicta sunt unquam nec potuerunt dici, ut quae nec latina sint nec Plautina ac saepe ne sana et humana quidem.'

'Reliquis autem corruptelae generibus cum gravius esse hoc soleat quod integrorum versuum interpolatione continetur haud raro cum partium transpositione coniuncta: quoniam unum eiusmodi ex Milite exemplum accidit ut per nuperam opportunitatem academicam paulo explicatius tractarem, eo commentariolo non abs re esse duxi hanc praefationem terminare pauculis tantum mutatis additisve. Est autem hic.'*)

'Militis gloriosi versum 185 quae excipiunt, quoniam aliter in aliis libris prodita sunt et cum gravissima quidem discrepantia, eorum codicum memoriae, e quibus per quattuor saecula editores Plautini pependerunt, Ambrosiani te-

*) Hanc disputationem repeti ipse Ritschelius voluit, ut ex adnotationibus marginalibus constat. Quamquam igitur de singulis differt meum iudicium, Ritschelii voluntati obtemperavi, cum praesertim qui hunc locum difficillimum tractaverunt plerique omnes a Ritschelii verbis profecti sint.

stimonia ex adverso posuimus. Et cum ex illis unus aliquis sequendus esset, Decurtatum *C* delegimus cuius scripturam omni fide . . . repraesentaremus, nisi quod propter chartarum nostrarum angustias cum illius tum Ambrosiani versus nonnulli in binos dispescendi fuerunt.

Earũ quearte et diſciplinam optineat colerem · et quẽ admodũ .
Vt eũ qui hic ſe vidit uerviſui,cta uinctane eſſe uiderit .
Siquidem centienſ hic uiſafit tamen inficiaſ eaſ .
Hoſ habet linguam perfidiam militia atq; audatia .
Confidentia confirmitatem fraudulentia .
Quiarguat ſeevm contra uincat iure iurando ſuo .
Domi habet animum falſilocom falſificum falſi iurium .
Domi doloſ domi delenifica facta domi fallaciaſ .
Nam mulier holitorinum quam ſupplicat ſigua eſt mala .
Domi habet hortũ etcondim̃ta adomniſ moliſ mili-ficoſ .

PROFECTOUTNEQUOQUAMDEINGENIODEGREDIATURMU
LIEBRI
EARUMQ·ARTEMETDISCIPLINAMOPTINEATCOLERE ⁊
QUEMADMODŨ
UTEUMQUISEHICUIDITUERBISUINCATNEISSEUIDERIT
SIQUIDEMCENTIENSHICUISASITTAMENINFITIASEAT
OSHABETLINGUAMPERFIDIAMMALITIAMATQ·AUDACIAM
CONFIDENTIAMCONFIRMITATEMFRAUDULENTIAM
QULARGUATSEEUMCONTRAUINCATIUBEIURANDOSUO
(nullum hic in codice spatium)
DOMIDOLOSDOMIDELENIFICAFACTADOMIFALLACIAS
NAMMULIERHOLITORINUMQUAMSUPPLICATSIQUASTMALA
DOMIHABETHORTUMETCONDIMENTAADOMNISMORESMA
LEFICOS

Visus est Plautus integro versu ditari Ambrosiani beneficio:

Prófecto ut ne quóquam ingenio dégrediatur múliebri:

sic enim una *de* vocula deleta numeris esse consultum sibi persuaserunt. Et tamen ne hoc quidem in loquendi genus Plautinum convenit: quod postulat in talibus praepositionem. Quocirca valde suspectum Trinummi v. 265 *quasi saxo saliat* pro *de saxo.* Et in ipsa Milite non potuit II 3, 33 *recipiat se pabulo* dici: ubi non *e pabulo* cum Camerario scribendum, sed cum Bothio *a pabulo.* Nec recte eiusdem scaenae v. 37 se habet *illac haec se hospitio edit foras:* pro quibus ex optimorum librorum vestigiis *illac hec ſunmtoſpicio, illac haec ſum oſpitio, illachec ſe ⊢oſpitio,* efficitur *illa ex suo se hospitio eduxit ſoras:* nam *eduxit* ut a Lambino asciscatur, non *dedit* a Lipsio nec *edidit* a Grutero Bergkioque, numerorum concinnitas suadet quam Proleg. Trin. p. CCX. CCCXXVIII Bentleio duce commendavimus. Sed in Ambrosiani illo versu multo etiam gravius, non editores, sed artis peritos offendit pravissimo accentu positum atque in prima syllaba productum *profecto.* Quod vitium ne defendas vitio, sciendum est Militis septenarium II 3, 19, qui talis est in codicibus, numeris omnino nullis:

SC. Profecto uidi. PA. tutin? SC. egomet duobuſ hiſ oculiſ meiſ,

aut sic esse instaurandum:

SC. Pól profecto uídi. PA. tutin'? SC. égomet his oculís meis —

aut similiter. Praeterea quid est tandem in Ambrosiani additamento illo, quo referre *earumque* possis in proximi versus principio consequens? Quod spectare ad *mulierum* apparet, non ad *muliebri.* Nec vel eis opera ullo modo successit, qui ab interpolatorum codicum h. e. a Vaticani *D* memoria *Parumque* profecti *Paret* invexerunt, vel his qui ea voce prorsus eiecta hanc totius versus speciem commenti sunt:

Artem et disciplinam obtineat et colorem. PE. quemadmodum?

Nam praeterquam quod ad sententiam mire languent et tanquam claudicant subiecta *et colorem* verba, nec *et* est in ullo

codice, nec *colorcm* vel in Ambrosiano vel in *D*, qui *colcrem* habet ut *C*, sed in uno *B* et a secunda tantum manu in *D:* unde Italus corrector effecit, quod veteres editores propagarunt, *color est.* Quid multa? scriptum fuit *colere:* atque elegantissimo genere loquendi dicitur *artem et disciplinam colere.* Ita autem quoniam *obtinere* verbum constructionis ratio respuit, in hoc necesse est aliquid naevi lateat. Quod quale sit, ilico perspexeris ubi illud reputaveris, parum causae Periplecomeno esse cur *quemadmodum* quaerat, si Palaestrionis sententiam satis profecto planis verbis illis declaratam perceperit: *ne quoquam de ingenio muliebri degrediatur:* nec planis tantum, sed eisdem prae illis ipsis quae subiunguntur languidissimis. Etenim dubitari nequit, si quem usum et Plauti habemus et librariorum, quin pinguissimum interpretamentum in verba poetae irrepserit, idque tale: *profecto ut ne quoquam de ingenio mulierum degrediatur earumque* . . . . . , una constructione ut assolet conglutinata scriptoris et interpretis oratione. Superest ut, quae verba Plautina immisso *earumque* glossemate expulsa sint, indagetur. Cum autem poetae verbis *artem et disciplinam* . . . . *colere* respondeat haec pars interpretationis *de ingenio degrediatur mulicbri:* consequens est ut, quae relicta pars est *profecto ut ne quoquam,* interpretatio sit deperditi versus principii. Sic igitur, nisi omnia fallunt, scripsit poeta:

Ne hercle usquam artem et disciplinam abstineat
colere. PE. quemadmodum?

Nam *abstinere* infinitivo etiam Curcul. I 3, 24 iunxit: *mi abstineant inuidere.*'

'Accidit aliquoties ut etiam in antiquissimos libros glossemata irrepserint, quae criticae artis ratio et disciplina investiget: longe longeque saepius factum est contrarium, ut a minus antiquorum interpolationibus liberi sint antiquiores. Quare quo quis codex antiquior est, eo maiorem fidem habere in eis partibus solet quas omittit. Eam ratiocinationem cum in illum versum accommodamus, quem cum Palatini exhibeant, ignoret Ambrosianus:

Domi habet animum falsilocum, falsificum, falsiiurium:

etsi non negamus fingi potuisse *falsificus* adiectivum, tamen

et concedendum est non minus fingi a quovis litterato homine quam a Plauto potuisse, et mirationem illud excitat, quod tam ferax in hoc compositorum genere poeta illo tamen alibi nunquam usus est. Verum quod *falsifico* largimur, numqui etiam ad *falsiiurium* defendendum valere credetur? Cui etsi nec ex editoribus interpretibusve nec e lexicographis accusator extitit, tamen vehementer veremur ne infamiam ille vel aquae et ignis interdictionem non magis quam aliquis *periurius* effugiat. Huc accedit numerorum insuavitas, quae qua re contineatur expositum est Prolegom. in Trin. p. CCXXXVII: accedit denique ipsa sententiae exilitas, cum nihil in toto versiculo insit quod non et concinnius et nervosius in vicinis dictum sit.'

'Resecto igitur uno panno, quo liberi manserunt Palatini: item resecto altero, quo Ambrosianus non est deformatus: reliquum est ut tertium removeamus, qui Plautino nitori in utrisque adhaesit. Nam Plauti esse etiam illum negamus:

Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam:

ubi accusativos libri praeter *C* servarunt omnes. Quaeris qui tantam iudicii severitatem atque adeo atrocitatem tueamur? Primum quod tam atroces septenarios h. e. omni caesura destitutos Plautus non fecit: quode eisdem illis Prolegomenis dictum est p. CCLXXV sq. Deinde quod latine locutus est, non barbare: pessimum autem vocabulum *confirmitas* tamdiu habebimus quamdiu, quibus illud placuit, exempla non protulerint *confirmus* adiectivi.'

'Nuncine igitur, qui octo relicti sunt ex undecim versibus, recte se habent? Non ita vero. Nam quod saepissime alibi, id hic quoque factum est, ut ad verborum sententiarumque interpolationem accederet pristini ordinis turbatio. Ac primum quidem apertum est non suo loco illum versum positum esse *Qui arguat se* . . . . : quem ipsa argumenti propinquitas cum v. 31 et 32 sociat. Praeterea perversum esse apparet in fine demum subsequi comparationem cum horto et condimentis factam, praecedere autem ea quae ad eam ipsam comparationem ita spectant, ut hinc demum vim et lucem accipiant: illa dicimus quibus, quae sint mulieris con-

dimenta, explicatur. Quibus incommodis sic, si quid video, sat commode Palaestrionis sermo liberabitur:

Vt eum, qui se hic uídit, uerbis uíncat, ne iste uíderit.
Qui árguat se, eum cóntra uincat iúreiurandó suo.
Síquidem centiéns hic uisa sít, tamen infitiás eat.
Nám mulier holitóri numquam súpplicat, si quást mala:
Dómi habet hortum et cóndimenta ad ómnis molis máleficas.
Dómi habet os, linguám, perfidiam, málitiam atque audáciam,
Dómi dolos, domi délenifica fácta, domi fallácias.

In quibus duo esse a dubitatione defendenda intellegimus. Primum enim quaeri potest, ex illis duobus versibus, qui excipiunt primum, uter sententiae vi ita praevaleat ut eo ad fortius progredi oratio credenda sit. Nam in priore quidem et *arguere* et *iurare* plus est quam *uidere* et *infitias ire* in altero: contra plus est in hoc *centiens* quam in priore *semel*. Praetulimus hoc, quod centenis infitiandi exemplis aptius continuari malarum ad infitiandum artium varietas visa est. Alterum est, quod paenultimum versum fortasse licuerit sine ulla mutatione servare post tertium sic collocatum:

Siquidem centiens hic uisa sit, tamen infitias eat:
Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam.
Nam mulier holitori numquam supplicat, si quast mala:
Domi habet hortum et condimenta ad omnis molis maleficas,
Domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias.

At ita etsi videri potest ad horti comparationem paullo lenius transiri, tamen parum concinne duobus locis malarum artium commemoratio discerpitur, eaeque res quae ad condimentorum et notionem explicandam et vim extollendam quam maxime faciunt *(os, lingua, perfidia, malitia, audacia)*, inconsultius occupantur. Hoc autem qui concesserit, si vel sic tamen non opus esse illius versus mutatione contenderit qui in libris scribitur *Os habet linguam* e. q. s.: reputet quaesumus quid elegantia requirat et consuetudo in eo genere cui anaphorae nomen rhetores fecere. Recte vel sic dicitur: *Os habet, linguam .....*, *dolos habet, habet delenifica facta,*

habet fallacias, vel sic uti nos scripsimus: omitti autem in primo membro, quae vox in posterioribus sermonis membris omnibus constanter repetatur, id et insolens est et inficetum. Ergo qua ratione versus 30 initium ex eiusdem versus interpretamento redipisci nobis visi sumus, eadem vel simili ratione huius in quo versamur initium servatum esse in insiticio additamento illo *Domi habet animum* e. q. s. disputamus.'

'Vnum restat, nondum expeditum nostra sententia. Vix enim concedi poterit scriptum esse a Plauto *condimenta ad omnes moles* (vel *omnis molis* potius) *maleficas*, quod e Palatinorum memoria a se erutum Scioppius commendabat, probare recentiores solent. Nam *omniſ moliſ malificoſ* in *B* est a prima manu, in *omniſ moleſ malificaſ* mutatum a secunda, *omniſ moliſ milificoſ* in *CD*. Nunquam autem in tanta consimilium notionum frequentia *moles* Plautus pro *machinis* dixit. Quod sentiens ut videtur, simul autem masculini generis vestigiis inhaerens Camerarius *omnes mores maleficos* edidit. Et *hominum mores maleficos* dixit sane poeta Cas. IV 2, 4, sed ratione a Palaestrionis sermone alienissima. Cui id potius dicendum est, quas ad res ipsi mores muliebres, qui cum condimentis comparantur, usui sint. Exspectatur 'ad omnis artis' vel similis notio: verissimoque iudicio Lipsius 'latet' inquit '*ὕπουλον* ulcus'. Id igitur quale sit indagare alios iubemus: in perpaucis enim hoc est Militis ulceribus, quibus nos medicinam excogitare omnino nullam potuerimus.'

Iam vero in reliquis ne iusto longior fiat praefatio brevissimus ero. Ac primum quidem discriptionem versuum qualem *B* exhibeat accurate in adnotatione me commemorasse moneo: eam autem quae est in *CDFZ* abiecisse. — Nomina personarum partim recte tradita sunt, ut *Artotrogi*, *Palaestrionis*, *Philocomasii*, *Milphidippae*, *Acrotelcutii*, *Carionis*, partim ab aliis iam correcta sunt. *Periplecomenum* senem vocari primus vidit Ritschelius Proleg. Trin. p. 88, quamquam *Periplectomenus* in libris esse solet; cf. Koenigius de nom. propr. p. 13. Quas Bergkius excogitavit formas *Periphlegomenus* (Opusc. I p. 208) vel *Peripetomenus* (ibid. p. 5) editores merito reiecerunt. Non minus certum est *Pleusiclem* adulescentem appellari, non *Pleusidem*, quam formam aliquo-

tiens codices exhibent. *Scceledrus* cum defensionem habeat a paronomasia versuum 289, 330, 494, non est cur mutetur, quamvis unde impositum sit hoc nomen servo nesciatur. Bergkius margini adscripsit *Sceleprus* (= σκελιφρός). Miles appellatur *Pyrgopolinices*, non *Pyrgopolynices*, quam formam praeferunt Benselerus, Birtius, alii. Nam de Polynice qui cogitant, non satis reputaverunt, tali nomine hominem irrideri potius quam appellari potuisse; qui πολυνίκην eum esse volunt, iocosam exaggerationem videntur delere. Cf. Ritschelius Opusc. vol. III p. 328. De *Lurcionis* nomine mihi persuasi Fleckeisenum loco ad v. 843 allato verum vidisse: adde Ritschelium Opusc. vol. III p. 320.

Quam diu animo agitavi commentationem de fabulae compositione, eam, cum nimis succrevisset disputandi materies omittere malui. De contaminatione post ea quae docte et subtiliter exposuerunt Lorenzius, Schmidtius, Ribbeckius, Langenus non dubito: neque minus complures scaenas retractationis habere vestigia apertissima certum est. Sed ut saepe difficile est, alterius utrius rei vestigia singillatim persequi, ita coniuncta contaminatione cum retractatione difficultas mirum quantum augetur. Quidquid de his quaestionibus prolatum esse inveni, in adnotatione quam paucissimis verbis significavi. — De tempore non video quid eis opponam, qui a versibus 210 sqq. profecti circiter a. 550/204 fabulam primo actam esse existiment. — De graeco exemplari conferenda sunt praeter Lorenzii praefationem ea quae Ribbeckius 'Alazon' p. 55 sqq. protulit. — Eis quae de ipsius fabulae per omnes fere gentes vagatae fatis disseruerunt cum alii tum Ribbeckius l. s. s. p. 72 sqq. adde doctam commentationem Eduardi Zarncke (Mus. Rhen. vol. XXXIX p. 1 sqq.).

Anni quadraginta et unus praeterierunt, ex quo Ritschelii editio emissa est. Post eum fabulam retractavit Fleckeisenus, bis ediderunt Brixius et Lorenzius, ter Tyrrellius, semel praeter Ussingium Ribbeckius, cuius simul elegantissima exstat translatio. Ad has editiones accedunt commentationes plurimae cum eorundem virorum, ut Brixii, Lorenzii, Ribbeckii, tum aliorum, quo in numero

praeter ceteros commemorandus est Seyffertus. Ex horum inventis mihi adsciscenda fuerunt longe plurima, quibus ad emendanda poetae verba usus sum. His demum diebus in meas manus pervenerunt Theodori Hasper 'ad Plauti Militem Gloriosum marginalia' commentationibus Fleckeisenianis (ed. Lips. 1890) inserta (p. 171—186), quae hoc loco excerpam:

V. 24. Nisi únum: epityra illa éstur. — 187—194. Diversarum actionum vestigia certissima in his esse Hasperus censet. — 217. Tíbi ego dico: cántheriata's uéstis! me scis te ádloqui. — 298. Íterum si id uerúmst tu ei custos ádditu's qui es périeris. — Dúm ego in tegulís sum, illaec se suópte hospitio edít foras. — 360. Dispéssis manibus pátibulum quom adbétuis. SC. Quamnam ób rem? — 438. "*Αγλυκὺς* es tu, non *γλυκεῖα's*: meo' iterum commendat. — 451. Dómiciliumst, Athénis domus est. SC. Át erus! PH. At ego istám domum. — 465. Qui aéque faciat cónfidenter quíd quam faciunt múlieres. — 534. 'Complexam' tutatur Hasperus. — 555. Eandem scripturam quam ego recepi commendat Hasperus. — 584. Qui ne íd adimatur ne íd quod uidit uíderit. — 585 et 588 alterius esse recensionis vult Hasperus. Versu 585 *de me* = *deme* ioci causa dictum esse: cui respondere illud *adimatur*. — 595. Ibo íntro ne mi múlta fortis eó fuat (vel 'obfuat'). — 655. Ó lepidum semídeum. V. 651—656 delet Hasperus. — 659. Tú's quidem edepol qui ómnes mores ád uenustatém uoces. — 676. *tasen* ex *sat* glossemate natum esse putat Hasperus; id duobus locis in textum irrepsisse (*comitas*). — 747. *inicit* glossema esse vult (uoluptatem inicit). — 779. cúpiunt conminíscier. — 799. PE. Aúdio: ‖ Né me surdum esse árbitrare atque ásperis tuis cáue meas ‖ Aúris uerbis uérberassis. PA. Si aúdis, ego rectis meis ‖ Mé dabo: abs e. q. s. — 809. PAL. Rogo ego té tamen. — 824. LV. Demísit ardim in ámphoram cellárius. — 843. pro *Lurcio* conicit Hasperus *Volpio*. — 878. falsa haéc sit, Periplecómene. — 883. hóram oratiónis. — 889. eaedem uéniet. — 895. AC. Mérs mala peióribus conuéniet. — 913. Quam rém ego milití darem (!). — 917. fundáta ac constitútast. — 997. Idem commendat Hasperus cum Leone. —

1005. oculís tuis uideas. PY. Vídeo id quod credó tibi. — 1025. 1026. quo pácto hoc Eilium appélli ‖ Velís uis? PA. Fero ad te cónsilium: quasi e. q. s. — 1073. risu átque animo moderári. — 1204. dona múlierei. — 1205. téte quoque donó dedi. — 1207. Ét ego id ago: te líberabo. — 1211. tuae uenít mihi. — 1247. tam a múliere ut amarétur. — 1255. scio edepol, sát scio. — 1259. oculís suis. — 1273. PY. Sed quíd uolt mecum agere ísta? *melius* = *miles*, h. e. PY., esse vult. — 1312. abeo. PA. Íllum uide hominém tibi. — 1319. facio. impíetas sit — PY. Scio. PL. Quám sapis (vel 'Euge ut sapis', vel 'Eu, quam sapis'. — 1333. morór, more, est quod málo. — 1337. Sí magis uis, míseram omittam. PY. Nólo: retine. PA. Adstó miser. — 1379. Ego núnciam conuéniam illum. — V. 1418—1423 postea adiecti sunt. — 1426. ego ted híc — PY. Carebo téstibus.

Ceterum ut in aliis fabulis ita in hac quoque me beneficio obstrinxerunt Fridericus Schoell et Oscarus Seyffert: quorum monitis multo saepius quam diserte dixi usus sum. His quod tertium se adiunxit virorum Plautinorum quotquot nunc sunt princeps, Alfredus Fleckeisenus, gaudebunt mecum quicunque hoc libello utentur. Partem admonitiuncularum potui adnotationi addere: quas non potui, praefationi una cum aliis quibusdam additamentis inserendas duxi.

Arg. I 3. 'ibi ipsus' Schoellius. — 45. 'Trigínta Sardos, séxaginta Mácedones ‖ Sunt ómnes quos' Seyffertus anacolutho admisso. — 64. Huc pertinere Festi Pauli glossam p. 121, 13 suspicatur Reitzensteinius 'Verrian. Forsch.' p. 67. — 267. 'ui pugnandod' etiam Max. Muellerus proponit Fleckeiseni Annal. vol. 113 (a. 1876) p. 699 = 'Essays' vol. II² p. 361. de eadem re cf. Woelfflinus 'Sitzungsber. der bayer. Acad.' a. 1890 p. 304. 'que' vix defendi poterit. — 303. 'Facere certumst' etiam Fleckeisenus commendavit. — 448. 'Án ista Philocomásium non sit átque alia eius símilis sit 'Schoellius. 'Án ista non sit Phílocomasium atque áltera eius símilis sit' Baierus Comment. philolog. ad M. Hertzium miss. p. 274. — 449. 'Mittis me an non mittis' tutatur Hinze de AN partic. p. 8: eodem v. *me* in adn. delendum est, ne in

libris deesse videatur. — 515—517. 'Vtrúm me expostu láre tecum aequóm siet, An méd expurigáre. haec tibi ⟨dicó⟩ prius' Schoellius. — 522. 'Ita fácere certumst. PE. Phílocomasium, tú cito' Sauppe Quaest. crit. (a. 1886) p. 16. — 595. 'Ibo íntro, ne dum absum ⟨ímperet Palaéstrio ‖ Et míhi pro mulso⟩ múlta e sortitú fuat' Schoellius. — 598. 'Consilium' Fleckeisenus. — 614. locus lacunis laborare videtur Seyfferto 'Quodne' tutato. 628. Adde testimonium Festi Pauli p. 61, 12: 'Capulum et manubrium uocatur gladii et id quo mortui efferuntur, utrumque a capiendo dictum. Sane a capio fit capularis.' cf. Reitzensteinius 'Verrian. Forsch.' p. 59. — 649. 'O lepidum senem hominem' Seyffertus. 'O lepidum semisenem' tutatur Schoellius. — 652. 'Ego necumquam' Schoellius. — 662. 'Íta apud omnis cónparebo tíbi res bonus actór frequens' Schoellius. — 692. 'Da qui faciam conpito atque' Schoellius. — 705. 'quid opus est gnatis mihi?' Schoellius. — 716. 'Nímis bona ratióne nimiumque ád te et tuam te uítam habes' Schoellius. — 754. 'fuit, oro' vel 'fuit, oro, hoc' Schoellius. — 789. Adde Festi Pauli gl. p. 61: 'Clientam pro cliente Plautus dixit': cf. Reitzensteinius l. s. s. p. 59. — 853. 'Sed in cella erat paulum nimium' vel 'nimisquam loculi lubrici' Seyffertus. — 919. 'fabri architectici' Seyffertus. — 935. 'probro iam oneratum' Schoellius. — 958. 'A lúculentaque ét festiua fémina' Schoellius. — Pro v. 1006—1009 octo versus habuit A: itaque omnes bipertitos fuisse credidi. Seyfferto aliquid in Palatinis intercidisse probabilius videtur. — 1013. 'considiorum' pro 'celatorum' Seyffertus, 'concelatum' Schoellius. — 1014. 'Immo etiam, si non celas' Redslobius 'N. Philol. Rundsch.' vol. VI p. 181. — 1023. 'Pedetemptim bene scis' vel 'Pedetemptim scin tu' Seyffertus. — 1028. 'materiem' Seyffertus. — 1035. 'quia tam te' et 'quia sic te' confusa esse vult Baierus in Comment. phil. ad M. Hertzium miss. p. 275. — 1046. 'haec illinc' Seyffertus. — 1054—1056. 'Mĭ Achílles fiat' et 'Age expróme 'Fleckeisenus. — 1070. 'ut facerest aequom' Schoellius. — 1090. 'Hic cum erast: ipsae clam' vel 'ultro clam' Seyffertus. — 1177. 'Fácito ut adueniás ornatus húc ad nos nauclérice' Seyffertus. — 1218. 'Video edepol, nunc' Seyffertus.

— 1319. 'facio: ut pietas sit' (vel 'est') 'PL. Quam sapis' Redslobius 'N. Philol. Rundschau' vol. VI p. 181. 'facio: ní pietas ∪ – ∪ – ‖ – ∪ – ∪ – ∪ – ∪ – ∪ scio. PL. Sane sapis' Seyffertus. — 1344. PY. Sed quid hoc? PAL. Quae res? PY. Quid uideo? PL. O lux, salue. PHIL. Saluos sis' nuper Seyffertus. — 1388. 'inpedibit' idem. —

Praeter haec addenda moneo ne neglegantur quae p. 235 correcta sunt. — Lineola transversa quam in altera parte aliquotiens signum orationis non perfectae esse volui consequenter etiam his versibus reddenda est: 38. 542. — In rebus orthographicis eandem normam secutus sum quam saepius indicavi: itaque *accerso* et *arcesso*, *quor* et *cur* et similia posui ex librorum testimoniis.

Ienae mense Octobri a. MDCCCXC.

G. G.

T·MACCI·PLAVTI

MILES·GLORIOSVS

GRAECA · ALAZON

ARGVMENTVM I

Meretrícem Athenis Éphesum miles áuehit.
Id dúm ero amanti séruos nuntiáre uolt
Legáto peregre, ípsus captust ín mari
Et éidem illi míliti donó datust.
Suom arcéssit Ephesum dóminum Athenis ét forat
Geminís communem clám parietem in aédibus,
Licére ut quiret cónuenire amántibus.

INCIPIT MILES GLORIOSVS *B et rubricator in D (erasis eisdem verbis a D² scriptis). om. CD¹.* PLAVTI. POETE. CL^mI. MILES FABVLA. INCIPIT. ARGVMENTVM *F.* Plauti Sarsinatę Miles. Argumentum *Z* *Argumenta I et II transposuit Gronovius* 1.]eretricem *C* milesa uehit *B¹.* miles auehit *B²* aduehit *F* 2. Liddũ ero *B ante corr.* Iddum ero *B corr. cum D.* Id dumero *C.* Id dum hero *FZ* amantis *C* seruus *CDZ* nunciare *Z* 3. Legat opere gre *B¹.* Legat' peregre *B²* peregred *commendat Ribbeckius, reicit Ritschelius Nov. exc. p. 123* ipsus captust *(ust in ras. m. 2) B.* ips///us *(i erasa)* cap tust *(tust ex sust) D (in marg.* captust *D²).* ipsus capstst *C.* ipsus captus *FZ.* captust ipsus *cum Pareo Ritschelius.* captus ipsust *Pylades. cf. Opitzius de argum. metr. lat. arte et orig. p. 265. 273* 4. illi eidem *Pylades* datust *B.* datus est *CDFZ* 5. Suom arcessit Ephesum dominum Athenis *scripsi.* Suum arcessit *(ars cessit B.* accersit *F)* erum athenis *(ita B².* erumna thenis *B¹.* herum athenis *FZ) BCDFZ.* Suom arcessit seruos dominum Athenis *Ritschelius (cf. Opusc. vol. II p. 409).* Suom arcessit seruos erum ab Athenis *Ribbeckius.* Suom arcessiuit erum tabellis *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1869) p. 396.* Suompte arcessit erum tabellis *Birtius Mus. Rhen. vol. 40 (a. 1885) p. 562. monstra ab aliis prolata mitto* et forat *BCD.* efferat *F.* afferat *Z.* perforat *codex Pii.* atque inde efforat *Pylades* 6. clam *B.* sciam *D.* sci^{a}ęm *C.* suam *FZ.* scite *Ritschelius,* scitus *Ribbeckius,* clam *in v. proximum traicientes* inaedibus *D.* inędibus *B.* inedibus *CF.* aedibus *cum Scioppio Susp. lect. V 7 Ritschelius* 7. Licere ut quiret *Pius.* Liceret *(*Li^{c}eret *C)* ut quiret *(quiret et s. v.* coire *B) BCDFZ.* Liceret ut clam *Ritschelius: cf. v. 6.* Liceret ut qui *Acidalius et eum expilans Goellerus in Aulul.*

Obérrans custos hós uidet de tégulis,
Ridículis autem, quási sit alia, lúditur.
Itémque inpellit mílitem Palaéstrio,
Omíssam faciat cóncubinam, quándo ei
Senís uicini cúpiat uxor núbere.
Vltro ábeat orat, dónat multa. ipse ín domo
Senís prehensus poénas pro moechó luit.

ARGVMENTVM II

Meretrícem ingenuam déperibat mútuo
Athéniensis iúuenis. Naupactum ís domo
Legátus abiit: míles in eandem íncidit,
Depórtat Ephesum inuítam. seruos Áttici,
Vt núntiaret dómino factum, náuigat:
Capitúr, donatur ílli captus míliti.

v. 132. ubi quirent *proponit Saracenus. cf. Vahlenus Comment. in hon. Mommseni p. 664 sq.* 8. Oberrans *Ritschelius.* Obherentis *BCDF.* Obherentis *Z.* Osculantis *Camerarius.* Obhaerens *Bothius* uidet *BC.* uidit *DFZ* detegulis *Z* 9. Ridiculis *BCD.* Ridiculus *FZ.* Ridicule is *Seyffertus Phil. vol. 25 (a. 1867) p. 439: cf. Ritschelius Opusc. vol. 2 p. 411, Lorenzius Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 589* luditur *B.* deluditur *CD FZ* 10. inpellit *C.* impellit *BDFZ* palestrio *CDFZ* 11. fatiat *B.* faciam *F* ei B^2 *in ras., 'codd. antiqui' Pyladis.* celi *CDF.* cęli *Z.* 'caelibis *Saracenus: quo nonnisi sic uti licuerit:* Omittat concubinam, quasi ei caelibis' *Ritschelius.* eei *Buechelerus de decl. (ed. Windek.) p. 116* 12. uicinis,uxor,cupiat *C* 13. habeat *DFZ* multo *F* in domo *Z.* in modo B^1CDF. in modomo *(h. e.* in domo*)* B^2 14. penas B^1. pęnas B^2 pro moecho luit *DZ.* ꝑmo echoluit *B.* ꝑ moechc luit *C.* promecho luit *F*

ARGVMENTVM *BF et post* luit *Arg. I 14 D. om. C.* Aliud argumentum *Z* 1. Jeritricem *C.* eritricem *Z* 2. Naupactum is domo *Pylades.* naupactis domum *BCD, codd. Pyladis.* naupacti domum *FZ.* Naupactum domo *Pius cum Saraceno* 3. habiit *D* eadem B^1: n *s.* a *add.* B^2 incedit B^1: *corr.* B^2. incidit *(*in *ex* cc*, ut vid., corr.) C* 4. Deportata pessũ B^1. Deportat ꝑpessũ B^2 ephesum *ex* ephesium *C* inuitam *Saracenus, Pius.* inuita B^1. inuitat B^2 *cum CD FZ* 5. Uut *C* nunciaret *DZ* factum B^2, *Saracenus.* facto B^1C *DFZ* 6. illic *B*

Ad erum út ueniret Éphesum scribit. áduolat
Aduléscens atque in próxumo deuórtitur
Apud hóspitem patérnum. medium párietem
Perfódit seruos, cómmeatus clánculum
Qua fóret amantum: géminam fingit múlieris
Sorórem adesse. móx ei dominus aédium
Suám clientam sóllicitandum ad mílitem
Subórnat. capitur ílle: sperat núptias,
Dimíttit concubínam et moechus uápulat.

---

7. Ad///erum *B ex ras.* Aduerum *B ante ras. cum CD.* Ad herum *FZ* uenire te pesum B^1: *unde* ueniret ẽpesum B^2 scribi *C* 8. Adolescens *CDFZ* adque B^1. atque B^2 proxumo *Z.* proximo *BCDF* deuortitur *Ritschelius post Bothium.* reuortitur *B.* reuertitur *CDFZ.* diuortitur *Saracenus* 10. seruus *BCDFZ* clancilum CD^1. clanculum *corr.* D^2 11. floret *C* amantum *BCD.* amantium *FZ* geminam *Scutarius.* geminat *BCDFZ* mulieris *Camerarius.* mulier *BCDFZ* 12. adesse *Pylades.* ait esse *BCDFZ. vide Proleg. in Trin. p. XCIX* edium *C* 13. Quam D^1. Suam D^2 dientam *CD* sollicitandum ad *BDZ.* solicitandum ad *F.* ad sollitandum ad (so *ex* sti *corr.*) *C.* ad sollicitandum *Ritschelius, quod fortasse non necessarium est in argumento* militẽ (ẽ *in ras.*) *B* 14. Supornat *C* sperat *Scutarius.* sper//at *B (post ras.).* spernat *B (ante ras.) cum CDZ.* spernit *F* 15. concubinam *om. C* moechus *D.* moecus *B.* mechus *CFZ* //uapulat *(erasa s, ut vid.) C.* uapulat *ex* uabulat *D*

PERSONAE

PYRGOPOLINICES MILES
ARTOTROGVS PARASITVS
PALAESTRIO SERVOS
PERIPLECOMENVS SENEX
SCELEDRVS SERVOS
PHILOCOMASIVM MVLIER
PLEVSICLES ADVLESCENS
LVRCIO PVER
MILPHIDIPPA ANCILLA
ACROTELEVTIVM MERETRIX
SERVI
PVER
CARIO COCVS
LORARII
CANTOR

ACTVS I

PYRGOPOLINICES. ARTOTROGVS

PYRGOPOLINICES

Curáte ut splendor meó sit clupeo clárior
Quam sólis radii esse ólim quom sudúmst solent:
Vt, ubi úsus ueniat, cóntra consertá manu
Praestríngat oculorum áciem in acie hóstibus.

1—4. *Priscianus de metr. Ter. p. 421, 13 sqq.:* Plautus...in Milite glorioso in prima scena: 'Curate...hostibus' 2. *Nonius p. 31, 15:* Sudum dictum est quasi sine udo ... Plautus Milite: 'Quam...solent': *cf. Caesar p. 34. 46. 55* 3. 4. *Pseudasconius in Cic. vol. V 2 p. 117 Orell.:* Praestringat aciem] Vel a praestigiatoribus transtulit uerbum uel a tironibus...Plautus in Milite glorioso: 'Vt...hostibus' 4. *Nonius p. 34, 20:* Praestringere dictum est non ualde stringere, eludere. Plautus in Milite glo-

Act. 1 scaen. 1 PYRGOPOLINIC(E) *et suo loco* (TROG)U *(litteris* TR *et* G *incertis) A. om. unius v. spatio relicto C.* ARTOTRO͞G PARASIT' PYRGO POLINICES MILES *rubricator in D erasis vocabulis a D² scriptis.* PIRGOPOLINICES MILES. ARTOTROGVS PARASITVS *B et, nisi quod* PYRG. *pro* PIRG. *habent, FZ De v. 1—8 cf. Klotzius 'Metr.' p. 402: de tota scaena idem de allitt. et symm. p. 11 sqq.* 1. CVRATEVTSPLENDORME *A, quibus* OS *litterarum vestigia incerta addit Studemundus* splendor] le *ex* eb *C* meo] meus *Prisciani B.* m̃s *Prisciani RVA* clipeo *BDFZ cum Prisc.* dibeo *C* 2. QVAMSOLISRADIIESSEOLIM *A* cum *Nonius: unde* Cam *L. Muellerus* radi *Prisciani R* e͞e// *(*t *erasa) B.* esset *Z. om. Nonius* quom *B.* cum *CDFZ cum Prisc. et Nonio* sudũst B^2. sudust B^1CD^1FZ. sudus est *Nonii H.* sudu est *Nonii L.* sudum est D^3, *Priscianus et Nonii G* solet *Nonii libri boni* 3. VTVBIVSVSVENIATCON(TRA)CONSER(TA) *litteris extremis incertis A* manu] u *e corr. C* 4. PR(AE)STRINGATOCVLORVMA(CIE)MINACIEHOST(IB)VS *A* Prestringat *BF', Nonii* L^1 *posteriore loco, L priore loco.* P͞stringat *CD.* Perstringat *Z cum edit. princ. Pseudasconii: cf. test.* Oculorum praestinguat *Lambinus cum Pylade (*praestringat*)* atiem *B* in acie *(*i *ex* l*) B.* inatie *CD.* in aciem *Nonii* LH^1

Nam ego hánc machaeram míhi consolarí uolo, 5
Ne lámentetur néue animum despóndeat,
Quia sé iampridem fériatam géstitem,
Quae mísera gestit strágem facere ex hóstibus.

rioso: 'Praestringat...hostibus'. Lucilius lib. XXX: Praestringat [oculorum aciem in acie hostibus] splendore micanti. *Plautina verba Lucilianis inmixta expulit L. Muellerus Idem p. 373, 36:* Praestringere obtenebrare. Plautus in Milite glorioso: 'Praestringat...hostibus' *Apuleius de deo Socr. c. 11 p. 15 ed. Goldb.:* prorsus quod Plautinus miles super clipeo suo gloriatur, 'praestringens oculorum aciem hostibus' 5. *Donatus in Ad. prol. 15:* Nam incipiendi uim habet modo, ut: 'Nam ego hanc machaeram meam dico' 8. *Huc rettulit Ritschelius glossam hanc (Corp. Gl. II p. 189, 3):* Strages *πολυάνδριος σωρὸς νεκρῶν (cf. Corp. Gl. IV p. 393, 37:* Strages corpora in ualle strata*)*

priore loco aciem in acied *Buechelerus de decl. (ed. Windek.) p. 93, Bugge Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 636 sq., Lorenzius ibidem p. 593 sqq., Bergkius 'Beitr.' p. 116.* aciem acri in acie *Ritschelius: cf. Nov. exc. p. 70.* in acied aciem *Ribbeckius. hiatum tutantur cum alii tum Luchsius Stud. vol. I p. 6* fostibus *Kochius Mus. Rhen. vol. 25 (a. 1870) p. 618* 5. NAMEGOHANCMACHAERAM *et* NSOLARIUOLO *(quibus ante lacunam* M *dubiam addit Studemundus) quadrantibus spatiis A* machaeram *Z.* macheram *BCDF* mihi consolari *(*čsolari, i *ex* e *C) BCDFZ.* meam dico *Donatus* 6. NELAMENTETURNEUEA-N(IM)U(M) *et tenuissima vestigia vocis* (DE)S(PONDEAT) *A* Nelamentetur *B* 7. QUIASEIAMPRI***F, *quibus dubiam* M *ante* F *et* AMGEST (MGE *et ipsas dubias) addit Studemundus, A* feriatam *Saracenus, Pius.* fieri attam *BCD, nisi quod* ri *ex corr. D.* fieri aptam *FZ.* fartum factam *Birtius Mus. Rhen. vol. 40 (a. 1885) p. 528* gestirem D^3 8. QUAEMISERAG *A teste Loewio: ubi* QUAEMISERE*(vel* I, *vix* A*)*G *et* OS****S *Studemundus ('in membranae lacinia quadam inter Militis fragmenta seorsum adseruata, quam ad medium uersum 10 (8) pertinuisse incerti uulgatae scripturae ductus persuadent, nonnullae apparent reliquiarum umbrae, ex quibus nec* FARTUM *nec* FARCTUM *nec* FRACTUM *nec* FRATRES *nec* FRUSTA *nec* OFFAM *nec* STRAGEM *sed relui* FRETIS *uel* FRITIS *uel minus probabiliter* FRETUM *uel similes aliquas litteras ibi olim extitisse apparet' idem in adn.)* Quae misera gestit *firmavit Seyffertus Stud. Pl. p. 8.* Quem miser agestat et B^1. Quaem misera gestitet *C.* Quem misera gestiret D^3. Quem misera gestitet B^2 *(nisi quod* gestit et*)* D^1 *cum FZ: ubi* Quae *Beroaldus,* gestit *Camerarius scripserunt.* Quae misere gestit *cum Dousa Expl. III 7 Ritschelius* stragem *nescio quis in marg. exempli Gronoviani bibliothecae Leidensis quod signatur '17 Gron.', item Rostius Opusc. p. 116: quod retinui, etsi vix verum est.* fratri, *ut vid.*, B^1. fratrẽ B^2 *(*ẽ *in ras.).* fratẽm *C.* fratrem *DFZ. coniunctis scriptura codicis Veteris et vestigiis Ambrosiani conicias, veram scripturam in* is *exisse.* fractum *Saracenus.* farctum *Muretus Var. lect. III 9.* fartum *'libri veteres' Lambini, Birtius*

Sed ubi Ártotrogus híc est?

ARTOTROGVS

Stat proptér uirum
Fortem átque fortunátum et forma régia.
Tam béllatorem Márs se haud ausit dícere
Neque aéquiperare suás uirtutes ád tuas.

PYRGOPOLINICES

Quemne égo seruaui in cámpis Curculióniis,

Mus. Rhen. 40 (a. 1885) p. 527 sq. fratres *Salmasius post Vallam,* offam *Gronovius, Bentleius. ineptit Canterus lect. I 9.* frusta *Bergkius Opusc. I p. 130.* cratem *'olim' Ussingius praeeunte Heinsio Advers. p. 397.* fragmen *Klotzius 'Metr.' p. 402* exostibus *C* 9. SEDU***(RT)OTROG(U) *et* O(PT)*(R)UIRUM *(litteris* OP *incertissimis) A* Sedtubi *C* artotrogus hic est AR. (ARTOTROGVS *CD)* stat *B (nisi quod* hinc *ante ras.) CD: cf. Seyffertus Ind. philol. vol. 1 (a. 1869) p. 118.* artotrogus. AR. hic est stat *F'Z, ubi* Artotrogust *scripsit Ritschelius: cf. Olsenus p. 81* 10. FORTEMATQ·F(OR), *post* TUM**F *(dubia lectione), sub finem* (G)IA *(et ipsas dubias) A, quibus* ET *post* TUM, *sed incertas addit, Studemundus adnotans, ultimum* A *fere paucis litteris exceptum fuisse videri* atque ac *F'* 11. TUM *legit in A Loewius:* TUM**LLATOR****RSHAU *(prima, tertia, undecima, quattuor ultimis litteris incertioribus) Studemundus* Tam *post Bothium Sauppius Epist. crit. p. 70.* Tum *BCDFZ, C. F. Hermannus Mus. Rh. vol. 11 (a. 1857) p. 79* bellatorē mars B^2. bellatorē ars B^1D. pellatorē ars *C.* bellator mars *FZ* se haud *Bothius, Sauppius.* hAut D^3. Aut BCD^1. haud *FZ* hausit *F'* dicere] hiscere *Lambinum expilans Goellerus in Trin. 511, C. F. Hermannus Mus. Rhen. vol. 11 (a. 1857) p. 79* 12. (NEQ·AEQUIPE)RA *(litteris 6 extremis incertis: his* R *add. Studemundus) A* Neque D^3FZ. Nequi CD^1. Mequia *B* aequiperare *DZ.* aequiuerare *C.* equiperare *BF* uirtutis *Ritschelius praef. Stichi p. 17, Fleckeisenus Epist. cr. p. 20* adtuas *B* tuas uirtutes Attalus *Birtius l. s. s. p. 535* 13. QU(EM)N(E-E)GOS(ERUA)U(I) *et dubitanter in fine* IS *legit in A Loewius,* URCULIO-N***S *Studemundus, sed omnibus praeter extremam litteris incertis. idem hoc adnotat: 'in fine* CURCULIONIEIS *quam* CURCUDILONIIS *scriptum fuisse probabilius videtur; hoc certe constat nec* CARCHARODONTIIS *nec* CERCURONIIS *nec* GARGALIDONIIS *nec* GARGAREONIIS *nec* GORGONIDONIIS *nec* GURGUSTIDONIIS *ibi extitisse'* PIR *B constanter. om. C.* Pir D^2: *om.* D^1 Quem neego *BC* curculioniis *Brixius duce Guyeto* (Gurgulioniis). curcus lis donis BD^2. curcusculi donis *C.* curtus lis donis D^1. curriculis donis *Z.* herculis donis *F'.* Gurgustidoniis *Camerarius, Beckerus Quaest. de com. Rom. fab. p. 65.* Gorgonidoniis *Ritschelius.* Crocodiloniis *(ubi* Corcodiloniis *A. Schoene Mus. Rhen. vol. 18 a. 1863 p. 162) idem in adn. 'novi qui de* Gargalidoniis, Gargareoniis, Carcharodontiis, Cercuroniis *cogitarent' idem.* Curricu-

Vbi Búmbomachides Clútomestoridysárchides
Erat ímperator súmmus, Neptuní nepos?

ARTOTROGVS

Meminí: nempe illum dícis cum armis aúreis,
Quoius tú legiones dífflauisti spíritu
Quasi uéntus folia aut pániculum tectórium.

PYRGOPOLINICES

Istúc quidem edepol níhil est.

---

17. *Nonius p. 97, 9*: Difflare est flatu disturbare. Plautus: 'Cuius ... spiritu'

---

loniis *vel* Crusculidoniis *Ribbeckius.* Cerdulionicis *vel* Scoracisdoniis *Birtius Mus. Rhen. vol. 40 (a. 1885) p. 534, ut alia taceam* 14. U(***UM) *A: quibus in fine* S *addit Studemundus ('in fine* STARCHIDES *uel* STARCHIDIS, *non* SARCHIDES *extitisse ueri admodum simile est' idem)* Bombomachides *Pylades.* bumbom arides *B.* Bumbo marides *C.* Bum bo marides *D.* bumbomatides *vel* bumbo matides *FZ.* u *pro* o *servavit Ritschelius* Clutomestoridysarchides *(h. e. Κλυτομηστωριδυσαρχίδης) Ritschelius.* clutum ista ridis archidis *BD.* clutum istaridȩsarchidis *C.* clutum instar idis archidis *FZ.* Cluninstaridysarchides *Camerarius.* Clutomestoridysarchidis *(scil. filius) Riesius Mus. Rhen. vol. 21 (a. 1866) p. 478: cf. Lorenzius Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 597* 15. ERATIMP**ATO *(tribus ultimis dubiis) et* (UNI)NEPOS (NEPOS *incerta lectione) A* erat *om. F* neptuni nepos *(ex* nepus B^1 *vel* B^2*) BDFZ.* neptunu nepost *ante ras. C* 16. MEMINEMPE *in A legit Loewius: quibus* IL (L *dubia lectione) et* S *(armis) sub finem addit Studemundus* ARTOTROGVS *C, in proximis autem plerumque* ARTOTR., *semel (v. 40)* ARTOTOTR., *bis (v. 25. 27)* ARTOTOR. *idem liber v. 19* PYRGOPOLYNICIS, *plerumque* PYRGOPOL., *semel (v. 49)* PYRCOPOL., *semel (v. 28)* PYRGOL. *Post 52 nulla habet personarum nomina usque ad v. 272, sed vacua spatia (nisi ab initio versuum)* ARTOTROGVS *etiam D* mimini *(vix* mimmi*) C* armis *FZ.* auris *BCD.* auribus B^3 *marg.* 17. CUIUSTULEG(IONI-[*vel* E]S)DIFFL(A) *A* cuins *BCDFZ cum Nonio* legiones *Z cum Nonio.* egionis *BCDF* difflauisti *CDZ, Nonius.* diflauisti *B.* efflauisti *F'* spiritu *CDZ, Nonius.* spiritum *BF* 18. QUASIUENTUSF(OL) *et* NICULUMTECTORIUM *A* aut *Z.* ut *BCDF* paniculum tectorium *Ritschelius praef. Stichi p. 17.* peniculum tectorium BD^2F. pe niculum tectorum D^1. beniculum tectorium *C.* penniculum tectorium *Z*, 'mss.' *Lambini.* peniculum t. *edidit Ritschelius, def. a Rostio Opusc. p. 228 sq.* paniculam tectoriam *Turnebus Advers. II 28. cf. Lorenzius Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 597 sq., Rassowius de Pl. substant. p. 637* 19. ISTUCQU(I) *et* L**TNIIHILHERCLEHOCQUIDEMST *A (Studemundo etiam* EDE*O *litterarum dubia vestigia apparuerunt)* Istuc *(ex* istud *ut vid. corr.)* D^1 *et* D^2 aedepol *D* nichil *D constanter in hac*

ARTOTROGVS

Nihil hercle hóc quidemst,
Praeut ália dicam, quaé tu numquam féceris.
Periúriorem hoc hóminem si quis uíderit
Aut glóriarum pléniorem quam íllic est,
Me síbi habeto, egomet me éi mancupió dabo:
Nisi únum: epityrum illi éstur insanúm bene.

---

24. *Varro de l. l. VII 86:* Apud Plautum: 'si unum...bene'. Epityrum uocabulum est cibi quo frequentius Sicilia quam Italia usa. Id ⟨edi⟩ uehementer cum uellet dicere, dixit insane *e. q. s.*

---

fabula ercle *B* hoc quidem *libri praeter A, Olsenus p. 12* 20. PRAEUT(*LI)A *(*IA *incerta lectione) et* AETUNUNQUAMFECERIS *(littera prima incerta) A* Pyrg. *praem. F et* Arto. *v. 21* prae ut *CD.* preut *B.* pre ut *FZ* aliam B^1. alia *corr.* B^2 quae tu numquam *firmavit Kaempfius de pron. person. usu et colloc. p. 33.* tu que-numquam (quę B^3) *B.* tuque nunquam *C.* tu quae nunquam *DFZ* 21. PERIURIO *et* OCH(OM)INEMSIQUISUIDERIT *A* periuriorem *BD*^{3}*F.* peiuriorem CD^1, *Vsenerus Nov. ann. vol. 91 (a. 1865) p. 227, Loewius Gl. N. p. 225.* l. peiorẽ B^2 *in marg.* hoc B^2C *(*c *ex* h *incohata corr.) DFZ.* huc B^1 hominem *BD.* hominĕ/// *(*s *erasa) C.* homine *FZ.* homonem *deleto* hoc *Fuhrmannus Nov. ann. vol. 97 (a. 1868) p. 850 cum Bergkio Opusc. I p. 149* 22. AUTGLO *et* PLENIOREMQUAMILLIC-EST *(quibus* RIAR *addit Studemundus) A Verba* quam illic est *glossema esse et velut* hercle is quidem *expulisse vult Ritschelius: cf. Klotzius Nov. annal. vol. 64 (a. 1851) p. 198, Fuhrmannus ibid. vol. 97 (a. 1868) p. 850, Ribbeckius, ut alios taceam* 23. MESIBI-HABETOEGOMEMANCIPIODABO *A* Me sibi habeto: egomet me ei *Lorenzius, Hauptius Opusc. III p. 400: cf. Ritschelius Nov. ann. vol. 97 a. 1868 p. 341, Muellerus Pros. p. 166.* Me sibi habeto *(ex* habe tot B^1, *ut vid.)* egome *(*et *ante* ego *sup. scr.* B^2. egomem ancupio *iungit* B^1*) B.* Me sibi habeto et ego me *(*me *sup.* ego *scr.* D^2*) CDFZ.* Me sibi habeto, ego me *(*nisi *in hoc v. collocans) Ritschelius.* '*fortasse tamen* ego me ei *scribendum coll. v. 567' idem.* Me sibi is habetod, ego me *Ribbeckius.* Is me sibi habeto: ego ei me *Keilius in repert. Lips. vol. 32 p. 184.* Is me sibi habeto: ei ego me *Niemeyerus 'Philol. Wochenschrift' I p. 386.* Sibi me habeto: ei ego me *Wagnerus 'L. Centralblatt' 1876 p. 694.* Sibi me *(vel* med*)* habetod: ego me ei *R. Klotzius de allitt. et symm. p. 18.* Me sibi habeto: ego med ei *Birtius Mus. Rhen. vol. 40 (a. 1885) p. 522.* Et me sibi habeto et ego me *Bergkius Opusc. vol. 1 p. 673* 24. NISIUNUMEPIT******TURINSA-NUMBENE *A* Nisi unum epityrum illi estur insane bene *Ritschelius l. s. s., Hauptius l. s. s. (colon post* unum *posuit E. Schreinerus, Bugge Opusculorum ad Madvig. missorum p. 162: cf. Vahlenus Ind. lect. Berol. aest. 1881 p. VI sqq., hib. 81/2 p. IV sqq.).* Nisi *(*Si *Z)* unum epytir aut *(*epytiredam *Z)* apud *(*aput *C)* illa ĕsturiensa nebene *(*illa esturiens ame bene *C.* illaesturiens anebene *D.* illum esuriens

PYRGOPOLINICES

Vbi tu és?

ARTOTROGVS

Eccum. edepol uél elephanto in Índia
Quo pácto ei pugno praéfregisti brácchium.

PYRGOPOLINICES

Quid, brácchium?

ARTOTROGVS

Illud dícere uoluí, femur.

PYRGOPOLINICES

At indíligenter íceram.

ARTOTROGVS

Pol sí quidem
Conísus esses, pér corium, per uíscera

---

anebene *Z.* illa esuriens an bene *F) BCDFZ.* Si unum epityra estuer insane bene *cod. Florentinus Varronis. A Pflugio propositum est quod vulgabatur:* Epityro, ut apud illum esuriem insane bene. esuriem *tuebatur Scioppius Susp. lect. V 7,* esurio *Bothius.* nisi Vnum epityrum estur insanum insane bene *edidit Ritschelius.* Vnum epityrum aput illum estur insane bene *proposuit idem in adn.* insanum *practulerunt Brixius, Ribbeckius, Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 36, alii Improbabilia Bergkius Opusc. I p. 673 profert, item Birtius l. s. s. p. 522, Klotzius 'Mctr.' p. 85, alii* 25. UBITUE(S♯ECC)UM-EDEPOLU(EL̨E)LEPHANTOININDIAM *A* tues *B* Vbi es? AR. Eccum me *Bugge Opusc. ad Madv. p. 162* eccum edepol. uel *iungebatur ante Acidalium* uel elephanto B^2D^3. uellephanto B^1CD^1. inelephanto *F'Z* inindia *BDZ.* inuidia *C.* inundia *F'* 26. QUOPACTOEIPUG**PRAE-F**GI*******CHIUM *(quibus* STIBRAC *add. Studemundus) A* Qua B^1: *corr.* B^2 ei *om. BCDF'Z, Ritschelius* prefregisti *F.* p̃figisti *BZ.* prefigisti *CD. corr. Beroaldus.* perfregisti *'vetus lectio' Pii* brachium *CF'Z.* brahium *D* 27. QUIDBRA**H *et* LUIFEMUR *(etiam* LLU*****R**O *litteris* R *et* O *incertis, sed quadrantibus spatiis Studemundus) A* brachium *DF'Z.* prachium *C* idlud D^1: *corr.* D^3 Quid bracchium? *pro* Quid, bracchium? *vel* Quid? bracchium? *Brixius duce Muellero Pros. p. 176* femur *ex* femus, *ut vid.*, D^1. foemur *F'Z* illud feminur uolui dicere *Ritschelius Opusc. vol. II p. 444, fortasse vere* 28. ATINDI-LIGENTER *et* POLSIQ(UI)DEM *(etiam* ICER *testatur Ritschelius,* ICER*** *Studemundus) A* PYR. *om. F'Z* At indiligenter *(ex* in diligenter B^2*) BCD*^{3}*F'.* Atindilienter D^1. at dilligenter *Z.* Hau diligenter *Ritschelius.* At indulgenter *Salmasius* iceram *Salmasius, Bothius.* hiceram *vel* hic eram *BCDFZ (sed C in ras. ex* diceram, *ut vid.)* ART. *om. F'Z* 29. CONISUSESSESPERCOR(IUM)PERUIS(C) *A* Conisus *B CD.* connixus *FZ*

Perque ós elephanti tránsmineret brácchium.

PYRGOPOLINICES

Nolo ístaec hic nunc.

ARTOTROGVS

Ne hércle operae pretiúm quidemst
Mihi té narrare, tuás qui uirtutés sciam.
Ventér creat omnis hásce aerumnas: aúribus
Perhaúrienda súnt, ne dentes déntiant,
Et ádsentandumst, quícquid hic mentíbitur.

---

35. *Victorinus p. 199, 8:* Quid si i producta fuerit? . . . in Mi-

30. PERQUEOSELEPHA***T**NSMIN***TBRACCHIUM (T *prius ex Studemundi testimonio accessit) A* os/// elepantè *B (*c *er.* i B^2*)*. os elephante (eliphante *C) CDFZ.* os elephanti *dativo casu Pylades, Scioppius.* os elephantis *Saracenus.* os elephanto *Pius, Camerarius.* ossa elephanti *Guyetus:* ossa *etiam Bentleius* transmineret *ex A Studemundus Herm. vol. 1 (a. 1866) p. 292 sq. post Buggium 'Tidskrift for Phil.' vol. 6 (a. 1865) p. 9.* transmitter& *(*tt *ex* n, *ut vid., m. 2) B.* transmitteret *CDFZ.* transtineret *Ritschelius.* transmitteres *Saracenus, Pius et, nisi quod traiciens* brachium transmitteres, *Pylades.* transmetaret *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 61* braccium B^1. brachium *(*c *expuncta et* h *sup. scr.* B^2*)* B^2FZ. prachium *C.* brahium *D* 31. NOLOISTAECHI******NEH(ERC)LEO(PE)-RAEPRETIUMQUIDEMST *A* istaec B^2C. istęc *D.* ista hec B^1. istec *FZ* Neercle *C* opere *BCDFZ* p̄ciū *CD.* precium *FZ* quidem *sine* st *BCD.* id est *FZ* 32. MIHITENARRARETUASQUIUIRTUTESSCIAM *A* te‿narrare *B.* te enarraro (en *ex* in *vel* m *corr.) C.* teanarrane D^1. te aerrare D^2 (ae) *et* D^3 (r)*, etsi* r *ex* n *iam ipsa* D^1 *videtur correxisse.* te ennarare *Z.* te enarrare *F* uirtutis *B.* uirtutes *CDFZ* 33. UENTERCREATOMNISHASCEAERUMNAURIBUS *A* creat *ex* cread *D* hasce *ex A Studemundus Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 67 cum Friderico Schmidt de dem. pron. form. p. 36.* has *BCDFZ.* haec *Guyetus* aerumnas *Z.* erūmnas *B.* ęrumnas *D.* erumnas *ex* erumnat *C.* erumnas *FZ.* s. audiendi *sup. scr. man. rec. in D* *Post* auribus *colon ponit Reinh. Klotzius progr. Lips. a. 1857 p. 13 (cf. Nov. ann. vol. 64 a. 1851 p. 198 sq., Bugge Op. ad Madv. p. 162) simul* Peraudienda sunt *v. seq. tutatus. cf. Ric. Klotz de allit. et symm. p. 17* 34. PERAUDIENDASUNTNEDEN(TĘ)SDENTIANT *A* Peraudienda. . .adsentandūst *in inferiore marg. add. D* Perhaurienda sunt ne *Pareus.* Peraurienda sunt ne *C.* Peraudienda (Per audienda *B)* sunt ne *BDFZ.* Perhaurienda haec sunt ne *Guyetus, fortasse vere iudice Ritschelio, Fleckeisenus Ep. cr. p. 23.* Perhauriundae sunt ne *Fritzschius Ind. schol. Rost. a. 1850 p. 4. cf. v. 33.* Perhauriendumst, ne mihi *Ritschelius.* Verba aurienda *Birtius l. s. s. p. 528* dentiant] sentiant D^3 35. ETADSENTANDUMESTQUICQUIDHICMENTIBITUR *A* et *sup. scr.* D^1

PYRGOPOLINICES

Quid illúc quod dico?

ARTOTROGVS

·Ehem, scío iam quid uis dícere:
Factum hérclest: memini fíeri.

PYRGOPOLINICES

Quid id est?

ARTOTROGVS

Quícquid est.

PYRGOPOLINICES

Habés

ARTOTROGVS

Tabellas uís rogare. habeo, ét stilum.

PYRGOPOLINICES

Facéte aduortis túom animum ad animúm meum.

---

lite Plauti: 'Plurimum adregendum est quidquid hic mentibitur', *ubi cod. Goth.*: et in milite plautiat sentiendum est

---

adsentandũst *B*. ad sentandũst *CD*. adsentandũst *F*. assentandum est *Z*: *cf. testimonium Victorini* 36. QUIDILLUCQUODDICO# EHEMSCIOIAMQUIDUISDICERE *A* illuc quod *FZ*. illuc . quod *B*, *sed ut inter* illuc *et* quod *rubricator* AR *scripserit*. illuc ART. quod *C*. illuo ART. quod *D* ART. Ehem *Richterus Studemundi Stud. vol. 1 p. 432 servat*. ART. Hem *FZ*, *Ritschelius*. PIR. Em *B*. PYRGOPOL Hem *CD* quituis B^1: *corr.* B^2. quduis *C* dicer& *B* 37. *Ita A, nisi* quod HERCLEEST *Artotrogi nomen praescribunt BCD* Factum hercle est *cum A Acidalius*. factumst hercle *BD*. factũst hercli *C*. factum est hercle *Z*. factumst: est hercle *F* id *om.* B^1: *sup. scr. rubricator* *V. 38—41 post v. 71 transponi Danzius volebat (cf. Brixius in edit. et Lorenzius Philol. vol. 30 a. 1870 p. 606 sq.): post v. 77 Birtius Mus. Rhen. vol. 40 (a. 1885) p. 535 sqq.: multo graviores turbas esse suspicatur A. Schoene Mus. Rhen. vol. 18 (a. 1863) p. 157 sqq. cf. Klotzius de allitt. et symm. p. 12 sq.* 38. *Ita A, nisi quod* LABELLAS *(potius* FABELLAS *Studemundus)* Haben *Ritschelius ex A, ut putabat* ART. Tabellas *ex A Geppertus Stud. Pl. II p. 21.* tabellas *Pyrgopolinici continuantes, sequentia Artotrogo BCDFZ, Ritschelius* uis] hui *Acidalius in Mil. c. 8.* uah *Palmerius* 39. *Ita A, nisi quod* ANIMUMTUUM *(*FACITE *potius Studemundus): illud servat cum Camerario Fleckeisenus Ep. crit. p. 23 et servare voluit Ritschelius* Facite B^1. Facile B^2 aduortis *cum A etiam B*. aduerte *D ante corr.* aduertis *D ex corr. cum CFZ* tuum animum *BCDFZ, ut edidit Ritschelius* at B^1CD: *corr.* B^2 animum meum *B cum A.* animam meam *CDFZ*

ARTOTROGVS

Nouísse mores tuós me meditaté decet
Curámque adhibere, ut praéolat mihi quod tú uelis.

PYRGOPOLINICES

Ecquíd meministi?

ARTOTROGVS

Mémini: centum in Cílicia
Et quínquaginta, céntum in Scytholatrónia,
Trigínta Sardis, séxaginta Mácedones
Sunt ómnes quos tu occídisti una unó die.

PYRGOPOLINICES

Quanta ístaec hominum súmmast?

ARTOTROGVS

Septem mília.

---

40. *Ita A* moris *BCD*[1]. mores *D*[2] tuos me *ex A Ritschelius.* me tuos *(ex* metuos *corr. B) BCDFZ, Baierus p. 165* meditate *BZ. idem ex* medicere, *ut vid., C.* meditates *D.* meditare *F*
41. *Ita A* adhiber& *B*[1]*: corr. B*[2]. adhébere *C* praeolat mihi quod *ex A Ritschelius.* praeuolat *(vel* p̃uolat*)* mihi quo *BD.* praeuolęt mihi quo *C.* prę̃uolet mihi quo *Z.* preuolet mihi quod *F.* praeuelim quod *Acidalius.* praeuolat *scriptura abutuntur Klotzius de allitt. et symm. p. 4, Kochius Emend. Pl. p. X, Philol. vol. 33 (a. 1874) p. 705.* praeuolam quod *Bentleius* uae lis *D* 42. *Ita A, nisi quod* CILICIAM Ecquid meministi *D*[3]*FZ.* Ec quidememisti *B*[1]. Ec quid memi(ni)sti *B*[2]. Et quidem meministi *(*sti *ex* sse*) C.* equid emeministi *D*[1] incilicia *B.* ininilicia *C.* in incilicia *F* 43. *Ita A, nisi quod* SCYTHALATRONIAM quinquaginta centum *coniungebatur ante Lambinum* in Scytholatronia *Geppertus Stud. Pl. II p. 11 sq. duce A.* insycho latroniæ *B*[1]. sycho latrones *B*[2]. insycholatronie *C.* insicho latroniae(es) *D (*es *add. D*[3]*).* insiclo latronie *FZ.* in Cryphiolathronia *Ritschelius.* in sicyone laconiae *partim Pius, partim Beroaldus.* Sycolatronidae *Camerarius: 'pro quo saltem* in Sycolatronia *debebat' Ritschelius.* Sidolatronidae *Dissaldeus.* in Psycholethronia *Birtius l. s. s. p. 533, ut alia mittam* 44. *Ita A, nisi quod* SARDES *vel* SARDIS *teste Loewio,* SARDOS *testibus Gepperto Stud. Pl. vol. II p. 12 et Studemundo* sardis *BCDFZ. cf. Buechelerus de decl. p. 37, Ritschelius Op. II p. 649, Nov. exc. p. 114, Bellius de locat. p. 19.* Sardi *Pylades, Ritschelius in edit.* macedo nessunt homines *C* 45. *Cf. 44* SUNTHOMINESQUOSTUOCCIDISTIUNODIE *A* sunt] esse *et* Sardos *v. 44 a* memini *pendens (vel* Macedones, Simul omnis*) Ritschelius in adn.* omnes *Studemundus Nov. ann. vol. 93 (a. 1866) p. 62.* homines *BCDFZ* quos te *C.* tu quos *Pylades: cf. Kaempfius de pron. pers. usu et coll. p. 33* una uno die *Ritschelius (cf. tamen Langenus 'Beitr.' p. 243).* una hodie *C.* uno die *BDFZ cum A*
46. *Ita A, nisi quod* ISTIC *et* SUMMAEST istahec *B ante ras.* istęc *CDZ.* istec *F* summa st *BC.* summa est *DFZ*

PYRGOPOLINICES

Tantum ésse oportet: récte rationém tenes.

ARTOTROGVS

At núllos habeo scríptos: sic meminí tamen.

PYRGOPOLINICES

Edepól memoria's óptuma.

ARTOTROGVS

Offaé monent.

PYRGOPOLINICES

Dum tále facies quále adhuc adsíduo edes:
Commúnicabo sémper te mensá mea.

ARTOTROGVS

Quid ín Cappadocia, úbi tu quingentós simul,
Ni hebés machaera fóret, uno ictu occíderas?

PYRGOPOLINICES

At péditastelli quía erant, siui uíuerent.

---

47. *Ita A* 48. *Ita A* scriptos] subscriptos *B (corr. B^2)* meminit. amen B^1. memini tamen B^2. miminita *C, in quo ultima syllaba commaculata et rasa est (vix* men, *fort.* PY.) 49. *Ita A, nisi quod* MEMORIAES Et depol *C* memoria *C*. memoriast *BD*. memoria est *F'Z* optima *F'Z*. optumad *Ritschelius Nov. exc. p. 77* offae monet B^1D. offa memonet B^2. offemonet *C*. offa emonet *F'Z*. offa me monet *Camerarius*. offae me monent *Bentleius, Ribbeckius. cf. Muellerus Pros. p. 638* 50. *Ita A* talem facies qualem *B, Turnebus Adv. II 28, Camerarius*. tale facies qualem *CDF* assiduo *DF'Z*. assuduo *C* edes *Saracenus, Beroaldus cum A*. aedis *ante ras. B*. edis *CDF'Z* 51. *Ita A* te semper *CDF'Z* mea *om. C* 52. *Ita A* Quid (d *ex* t) *B* cappadotia *C*. capadotia *BD*. Cappadociad *Birtius l. s. p. 538* tu *ex* ta *corr.* D^2 simul (m *ex* h *inter scrib.) C* 53. *Ita A* ni hebes] imberbes D^2 *mrg*. machera *CDF'Z*. macera *B* forte foret (forte *s. scr. m. 3) D* ictu] ict *ex* ///st *corr. B* occideras *Dousa Expl. III 7 cum A*. occideris B^1CD. occideres $B^2F'Z$. *cf. Seyffertus 'Jahresbericht' a. 1886 p. 57* 54. *Ita A* PIR. *praem. B. om. CDF'Z. add. iam Bothius* At peditastelli quia erant *ex A Studemundus Hermae vol. 1 (a. 1866) p. 282 sqq.* At peditas telu quia erant *BCD (nisi quod* teluquia *D).* At pedites reluquia erant *F*. At pedites reliquia erant *Z*. Satietas belli quia erat *Ritschelius*. At peditatus reliquiae erant *Camerarius: de quo cf. Proleg. Trin. p. CCXXI.* '*an fuit* Satiatus belli quia eram?' *Ritschelius*. At satias belli quia erat *Hauptius Opusc. vol. II p. 136* siui uiuerent *Bothius cum A*. si uiuerent *BCDF'Z*

ARTOTROGVS

Quid tíbi ego dicam, quód omnes mortalés sciunt,
Pyrgópolinicem te únum in terra uíuere
Virtúte et forma et fáctis inuictíssumum?
Amánt ted omnes múlieres, neque iniúria,
Qui sís tam pulcer. uél illae quae here pállio
Me réprehenderunt.

PYRGOPOLINICES

Quíd eae dixerúnt tibi?

ARTOTROGVS

Rogitábant: 'hicine Achílles est?' inquít mihi.

61—63. *Servius plenior ad Buc. V 58:* antiqui autem ergo pro merito dicebant, sicut hic accipitur: Plautus...in Milite: 'Hicine

---

55. *Ita A* Quid *ex* Quit *B.* Quit *C* tibi *del. Lorenzius* quem *Bentleius* onis *C* mortale sciunt *CD* 56. *Ita A, nisi quod* PYRGOPOLYNICEM *teste Loewio,* PYRGOPOLYNICEN *teste Studemundo* Pyrgopolinicem te *FZ.* Pyrigo pol inicente B^1. Pyrigo polinicen te B^2. Pirigo pol inicente *C.* Pyrigopol initente D^1 *(te separ.* D^2. Pyrgopolinitem *corr.* D^3*). cf. adnot. Ribbeckii.* Te Pyrgopolinicem *Lorenzius: cf. Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 612* interrã *C.* inra *D* 57. U(IRT)U(TE)ETFORMAETFACTISINUICTISSIMIS *A* Virtutẽ *CD* inuictissumum *nescioquis apud Ritschelium et ipse Ritschelius praef. Stichi p. 17.* inuictis sumus B^1. inuictis sumis B^2D^1. inuietis sumis *C.* inuictis summis *FZ.* inuictissimis *codd. Pyladis.* inuictissumis D^3, *ut Ritschelius edidit* 58. AMANTTEOMNESMULIERESNEQ·INIURIAM *A* Amant ted omnes *Bothius, Brixius Quaest. p. 24 sq., Ritschelius Nov. exc. p. 37.* Amant te onis *C.* Amanteonis *D (*t *sup. scr.* D^2. te *separ.* D^3*).* Amant te omnes *BFZ cum A.* Te omnes amant *edidit Ritschelius.* Amant te unum omnes *Muellerus Pros. p. 735* ,iniuria ,neque *C.* neque id iniuria *Ritschelius cum Pylade.* neque hercle iniuria *Camerarius* 59. QUIESTANPULCHERUELILLAEQUAEHEREPALLIO *A* Quisistã *C et (nisi quod* si *ras. ex* st*) D.* Quista *B* pulcher uel illae quæ *Z, ut A.* pulcherũ uel illaeq' B^1. pulcherũ. *(. add.* B^3*)* uel illae quae B^2. pulcherũ uel illa eq; *C.* pulcherũ^{PY}. uel illaeq; *D (*i *ex* l *et* a *ex* e D^1, PY *et punctum* D^2*).* pulcher uel ille eque *F.* pulcher ut uel illae quae *Camerarius* here *Z cum A.* hercle *BCDF.* herei *Fleckeisenus Ep. ad M. Hertzium p. 31 et Buechelerus de decl.*^{2} *p. 120. cf. Ritschelius Op. vol. II p. 255* 60. *Ita A, nisi quod* ERE *pro* eae *teste Studemundo,* EAE *vel* ERE *teste Loewio* reprehendere *Z.* reprehenderunt ... *Brixius* PYR.] ARTO D^2 Quid eae *Ritschelius.* quidere *B.* quid ere *CD.* quid here *FZ* dixere *Z* 61. *Ita A* ART.] PY. D^2 hicine achilles *Servius plenior cum A.* hicine achillis *BD.* hic inachillis *C.* hicne achilles *FZ.* hicin Achilles *edidit Ritschelius* inquit mihi *Servius plenior cum A, Acidalius.* inquid tibi *C.* inquit tibi *BDFZ*

'Immo éius frater' ínquam 'est'. ibi illarum áltera
'Ergó mecastor púlcer est' inquít mihi
'Et líberalis. uíde caesaries quám decet.
Ne illaé sunt fortunátae quae cum istó cubant.'

PYRGOPOLINICES

Itane aíbant tandem?

ARTOTROGVS

Quaén me ambae obsecráuerint,

...pulcher' *Idem ad Georg. II 393:* ergo ueteres pro merito dic bant. hinc Plautus in Milite glorioso: 'Hicine...pulcer est'

---

mihi inquiunt *Guyetus.* inquito *Bothius.* inqui *(pro* inque*) Rutgersii Var. lect. V 17.* inque id mihi *reicit Ritschelius.* inquit mihi *eicit ex v. 63 illatum (pro* Peleius *vel* Nereius *vel* Achillest Thetidis filiu *Fleckeisenus Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 272* 62. IMMOEIU FRA(TE)RINQUAMESTIBIILLARUMALTERA *A* Imo *Z* eiust *Lore zius Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 613* inquam est *Servius prio loco cum A, om. Servius posteriore loco.* inquam *BCDZ.* quam *F* ibi...altera *om. Servius utroque loco* ibi illarum *Ritschelius cu A.* innuit illarum B^1CD^1, *nisi quod* inquaminuit *iungit* B^1. innit illa rum D^3. innuit illarum B^2FZ. inquit illarum, *deleto* inquam, *Scalige* infit illarum *Palmerius.* annuit illa tum *Acidalius.* inde illarum *Guy tus.* inuit, *deleto* illarum, *Pareus.* inquam: Infit altera *vel* inquam: I quit altera *Ritschelius in adn.* inibi illa *Bergkius Opusc. vol. I p. 6*

63. ERGOMECASTORPULCH(ERE)STINQUITMIHI A me castor *BCZ* pulcher est inquit *Z.* pulchere si inquid *BC.* pulchere siinquit *D (scpa D³).* pulchre si inquit *F.* pulcher hic inquit '*prisca exemplaria*' *P* pulcer est *Servius posteriore loco.* pulcher *idem priore* mihi *ras. C* 64. *Ita A* Eliberalis *F* uide *ex 'codd. ant.' Pyl des, Scioppius IV 7, Acidalius.* uida & *B.* uidaet D^1. indaet et iuda et *F.* uisa et D^3. uisus est *Z.* uisus *Camerarius: quo alii a hanc constructionem usi:* pulcher est, inquit, mihi et liberalis uisus cęsaries *Z.* caesariis *BF.* caessariis *D.* cesariis *C* 65. *Ita A, ni quod* ILLO Nę *D* illę *C* fortunatę quę *Z.* fortuna teq; B^1. fo tunatę q^{vo} B^2. fortunateque CD^1. fortunate q̃ D^3 isto *libri praeter Fleckeisenus Philol. vol. 2 (a. 1847) p. 79.* illo *cum A Ritschelius* cub B^1CD^1: *corr.* B^2D^3 66. ITANEAIEBANTTANDEM#QUAENMEAMBA OBSECRAUERINT *A teste Studemundo: ubi* QUAEUME *Loewius Hi pers. notas om. D* Itane aibant *Ritschelius.* Itane aiebat *Camerariu unde* aibat *Guyetus.* Itanea leuat *BCD.* Itane ea dicunt *F.* Ita dicunt *Z.* dicunt *e 'codd. ant.' affert Pylades,* aiebant *autem ex ant quissimo, in quo scriptum est* 'itane aliena tandem': *cf. Baierus p. 86* quaen me ambae *ex A Studemundus Woelfflini Arch. vol. 1 (a. 188 p. 116.* quae me ambae *BZ, Ritschelius.* quemeambe CD^1. que me am be D^3. quaene ambae *Scioppius Susp. lect. V 7.* quin ambae *Guyet* obsecrauerit BCD^1: *corr.* D^3. obsecrarint *F.* obsecranerant *Pareu* obsecrauerunt *Lorenzius*[1]

Vt te hódie quasi pompam íllac praeterdúcerem?

PYRGOPOLINICES

Nimiást miseria nímis pulcrum esse hominem.

ARTOTROGVS

Ímmo ítast:

Molestaé sunt: orant, ámbiunt, exóbsecrant,
Vidére ut liceat: ád sese arcessí iubent:
Vt tuó non liceat dáre operam negótio.

68. *Donatus in Eun. IV 7, 19:* Animaduerte quantam uim habeant ad delectandum in comoediis seuerae sententiae, cum a ridiculis personis proferuntur: quale est apud Plautum, ubi miles suam formam admirans ait: 'Nimia est...hominem' *Idem in Ad. III 3, 45:* Hae sunt sententiae et semper probabiles et pro personis ridiculae. Plautus in Milite glorioso: 'Nimia est...hominem'

67. *Ita A, nisi quod* ILLAMPRAETERDUCERENT *(in fine post* T *signum* C *litterae simile sibi dispicere visus est Studemundus)* Vt te *BCD, codd. Pyladis.* Vt *FZ* quamsi *B ante ras.* ponpam *CD* illac *Z, Ritschelius in adn.* illa *B ex ras., Scioppius IV 7.* illã *B ante ras. cum CD.* illam *F. cf. ad v. 210* preterducerem *DF* 68. NIMIASTMISERIANIMISPULCHRUMESSEHOMINEM‡IM | MOITAST *A teste Studemundo litteris* IMIA, RIA *et* ITAST *incertis: itemque Loewius, nisi quod pro* MOITAST *incertas litteras* EAOIE *enotaverat dubitanter* PYR. *om. DFZ cum C* Nimia est miseria *cum Donato Beroaldus, Aldus.* Nimis miseria *(ex* miseriã *C) BCD.* Nimis misere *FZ.* Nimis miseri animi est *codd. Pyladis* pulchrum *BCDFZ cum Donato* hominem ART. Immo itast *ex A Studemundus l. s. s.* hominem *BCDFZ.* hominem. AR. Mihi *Ritschelius.* mihi quidem *Ribbeckius* Nimiaest miseriae mihi pulcrum esse hominem nimis *Fritzschius Ind. Rost. a. 1850 p. 4.* Nimis miseriarumst *(vel* miseriaest*)* pulchrum esse hominem te nimis *Muellerus Pros. p. 467.* Nimis miserumst nimis pulchrum esse hominem. AR. Pol mihi quoque *Ritschelius in adn.* 69. MOLESTAESUNTORANTAMBIUNTEXOBSECRANT *A teste Studemundo, nisi quod* T *ante* O *et* BSE *litteras incertas esse adnotat. priorem partem eodem modo legerat Loewius: exitum non expediverat* ART. *vulgo praemissum om. FZ* *Ita Studemundus ex A l. s. s.* Molestae *(*Moleste *CF)* sunt orant ambiunt obsecrant *BCDFZ, ubi* Molestiae *Ritschelius,* sunt mihi *Camerarius,* ambae et *Fritzschius l. s. s.,* sunt mulieres: orant, ambiunt *Bugge Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 638,* orant, adeunt, obsecrant *Kayserus 'Heidelb. Jahrb.' a. 1869 p. 333.* Molestiae sunt, orant, plorant, ambiunt *Hilbergius Epist. ad Vahlenum a. 1877. cf. Muellerus Pros. p. 468, Birtius p. 525* 70. UIDEREUTLICEATADSESEARCESSIIUBENT *A* Viderit ut *B ante corr. cum CD.* Videri / ut *ex corr. B* se *F* ad se te *Birtius l. s. s. p. 525* accersi *BCDFZ* 71. *Ita A* PYR. *praemittunt FZ* Vt tuo non liceat *B.* Vt tuo noliceat *C.* Vttuonoliceat D^1. Vt tuo nõ liceat D^3. Vt una liceat *FZ* dare

PYRGOPOLINICES

Vidétur tempus ésse, ut eamus ád forum,
Vt ín tabellis quós consignaui híc heri
Latrónes, ibus dínumerem stipéndium.
Nam réx Seleucus me ópere orauit máxumo,
Vt síbi latrones cógerem et conscríberem.
Regi húnc diem mihi óperam decretúmst dare.

ARTOTROGVS

Age eámus ergo.

---

74. *Nonius p. 486, 11:* Ibus pro is ... Plautus Milite: 'Latrones...stipendium' *Donatus in Eun. III 1, 42:* Disciplina est comicis, ut stultas sententias, ita etiam uitiosa uerba, adscribere ridiculis imperitisque personis. Vt Plautus: 'Latronibus ego ... stipendium' (utplatusibus denumerem stipendium *cod. Canonic. teste Dziatzkone)* inquit ex persona militis: *cf. Caesar p. 23. 111 Placidus p. 57, 21:* Ibus, iis, illis. Plautus in Milite glorioso: 'Ibus stipendia dinumerem' *(ubi verba* Plautus ... dinumerem *solus liber glossarum habet)* 75. 76. *Servius ad Aen. XII 7 (ex propria, ut vid., lectione: cf. Laemmerhirt p. 357)*: Latronis ... Plautus in Pyrgopolinice aperte ostendit quid sint latrones, dicens: 'rex me Seleucus misit ad conducendos latrones' (nam rex me seleucus me opere orauit maxime ut ei adconducerem latrones et conscriberem *cod. F)*

---

operam *B D*^{3}, *Aldus.* adreopeıã *D*^{1}. adse operam *C.* adire operam *F Z.* operam dare *Camerarius, Ritschelius* negotio *B*^{2}*D*^{3}. negotii *B*^{1}*C.* negtii *D*^{1}. negocii *F Z* 72. UIDETURTEM(PUSE)SSE(UT)EAMUSADFORUM *A* PYR. *om. F Z* eat mus ad (at *C) C D V. 73. 74. 77 delet Guyetus* 73. UTINTABELLISQUOSCONSIGNAUIHICERI *litteris* IHIC *incertis A teste Loewio: etiam* CO *litteras incertas esse notat Studemundus ('in fine neque* INTERIM *neque* CEREIS *scriptum erat' idem)* quas *F Z* designaui *Birtius l. s. s. p. 535* hic heri *F Z.* hic aeri *B*^{1}*C D.* hic aeris *B*^{2}. interim *Ritschelius coll. v. 38* tabulis *et* hic cereis *Bergkius Opusc. I p. 111* 74. latrones ibus *Nonius.* Latronis bus *C D*^{1}. Latronibus hibus *F.* Latronibus *B D*^{3}*Z, Donatus* dinumerem *B*^{2}, *Placidus.* denumerent *C.* denumerenm. *D*^{1}. denumerem *B*^{1}*D*^{3}*F Z, Nonius.* ego denumerem *editur apud Donatum* stibendium *C Cf. testimonia* 75. res seleuticus *B*^{1}: *corr. B*^{2}. res seleucus *C D*^{1} (rex *D*^{3}) operæ *C* maximo *B.* maxumo *C D F Z* 76. latranes *C D*^{1}: *corr. D*^{3} cogerem *D*^{3}. cogerenm *D*^{1} Vt sibi latrones cogerem] *cf. testimonium* 77. Regi *D Z, Lorenzius, Ribbeckius.* Rei *B C.* Legi *F.* Ei rei *Ritschelius ('fortasse tamen sic scriptum fuit:* Ei reí mihi hunc diem *vel* Ei réï mi hunc diem. *quanquam ne id quidem verum puto, sed hoc potius:* Ei réï me hunc diem o. d. d.' *idem)* die *B*^{1}*C D*^{1}. diẽ *B*^{2}*D*^{3} decret$\overline{u}$ *B*^{1}: *unde* decretvst *B*^{2}. deoretus *C.* decretus (s *inferiore parte evanida, sed a man. 1) D.* decretum est *F Z* 78. ART. *om. F* Age eamus *F Z.*

PYRGOPOLINICES

Séquimini, satéllites.

Agetemus *D.* Age temus *C.* Age tenem' *B ante corr.* Age eamus *(lineola sub* ten *ducta et* a *sup. scripta) B correctus: utrum m. 1 an m. 2 correxerit, non satis certum.* Agite eamus *Pareus.* Agite ergo eamus *Studemundus apud Kellerhoffium p 74* satellitis *B. cf. Buechelerus de decl.*[2] *p. 35.* satellis *(*el *ex* is *corr.)* palestrio *C.* satellitis palestrio *D.* satellites *FZ*

ACTVS II

PALAESTRIO

Mihi ad énarrandum hoc árgumentumst cómitas,
Si ad aúscultandum uóstra erit benígnitas.
Qui autem aúscultare nólet, exsurgát foras,
Vt sít ubi sedeat ílle qui auscultáre uolt.
Nunc qua ádsedistis caúsa in festiuó loco,
Comoédiai quám nos acturí sumus

79. *Cf. Donatus (vel potius Euanthius) praef. Phorm.:* Nam officium prologi ante actionem quidem rei semper est: uerum tamen et post principium fabulae inducitur, ut apud Plautum in Milite glorioso et apud ceteros magnae auctoritatis ueteres poetas

Act. II Scaen. 1 Huius scaenae quae prologi vice fungitur formam quae traditur non ubique a Plauto profectam esse post Ritschelium cum alii viderunt tum Ribbeckius: quod tamen eodem Ribbeckio praeeunte non ausus sum Plautina ab alienis discernere, periti non vituperabunt. ceterum v. 79—87 uncis saepsit Lorenzius ducibus Dziatzkone programm. Lucern. p. 2 et Liebigio p. 41, item v. 88–94 duce ex parte Liebigio (qui etiam v. 95—97 damnat): de reliquis s. l. dicetur. cf. Dziatzko dissert. p. 27 sq., Ussingius, Trautweinius de prol. Pl. indole atque nat. p. 46 sqq. PALESTRIO SERVVS *B et rubricator in D (erasis litteris* Palestrio seruus *a D^2 scriptis).* PALESTRIO seruus *F'Z. om. 2 versibus vacuis relictis C (cf. ad v. 78)* 79. PA *praem. in D alia m. om. reliqui* ihi *CD^1 (*M *addit in D rubricator)* est *BCDFZ* comtas *B^1CD^1: corr. B^3D^2* 80. at *B^1C.* ad *B^2* autscultandum *(*t *del. m. 3) D* benigni/////tas *(eras.* gi *vel* g*) D* 81. auscultabunt *(corr. m. 2) B.* ausc,l,utabunt *C.* ausculta/////////// *(cr.* bunt*) D.* auscultare *D (a m. alia corr.) F'Z* nolet *F'.* noll& *(*l& *exp. et* it *s. scr. m. 2) B.* nollet *CDZ: cf. Ritschelius Stichi praef. p. 15* exsurgat *B.* exur gat *CD.* exurgat *F'Z* 82. sede at tille *C.* sedeattille *(sed erasa altera* t*) D* uult *BCDF'Z* 83. adsedistis *D^2.* assedistis *F.* adsedisti *D^1.* assedi *Z* festino *Z* 84. Comoediai *Scioppius IV 7.* Comoedię *Z.* Comediae *BC.* Comediæ/// *D (*æ *ex* ae *D^2).* Comedie *F* quam nos *(sed* Comoediae huius*) Pylades.* quandos *CD^1.* quando *B^1.* quam *$D^2F'Z$.* quam modo *(*quāndǫ *et* modo *in marg.) corr. B^2, Bentleius, Ritschelius: cf. Fritzschius l. s. s. p. 5*

Et árgumentum et nómen uobis éloquar.
Alázon graece huic nómen est comoédiae:
Id nós latine glóriosum dícimus.
Hoc óppidum Ephesust. íllest miles, méus erus,
Qui hinc ád forum abiit, glóriosus, ínpudens,
Stercóreus, plenus périuri atque adúlteri.
Ait sése ultro omnis múlieres sectárier.
Is déridiculost quáqua incedit ómnibus.
Itaque híc meretrices, lábiis dum ductánt eum,
Maiórem partem uídeas ualgis sáuiis.

---

93. *Charisius p. 103, 7:* Verrius autem Flaccus sic distinxit, modica esse labra, labia inmodica et inde labiones dici. nam ... Plautus: 'labris...eum': *ubi Verrium* labiis *voluisse adnotat Keilius, nisi quaedam exciderunt post v.* dici 94. *Festus p. 375, 15:* Valgos

---

Comoediae quam nos modo *Camerarius* aucturi *(u exp. m. 2) B.* aucturi CD^1: *corr.* D^2 85. eloquar *(el ex ec) C.* elloquar *Z* 86. Alazon] *lacunam F* grece *BDF.* crece *C* est *Pylades.* eloquar $BCFZ.$ $\overset{1}{\text{e}}$oquar *D. om. Saracenus, Pius* graece est nomen huic *adfert Bentleius in Phorm. prol. 26 (*nomen huic, *deleto* est, *idem). 'eodem iure potueris* graece nomen huic comoediaest' *Ritschelius* comediae BCD^2. comedie D^1F 87. *Hunc versum interpolationi deberi censet Ritschelius (praef. Stichi p. 18) et velut tales expulisse:* Ei Militi esse glorioso fabulae | Nomen poeta uoluit uorsae barbare *Post h. v. lacunam esse volunt duce Ritschelio l. s. s. Brixius et Lorenzius* 88. opidum *BF* Ephesust *Camerarius.* epesum est B^1CD^1. h *sup. scr.* B^2D^2. ephesum est *FZ.* Ephesumst *Lindemannus, Ribbeckius* illest *Seyffertus Stud. Pl. p. 18. cf. Birtius p. 562.* idē *B. om. CD FZ.* inde *cum v. 91 constructum Bothius, Ritschelius.* idem est *Camerarius.* inde est *Lipsius Ant. lect. IV 14, Lambinus.* inde miles meus erust *Lorenzius Philol. vol. 32 (a. 1873) p. 276, Bergkius Opusc. vol. I p. 673* erus *BD.* ereus *C.* herus *FZ constanter* 89. adforum *B* habiit *D* impudens *FZ* 90. periurii *BCDFZ* adulterii BD^2 *FZ.* adelterii CD^1 *Post* abiit *colon ponit Brixius verba* plenus...sectarier *complectens cum Ritschelio* 91. Ait se ultro qui *Birtius l. s. s. p. 562* omnis *Z.* omnes B^2F. ut omnis *C.* ut omnes *(*e *ex* i*)* B^1. $\overset{e}{\text{o}}$mnis *(er.* se *ante* o, e *ex* i D^2*) D* sectarier B^2D^2FZ. ectarier B^1 CD^1 *Ceterum hunc v. proximo postponit Ribbeckius* 92. deridiculo est *Acidalius.* dericulust *B.* deri dicust *C.* derisuiest *in D alia m. ex* dēridluist, *ut vid.,* suie *post rasuram.* derisui est D^3FZ 93. meretrices *D ex corr., Saracenus, Pius.* meretricis B^1CD *(ante corr.)* *FZ.* meretriciis B^2 labris *Charisius: cf. testim.* labeis *Fleckeisenus Ep. crit. p. 8* ductant eum *Beroaldus.* ducaut eum *BDFZ.* ducunt eum *C.* ductantem *cod. Charisii* . 94 Maiorē *(*ē *ex* is, *ut vid., corr.) D* ualgis suauiis B^1: *inde* $\overset{u}{\text{u}}$algis B^2. ualgis sauus *C.*

Nam ego haú diu apud hunc séruitutem séruio.
Id uólo uos scire, quómodo ad hunc deuénerim
In séruitutem ab eó quoi seruiuí prius.
Date óperam: nam nunc árgumentum exórdiar.
Erat érus Athenis míhi adulescens óptumus.
Is amábat meretricem áltam Athenis Átticis,
Et illa íllum contra: quíst amor cultu óptumus.
Is públice legátus Naupactúm fuit

Opilius Aurelius aliique complures aiunt dici, qui diuersas suras habeant. Plautus in Milite glorioso: [qui talos uitiosos] 'Maiorem ...ualgis sauis: *ubi verba* qui talos uitiosos *expulit Muellerus. miro hinc Fulgentius confinxit p. 565:* 'plus uideas ualgis quam sabis'...ualgia uero sunt labellorum obtortiones in supinatione pacti *Cf Corp. gloss. vol. IV p. 188, 37:* Valgis foras uersus tumentibus *(ita O. Muellerus ad Fest.: cf. Loewii Prodr. p. 269:* fures uersus tumeantibus *cod. Vatic.:* foras uersũ tumentibus *cod. Leid. 67 E) Cf. Leidolphus p. 245* 101. *Donatus ad Ad. I 1, 25:* Item similiter, contra uicissim. Plautus: 'Vt illa...optimus'

---

ualgis sauis *Festi schedae teste Thewreukio* *Post hunc v. (damnatum a Guyeto) lacunam esse censuit Ritschelius praef. huius fab p. 12 sq.* 95. *Hunc v. post 97 collocat Ritschelius. idem suasi Bergkius* hau diu *Ritschelius.* audiu CD^1. aut diu B^1. haud di B^2, *Camerarius.* iã diu D^2FZ 96. at hunc B^1: *corr.* B^2. at hu *C.* adhuc *F* deuenerim B^2D^2FZ. deuenerit B^1D^1. conuenirit *(n posterior ex* r*) C* ad huncce uenerim *Scioppius IV 7* 97. ab eo cu *Z.* habe oculi *C.* habeo cui *(ras. ex* culi*) D.* habeo///cu////// *(habe* oculis *ante ras.) B.* habeo cui *F* 98. operam *(per in ras. et* o *e corr.: fuit* nam*) C* argumentum *(gum ex* cem*) C* exordia B^2D^2FZ. exordiat B^1D^1. exodiat *C* 99. erus *(u ex* a*) C.* heru *FZ* adolescens *F.* ad///ulescens *(s eras.) D* optuinus *C* 100 amat *Bentleius* altam *Ritschelius coll. Rud. 741, quod dubitante retinui.* matre *libri.* matrimã *'prisca exemplaria' Pii.* macte *Aldus, Palmerius.* aeque *Camerarius.* arte *Scioppius V 21.* ortam *Wagnerus 'Litt Centralbl.' 1876 p. 694: quod a Plauto abhorrere putat Ritschelius* itidem *Brixius.* ante *Fritzschius l. s. s. p. 5.* acre *Tyrrellius, Ussingius* patre et matre Atticis *Lorenzius*[1]*: cf. Philol. vol. 32 (a. 1873) p. 278* et patre et matre Atticis *Niemeyerus 'Philol. Wochenschr.' vol. I (a. 1881) p. 387* Is amat *(amat etiam Bentleius)* meretricem a matre *(vel* mer misere*)* Athenis Atticis *Bergkius Opusc. vol. I p. 34.* Meretricem amaba natam Athenis Atticis *praecedente unius v. lacuna, in qua* is *extiteri Schenkelius Stud. Pl. p. 80 = p. 686.* Is amabat meretricem ⟨itidem quae illo tempore Habitabat cum sua⟩ matre Athenis Atticis *Leo Mus Rhen. vol. 38 (a. 1883) p. 25, fortasse vere* 101. Et] ut *Donatus* qui est *BDFZ*, *Donatus.* quid est *C* amoris cultor optimus *Donatus* 102. Naupactum hinc fuit *vitiose Lambiniana*

Magnái rei públicai grátia.
Intéribi hic miles fórte Athenas áduenit.
Insínuat sese abséntis ad illam amícam eri:
Occépit eius mátri suppalpárier
Vino, órnamentis ópiparisque obsóniis:
Itaque íntumum ibi se míles apud lenám facit.
Vbi prímum euenit míliti huic occásio,
Sublínit os illi lénae, matri múlieris
Quam erus méus amabat. nám is illius fíliam
Conícit in nauem míles clam matrém suam
Eamque húc inuitam múlierem in Ephesum áduehit.

---

103. *Marius Victorinus p. 147, 22:* Pari ratione syllabarum diuisio uel conexio eandem metris uarietatem dabit, ut rei magnai publicai gratia. nam si diductionem syllabarum ad unitatem reuoces, ut sit 'magnae' et 'publicae', ex trimetro acatalecto brachycatalectum trimetrum efficies

---

103. Magnai reiipublicai *Lambinus Faernum secutus.* Rei magnai publicai *Marius Victorinus.* Magna rei publicã B^1CD^1. Magna rei publicae B^2D^2. magna rei publice *F*. magna reip. *Z* gratia D^2FZ. gratiast BCD^1. gratiai *Marii Victorini codices AB* 104. Interibi *Acidalius.* Interiuit B^1. Interi uit D^1. Interiuit *(inter* i *et* u *incohata* b*)* *C*. Interĩ ut B^2. Interĩ iuit D^2F. Interrim iuit *Z*. Interim ut *Camerarius* hinc *Z* milis *B* athenis *C ante corr.* 105. Insunuat *C* absentis *Ribbeckius. om. libri, Ritschelius* at illam B^1C: *corr.* B^2. adittã *ex* atillã D^1: *separ.* D^3 amicam meri *C*. amicam ///eri (m *erasa*) *B*. amicã·///eri (*erasa* m) *D*. amicam heri *FZ*. amicam eri mei *Ritschelius duce Camerario: cf. Luchsius in Studemundi Stud. vol. 1 p. 37, Buggius Op. ad Madvigium p. 163* 106. *Antecedentibus continuat B* matri subpalparier *B*. matrisubpalparĩ *C*. matris culpaparĩ (culpap *alia m. litteris* ubpalu *erasis*) *D*. matris culpa pariter *FZ* 107. opi⌣parisque *B*. opiparais *C* 108. intimum *BCDFZ* milis BCD^1: *corr.* D^2 *et* D^3 facit *ex* fecit *C* 109. euenit (n *ex* v *incohata*) *C* huic (hinc *C*) occasio *BCD*, *codd. Pyladis. om. FZ* 110. Sublinit os illi *Scutarius.* Sublinitos illos B^1. Sup linitos illis *C*. Sublinit os illis B^2. Sublinitos illis D^1: *separ.* D^3. Subliniri os illis (*suprascr.* t ri) *alia manus in D.* Subliniri os illi *FZ*. Subleuit os illae *Camerarius.* Sublinit oscillum *Leo l. s. s. p. 25* lenae *D*, *Scutarius.* laenae B^1. laenę *C*. bene *FZ*. laenae& *corr.* B^2. et lenae *Camerarius* matri/// (s *erasa*) *C* 111. filia *ex* filius *corr. C*. filia B^1 D^1: *corr.* B^2D^2 112. Coniicit *Camerarius.* Contigit *B*. contegit *CD*. compegit *FZ*. Coniecit *Lachmannus ad Lucr. p. 128, Ribbeckius* innauẽ *B* milis BCD^1: *corr.* D^2 clamat rem suam (clãmat *D*. re sua *ex ras. idem*) B^1CD. clam matre sua *FZ*. clam ad rem suam B^2 113. huc inuitam *BCDF*. inuitam huc *Z* aduehit B^2D^3F.

Vbi amícam erilem Athénis auectám scio,
Ego quántum uiuos póssum mihi nauém paro:
Inscéndo, ut eam rem Naúpactum ad erum núntiem.
Vbi súmus prouecti in áltum, fit quod dí uolunt:
Capiúnt praedones náuem illam ubi uectús fui.
Prius périi quam ad erum uéni quo ire occéperam.
Ille quí me cepit, dát me huic dono míliti.
Hic póstquam in aedis me ád se deduxít domum,
Video íllam amicam erílem, Athenis quaé fuit.
Vbi cóntra aspexit me, óculis mihi signúm dedit,
Ne se áppellarem. deínde, postquam occásiost,
Conquéritur mecum múlier fortunás suas.
Ait sése Athenas fúgere cupere ex hác domu:

uenit B^1CD^1. anehit *Z*, *Acidalius* *V. 114. 115 sic collocavit Acidalius: inverso ordine libri* 114. Vt *Ritschelius falso de B codice testimonio fretus* 115. quantum uiuus possum *BCD, quod removere non audeo: cf. Niemeyerus l. s. s. p. 387 et Bugge Opusc. ad Madvig. p. 163 sqq.* quantum citius (citius *voce suprascripta)* possum B^2, *Camerarius.* quantum unus possum *FZ.* quanto citius possum *Lambinus.* quantocius possum *Gulielmus.* quantum possum, unus *aut* quantum possum *Acidalius.* tantum quantum potis sum *Ritschelius.* quantum tutus possum *Ribbeckius.* quantum possum uili *Schoellius 'Litt. Centralblatt' a. 1882 p. 610* mihi] mihi iam *F'* 116. Inscendo *B,* '*prisca exempl.*' *Pii.* Incendo *CD.* Incedo *FZ* aderum B^2. ad erum *alia m. in D.* aterum B^1D^1. alterum *C* nuntiet B^1CD. nuntiem *corr.* B^2. nunciem *Z* 117. prouecto *C* fit quod di uolunt *Weisius, Fritzschius Ind. schol. Rost. a. 1850 p. 5 (quae pro parenthesi esse vult Ribbeckius).* fit quod uolunt *B.* sit quod uolunt *CD.* sicut uolunt *FZ.* t sequi uolens *D marg. al. m.* id quod uolunt *Camerarius.* id quod di uolunt *Lipsius Ant. lect. IV 14, Bentleius.* atque aduolant *Acidalius* Praedones, capiunt *transponens.* sicut uoluerunt *cum Bothio Ritschelius* 118. praedonis *B.* p̃redonis *C.* predonis *D.* predones *FZ* 119. periit — uenit — iret *B ante ras. CD ante ras.* aderum *B. idem ex* aderam *C* 120. qui *Beroaldus. om. libri* cępit *Z* huc BCD^1: *corr.* D^3 domo *ante ras. D.* dono *corr.* D^3 121. p̓quā *B: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 549* inaedis *B.* inedis *CF'* me at B^1D^1. me ad B^2D^2. meat *ex* meas *C* sese *codd. Pyladis* deduxit *Camerarius.* duxit *BCDFZ* med ad se adduxit *Fleckeisenus: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 40* 122. uideo illam, amicam *interpunxit Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 109* atenis *B.* at henis (at henisq;) *C* q; B^1CD^1. que *F.* q^{ve} *corr.* B^2. q̃ *corr.* D^3 123. oculis *ex* osculis *D* 124. apellarem *B* deinde *B.* dein *reliqui* posquam CD^1. postquam D^2. *cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 549* est *BCDFZ* 125. m///e⏝cū *B.* mae cum *C.* m///ecum *D* fortuna sua B^1CD^1: *corr.* B^2D^2 126. athenis *D.* athēnis *ante corr. C* cuperet B^1CD *ante ras.*: *corr.* B^2

Sese íllum amare, méum erum, Athenis quí fuit,
Neque péius quemquam odísse quam istum mílitem.
Ego quóniam inspexi múlieris senténtiam,
Cepí tabellas, cónsignaui clánculum,
Dedi mércatori quoídam, qui ad illum déferat,
Meum erúm, qui Athenis fúerat, qui hanc amáuerat,
Vt is húc ueniret. ís non spreuit núntium:
Nam uénit is et in próxumo hic deuórtitur
Apúd paternum suom hóspitem, lepidúm senem.
Atque ís illi amanti suo hóspiti morém gerit
Nosque ópera consilióque adhortatúr, iuuat.
Itaque égo paraui hic íntus magnas máchinas,
Qui amántis una intér se facerem cónuenas.
Nam unúm conclaue, cóncubinae quód dedit

---

cum A. ecastor ego *B C D.* ergo ecastor *Acidalius* 381. *Ita A, nisi quod* MIHI *et* NOCTEHACSOMNIAUI *(ubi litteras* O *post* S *et* AUI *incertiores esse dicit Studemundus)* Mi hau *duce A Ritschelius.* Mihi aut B^1. Mihi haud $B^2 C D F Z$ euenit $F Z$ *cum A.* eueniat *B C.* eueat *D* noctu *libri praeter A* somniauit B^1: *corr.* B^2 382. *Ita A, nisi quod* EGOELOQUAR Eloquar *Ritschelius in adn.* ego eloquar *libri cum A, Ritschelius in contextu* (somniasti *cum Camerario*): *cf. Brixius Nov. ann. vol. 123 (a. 1881) p. 54* aduortite *Acidalius cum A.* aduortit B^1. ad uortito $B^2 C D Z$, *Ritschelius praef. Stichi p. 17.* aduertito *F* 383. *Ita A, nisi quod* HA(CNOCTEIN)SOMNIS acnocte *D* geminast *duce A Ritschelius.* gemina *B.* gemina et *C D F Z. cf. Olsenus p. 98* 384. *Ita A, nisi quod* QUOM Venisset B^1: *corr.* B^2 cum suo *F Z.* cum eo B^1. cum meo $B^2 C$. cũ·m̃eo *D* · 385. *Ita A, nisi quod* ET *ab initio,* HOSPITIUM *et* DEUERTISSEUISI, *hoc lectione dubia teste Studemundo (*DEUERTIESTUISŨ *legerat Loewius)* Ei *duce A Ritschelius.* Hi *B C D F Z* hospitio huc $B C D^2 F Z$, *Ritschelius.* sospitio huc D^1 *(*ambosospitio huc*)* mihi deuortisse uisi *scripsi duce A.* mihi deuortis uisi B^1. mihi deuorti sunt uisi B^2. mihi diuorti sunt uisi *(*nisi *F) C* D^2 *F Z.* deuorti mihi sunt uisi *cum Bothio Ritschelius* Hice ambo hospitio in proxu mum huc diuorti mihi sunt uisi *Bentleius* 386. *Ita A, nisi quod* PALAESTRIONI *et* NARRATUR#PERGE PAL. *Acidalius.* SCE. *B C D F Z* Palaestrionis *Dousa.* palestrioni *B C D F Z (cf. A)* perge *Acidalius.* PAL. perge *B C D F Z* 387. *Ita A. nisi quod* A *in* UISA *non prorsus certa* leta *B F* uiso *F.* uisu *Gronovius. cf. Kochius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 61.* facto *Ritschelius in adn.* sorror *D: corr. eadem m.* 388. *Ita A, nisi quod* MAXIMAM Suspitionem *B C D* maximam *B C D cum A* 389. *Ita A* argueret B^1: *corr.* B^2 insomnis *B* meus mihi familiaris *ex A Ritschelius, Bentleius.* familiaris meus mihi *B C D F Z* uisu sc//leris B^1. uisus est B^2 *cum C D F Z*

Me cum álieno adulescéntulo, quasi núnc tu, esse auscultátam,
Quom illa aúsculata méa soror gemina ésset suompte amícum.
Id me ínsimulatam pérperam falsum ésse somniáui.

PALAESTRIO

Satin éadem uigilanti éxpetunt quae in sómnis uisa mémoras?
Eu hércle praesens sómnium: abi íntro et conprecáre.
Narrándum ego istuc míliti censébo.

PHILOCOMASIVM

Facere cértumst:
Neque mé quidem patiár probri falso ínpune insimulátam.

---

390. *Ita A, nisi quod* TUES Mecum B^1: *separ.* B^2. mecum cum *CD* adulescentulo *BF cum A.* adolescentulo *CDZ* nunc tu, esse osculatam *Hermannus* (nunc, esse osculatam *Camerarius).* nunc est osculatam esse B^2CDF, *nisi quod* Osculata messe *ex* Osculatẽ messe *D.* nunc est osculatam *Pylades, Scioppius IV 7.* nec est osculatam esse *Z.* nunc est auscultata ẽ B^1. nunc tu ais auscultam *Seyffertus* 391. CUMILLAAUSCULERMEASORORGEMINAESSETSUUMPTEAMICUM *A (ubi tamen* AUSCULTA *Studemundus:* P *in* SUUMPTE *non satis certam esse et Loewius et Studemundus testantur)* Quom *B.* Cum *reliqui cum A* illam ausculta B^1. illa osculata B^2 *cum CDFZ* suumpte *Gruterus cum A.* sumptu B^1. suũ//// B^2. suum *CDFZ* 392. *Ita A* Id *Ribbeckius ex A.* Ita B^2CDFZ, *Ritschelius.* Itẽ B^1. *cf. Baierus l. s. s. p. 97* perperam falsum *BCD cum A.* perperam *FZ.* perperam probri *Ritschelius.* perperam ego *Hermannus.* perperam falso *Lorenzius* esse// *B.* fuisse *(omisso* falsum*) Pylades, Acidalius* 393. *Ita A* Satim *Z* uigilanti *FZ cum A.* uigilantis *BCD. cf. Langenus 'Beitr.' p. 2.* in uigilanti *tamquam ex A Ritschelius.* in uigilantes *Scioppius V 3.* in uigilantem *Biese de obiect. interno thes. 4* expetuntque B^1F: *corr.* B^2 uisam memorast B^1: *corr.* B^2 394. *Ita A, nisi quod* SOMNIUM♯ABI Eu *Ritschelius cum A.* Heus *BCDFZ.* Heu *Hauptius Opusc. vol. III p. 400* praesens somnium *cum A Brixius Emend. Pl. (a. 1854) p. 9 post Camerarium.* pdent somnium B^1. p̄sentia om̃a B^2 *in marg.: item* CD^1. p̄sentia om̃a *corr.* D^2. praesenti iam omnia *FZ.* praesens somniumst *Ritschelius* abi B^2. aut B^1 conprecare B^2 *cum A.* conprecarint B^1. comprecare *CDFZ V. 395. 396 post v. 371 collocari vult Ladewigius Philol. v. 17 (a. 1861) p. 257* 395. *Ita A, nisi quod* CERTUMEST Narandum *Z* PIII *sup. scr. B* certum *sine* est *libri praeter A, Olsenus p. 90* 396. *Ita A, nisi quod* PROBI probri *Camerarius.* prout B^1. prodi B^2CDF. perdi *Z* falso in pune *B cum A.* falso impune *(vel* ī̃pune*) CDFZ. cf. Kochius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 63.* inpune esse *Ritschelius cum Hermanno* insimulata *CD*

SCELEDRVS

Timeó quid rerum gésserim: ita dórsus totus prúrit.

PALAESTRIO

Scin té perisse?

SCELEDRVS

Núnc quidem domi cértost: certa rés est,
Nunc nóstrum obseruare óstium, ubiubíst.

PALAESTRIO

At, Sceledre, quaéso,
Vt ád id exemplum sómnium quam símile somniáuit,
Atque út tu suspicátus es eam uídisse osculántem.

SCELEDRVS

Nescío quid credam egomét mihi: ita, quód uidisse crédo,
Me id iám non uidisse árbitror.

397. *Nonius p. 203, 4:* Dorsus iterum masculini. Plautus in Milite: 'Timeo...prurit'

---

397 *Ita A, nisi quod* DORSUMTOTUM timio D^1: *corr.* D^2 gesserim *Z cum Nonio et A.* gesserit *BCDF* dorsus totus *BC, Nonius.* dor sũ totus *D.* dorsum totum *FZ cum A: cf. Caesar l. s. s. p. 116* prorit B^1: *corr.* B^2 398. *Ita A, nisi quod* NUM *et* CERTOEST *(Loewius* PERISSEDUM-QUIDEM *enotavit)* perisse *ex* perisses *B.* perisse *FZ.* periisse *CD* SCEL. Nunc *Acidalius.* sed nunc *B.* nunc *CDFZ, Palaestrioni continuantes* quidem] quid? est *F.* quid est *Z* certost: certa *Ritschelius duce A.* certo SC. certa *BCDFZ. Sceledro continuavit iam Acidalius* 399. *Ita A, nisi quod* OBSERUARE*(vel* I*) et* U(BIUBIST) *litteris praeter* UB *prioribus incertis* obseruaret B^1: *corr.* B^2 hostium *FZ* ubiubi est *Bothius confirmante A, ut videtur.* ubisset B^2. ubisset B^1. ubi isset *CDF.* ubi esset *Z.* ubi ubi sit *Gruterus.* ubi est *Acidalius.* uicissim *Gertzius* '*Nordisk Tidskrift f. Phil.*' *vol. 5 p. 256* scelera et B^1: *corr.* B^2 queso *BCDF* 400. *Ita A* it B^1: *corr.* B^2 quam simile *Camerarius cum A. cf. Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 778.* quia simile B^1. quasi simile B^2 *cum CDFZ, nisi quod* Quasi *in ras. ex* Quib; *ut vid. C.* consimile *Ritschelius* 401. *Ita A, nisi quod sine* ES Aeque *Fuhrmannus Nov. annal. vol. 97 (a. 1868) p. 845* uitu B^1. ut tu B^2 suspicatus è B^1. suspicatus es B^2CDFZ. *cf. Kiesslingius Anal. Pl. p. 10.* suspicatu's *post Bentleium Ribbeckius (simul* uidisse te*)* te eam *Ritschelius* uidisset B^1: *corr.* B^2 uidisse te *Camerarius* 402. *Ita A, nisi quod* MIHIIAM. *om. BCD FZ. versum quem non expediverat Ritschelius ex A correxit Studemundus* '*Festgruss*' *p. 70, nisi quod* iam *delet Fleckeisenus Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 504 adn.* 403. *Ita A, nisi quod* ARBITROR-(#NE)TU Me id iam *Studemundus l. s. s. ex A.* SC. Meam B^1.

PALAESTRIO

Ne tu hércle sero, opínor,
Resipísces. si ad erum uénerit haec rés, peribis púlcre.

SCELEDRVS

Nunc démum experior, mi ób oculos calíginem opstitísse. 405

PALAESTRIO

Dudum édepol planumst íd quidem: quae hic úsque fuerit íntus.

405. *Servius Danielis in Aen. I 233:* Ob enim ueteres pro iuxta ponebant. Plautus in Milite: 'Nunc scio mihi ob oculos caliginem obstitisse'

SC. Meeam B^2 *cum* $CDFZ$ arbitror *ex A Studemundus.* arbitri B^1 arbitraris B^2CDFZ Men eam non uidisse arbitras? *ed. Ritschelius* sero opinor *ex A Studemundus, ex coniectura Ritschelius.* opinor obsecro $BCDFZ$ 404. RESIPISCE*(vel* I*)*SSIADERUMHAECRESPRIUSDEUENERITPERIBIS PULCHRE *litteris* SI *et* DE *non satis certis A* Resipisces. si *ex A Ritschelius.* Resipisci B^1. Respicis si B^2C. Respitis si D. Respires si F. Respice si Z ad erum uenerit haec res *Ritschelius.* aderum hec *(*hęc B^2. hec F*)* res prius ob oculos *(*prius ob oculos *om.* FZ*)* peruenit *(ita* B^2. creuerit B^2*)* $BCDFZ$. ad erum deuenat haec res *Ritschelius olim probante Fleckeiseno Philol. vol. 2 (a. 1847) p. 85 et Exerc. p. 43.* ad erum haec res prius deuenerit, peribis *(omisso* pulcre*) Studemundus l. s. s.* Resipiscis: si ad erum haec res prius percrebuerit, peribis *Bergkius Opusc. I p. 673* peribis B^2 *cum A.* peruis B^1CD peristi FZ pulchre $BCDFZ$ *Sic Hermannus locum constituebat:*

SC. Hanc quam oculis uidi egomet meis, eam quod uidisse certo
Scio, hoc non uidisse arbitraris? PA. Tu hercle sero, opinor,
Resipisces: ad erum si aliquid huius uenerit, peribis.

405. *Ita A, nisi quod* MIHI *(dubia lectione teste Studemundo) et* OBSTITISSE *potius quam* OPSTITISSE *(teste Studemundo)* Nunc scio mihi *Servius Dan.* experior mi ob oculos *Ritschelius duce A, Weisius.* experior prius ob oculos *B.* experiar prius ob oculos $CDFZ$, *nisi quod* osculos Z mihi ob oculos *deleto* prius *iam Bentleius* obstitisse *Servius cum A.* optingessint B^1. optigisse B^2. obtigisse CD FZ. optinuisse *Bugge Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 642* 406. DUDUMAEDEPOLPLANUMESTIDQUIDEMQUAEHICUSQ·FUE *(extrema pars in proprio versu fuerat) A (*DUDUM#EDEPOL *probabilius esse quam* DUDUMAEDEPOL *dicit Studemundus)* planumst id quidem *Ritschelius praef. Stichi p. 17 cum A (*planumst *iam Bentleius).* planum hic quidem BCD. planum hoc quidem FZ. planumst hoc quidem *edidit Ritschelius.* hoc planum quidem *Camerarius* hic usque *Camerarius cum A.* hinc usque BCD. huc usque FZ

SCELEDRVS

Nihil hábeo certi quíd loquar: non uídi eam, etsi uídi.

PALAESTRIO

Ne tu édepol stultitiá tua nos paéne perdidísti:
Dum té fidelem fácere ero uoluísti, absumptu's paéne.
Sed fóres uicini próxumi crepuérunt: conticíscam.

PHILOCOMASIVM. PALAESTRIO. SCELEDRVS

PHILOCOMASIVM

Inde ígnem in aram, ut Éphesiae Diánae laeta laúdes
Gratísque agam eique ut Árabico fumíficem odore amoéne:
Quae me ín locis Neptúniis templísque turbuléntis

---

412. *Cf. Serv. ad Georg. II v. 115:* Plautus: arabico ture *cf. Laemmerhirt p. 382*

---

407. quod *Bothius* uidi eam *Camerarius.* uideam *BCDZ.* uiderim? *F* et si *C* uidit B^1: *corr.* B^2 408. Netu *B* tu] te *FZ, Bothius* stulticia *F* nos B^2. nostra *(vel* nr̄a*)* B^1CD. om. *FZ* poene *BCD.* pene *FZ* perdidisti *Camerarius.* perdidit *BCDFZ.* perdidisse *mire Bothius* 409. fidem *Z* ero *add.* B^2: om. B^1 uoluistis *ante ras. B* absumptu's *Bentleius (*absumptus *Guyetus).* absumptus es B^2CDFZ. absumptu st B^1. *cf. Olsenus p. 51* pene *BCDFZ* 410. foris B^1D, *quo servato* concrepuit *Ritschelius praef. Stichi p. 17* proximi *FZ* crepuerunt *B.* concrepuerunt *CDFZ* conticiscam philocomasiũ *B ante ras.* conticiscam *B post ras.* conticescam *CDFZ*

Act. II scaen. 5 PHLOCOMATIV̄ PALESTRIO SCELEDRVS D^2 *et (nisi quod* PHILOCOMASIVM*) F.* Palestrio. Philocomasium. Sceledrus *Z.* PHILOCOMASIVM MVLIER SERVI II *C et in marg. B* 411. PH. INDO *(O e corr. m. 2) B* ignemin B^1. ignē in B^2 ut ephesię B^2. ute phesię B^1. ut ephęsię *D.* ut ephesie *F* diane *F.* danę D^1: *corr.* D^2 laeta laudes *Pareus*[3], *Bergkius Diurn. antiqu. a. 1834 p. 1003.* latas laudes *(*lata B^1. latas B^2*) BCDFZ.* laudes latas *Camerarius.* laudes laetas *aut* lautas *Dousa.* lauta laudes *Gruterus.* laetas laudes *Bentleius.* laetans laudes *Birtius p. 530* 412. Gratisque *Bothius.* Gratesque *BCDFZ* arabico B^2CDFZ. *cf. testim.* Arabio B^1, *Ritschelius* fumicem *F* odorē *B* amene *BF.* amoena *Z.* amoeno *Pareus*[3] 413. Quę B^2Z. Qui B^1CD. quam *F* neptunis *B: corr.* B^2. nepituniis *D.* neptunniis *F* templisque] tempestatibus *'in priscis exemplaribus' esse Pius dicit* turbulentis *(*i *ex* e*) D*

Seruáuit, saeuis flúctibus ubi sum ádflictata múltum.

SCELEDRVS

Palaéstrio, eho Palaéstrio.

PALAESTRIO

Eho Scéledre, Sceledre, quíd uis? 415

SCELEDRVS

Haec múlier, quae hinc exít modo, estnè erílis concubína
Philocómasium an non ést ea?

PALAESTRIO

Hercle opínor, ea uidétur.
Sed fácinus mirumst, quo modo haec hinc húc transire pótuit:
Si quídem east.

SCELEDRVS

An dubiúm tibist eam ésse hanc?

PALAESTRIO

Ea uidétur.

SCELEDRVS

Adeámus, appellémus. heus, quid istúc est, Philocomásium? 420

---

414. Seruabit B^1: *corr.* B^2 seuis CDF sumat flictatã B^1. sum afflictata B^2CDFZ 415. Palaestrio, eho Palaestrio. PA. Eho *Bothius.* Palestrios o palestrios PA. os B^1 *ante ras.* Palestrio o palestrio. PA. o B^2CDFZ. Palaestrio eho, Palaestrio eho PA. *Ussingius. cf. Richterus in Studemundi Stud. vol. I p. 450* sceledre sceledre BCD, *codd. Pyladis.* sceledre FZ quituis B^1: *corr.* B^2 416. Hec BDF que B^1F. quę B^2 euexit *ante ras.* B est ne B 417. annon B ẽ ea B^2. ẽ ei B^1. est ista Z *V. 418 et 419 bis exhibet Z: nos alterum locum sic signamus (Z)* 418. SCE. *praem. Ribbeckius Mus. Rhen. vol. 12 (a. 1857) p. 595* est *libri* haec hinc huc *Ritschelius, ut v. 377.* haec (hec B^1. hęc B^2D) hic nunc BCD. haec hinc nunc FZ, *nisi quod* hec F. haec hinc (*Z*) transire potuit *Ritschelius, ut v. 377.* transire (transiret *B*) potuerit $BCDFZ$. potuerit transire *Pylades* 419. PA. *praem. Ribbeckius l. s. s.* si quidem east B^2D. siquidem east C. si quid demeast B^1. si quidem ea est FZ dubium] dium F tibi est CFZ *et ex ras.* D. ẽ tibi ẽ *ante ras.* D. id est B. id tibi est *Bothius, Ritschelius: cf. Brixius Nov. ann. vol. 115 (a. 1877) p. 338* eam esse hanc CDZ. eamessa et hec B^1. eamessæ et (t *eradi coepta*) hanc B^2. eam hanc (*Z*) ea B^2. eam B^1 420. SCE $BCDF$. *om. Z, editores* Adeamus *Pylades.* At eamus $BCDFZ$ appellamus C SCE. Heus *Saracenus et multi* est] et Z philomasium B^1: *corr.* B^2

Quid tíbi istic in istisce aédibus debétur? quid negótist?
Quid núnc taces? tecúm loquor.

PALAESTRIO

Immo édepol tute técum:
Nam haec níl respondet.

SCELEDRVS

Te ádloquor, uití probrique pléna,
Quae círcum uicinós uagas.

PHILOCOMASIVM

Quicúm tu fabuláre?

SCELEDRVS

Quicúm nisi tecum?

PHILOCOMASIVM

Quís tu homo's? aut mécum quid negō-
tist? 42

SCELEDRVS

Mé rogas homo quí sim?

---

423 *sq.* *Nonius p. 467, 23:* Vagas pro uagaris. Plautus in Milite: 'te...uagas': *cf. Reblinus p. 53. 61, Caesar p. 58. 111*

421. tibi istic in istisce *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 397 Schmidtius de demonstr. pron. formis p. 28.* tibi istic insce B^1. tibi istic in hisce B^2CDFZ. istic tibi in hisce *Pylades.* tibi istic hisce in *Ritschelius cum Camerario. de* indu *cogitat Birtius l. s. s. p. 550* edibus *F* negotist *CD.* negotii st *B.* negociist *F.* negocii est *Z* 422. inmo *B* 423. 424 hec *F* nihil respondet D^2 *cum FZ.* nihil ẽ (ẽẽ *ante ras.* D^1. ẽ *exp.* B^2) respondit BCD^1 SCE. *om. F* tete *cod. G Nonii* adloquar *B.* alloquor *CDF.* alloquar *Z* uicii *C.* ui////////i (*fort. ex* uicini) B^1. uitii B^2DFZ, *Nonius* probrique *FZ.* probarique *Nonii* L^1H^1. propinque *BCD* plena Quae plenaque *F.* plenus qui *Nonius, nisi quod* plenos L^1 uagas B^1 *Nonius.* uaga es B^2CD. uages *FZ* PH. *om. F* Qui cum *BCL* fabularis *FZ.* fabulares *D ante ras.* fabulare *D ex ras.* 425. tu tum *ante ras. B* homo ẽ B^1. hoest D^1. homo es B^2D^2 *cum CFZ* negotist *Ritschelius praef. Stichi p. 17, Studemundus de Vid. p. 44.* est negotii *BCD.* est negocii *Z.* negocii est *F.* est negot *cum Bentleio ad Andr. IV 1, 12 Ritschelius edidit* 426. me *BCD* men *FZ, Ritschelius* rogas homo qui *Acidalius.* rogas hem (rogas sem B^1. rogas hem B^2) qui (quid *B*) *BCDFZ, Ritschelius: cf. praef Stichi p. 17 et Richterus Studem. Stud. I p. 550.* rogas homo qui *Brixius* sim B^2. sit B^1

PHILOCOMASIVM

Quin ego hóc rogem quod nésciam?

PALAESTRIO

Quís ego sum igitur, si húnc ignoras?

PHILOCOMASIVM

Míhi odiosu's, quísquis es,
Ét tu et hic.

SCELEDRVS

Non nós nouisti?

PHILOCOMASIUM

Neútrum.

SCELEDRVS

Metuo máxume

PALAESTRIO

Quíd metuis?

SCELEDRVS

Enim né nos nosmet pérdiderimus úspiam.
Nám nec te neque mé nouisse ait haéc.

PALAESTRIO

Perscrutari hóc uolo, 430
Scéledre, nos nostri án alieni símus: ne clam quíspiam

---

hocrogem, *sed* o *sup. scr.*, c *ras. ex* o *corr.*, r *ex* c *corr. D* quod *Camerarius.* quđ *B*, *sed* đ *e* t *corr. B*^{2}. quę *CDZ.* que *F* 427. egosum *B* hunc *Pylades.* tu huc *B*^{1}. tu hunc *B*^{2} *cum CDFZ* ignoros *D* odiosus *edebatur ante Ritschelium. cf. Olsenus p. 35* es *B*^{2}. ẽ *B*^{1} 428. non nos *BCDFZ.* nos non *inde a Taubmanno edebatur; quae Palaestrioni cum aliis tribuit Ribbeckius Mus. Rhen. vol. 29 (a. 1874) p. 15. cf. Hasperus Nov. annal. vol. 125 (a. 1882) p. 784* nouisti *B ex ras.* nouistiti *B ante ras.* SCE.] PA. *Ribbeckius l. s. s.* maxume (a *ex* e *corr.*) *D.* maxime *B* 429. SCE. *om. F.* PAL. *Ribbeckius l. s. s.* ne nos nosmet *Reizius, Bothius.* ne nosmet *BCDFZ, nisi quod* nenosmet *B.* nosmet ne nos *Mahlerus p. 20. cf. Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 460, Kellerhoffius de colloc. verb. Pl. p. 57* 430. necte (nec te *D*) neque me *B*^{2} *et ex ras. D.* nec tete (*vel* te te) neque meme (*vel* me me) *C et ante ras. D.* necte nequem me *B*^{1}. neque te neque me *FZ* nouisset *B*^{1}: *corr. B*^{2} hec *D. om. FZ* PAL. *om. Ribbeckius l. l. s.* perscrutari *Z.* persectari *BCDF.* perspectari *Brixius. cf. Langenus 'Beitr.' p. 245* hoc *Bothius.* hic *libri.* id *Bugge Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 642* 431. nos *om. D*^{1}: *sup. scr. D*^{2} sumus *Z* clam *Bothius.* dum *BCDFZ* quispiam *def. Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 779 et Capt. 123*^{2}. quidpiam *cum Bothio Ritschelius.* quipiam *idem in adn.*

Nós uicinorum ínprudentis áliquis inmutáuerit.

SCELEDRVS

Cérte equidem nostér sum.

PALAESTRIO

Et pol ego.

SCELEDRVS

Quaéris tu, muliér, malum.
Tíbi ego dico: heus, Phílocomasium.

PHILOCOMASIVM

Quaé te intemperiaé tenent,
Quí me perperám perplexo nómine appellés?

SCELEDRVS

Eho,

Quís igitur uocáre?

PHILOCOMASIVM

Glycerae nómen est.

SCELEDRVS

Iniúria's:
Fálsum nomen póssidere, Phílocomasium, póstulas:
Ábi, picra's tu, nón clucidata, et méo ero facis iniúriam.

432. Nos *om. F* inprudentis *B et ex ras. D.* imprudentis *ante ras. D.* ĩprudentis *FZ.* imprudentes *C* inmutauerit *B.* immutauerit *(vel* ĩm.*) reliqui* *'Fortasse* Certe...sum *continuanda sunt Palaestrioni,* Et pol ego *autem Sceledro tribuenda' Ritschelius: cui obsequitur Ribbeckius l. s. s.* 433. aequidem B^1*: corr.* B^2 PA. *om. F*
Quaeris...malum *Sceledro tribuit Ritschelius: quae Palaestrioni continuant libri, Ribbeckius l. s. s.* quęris *Z.* queris *F.* quęres *D.* quę res *C.* queres B^2. queraes B^1 tu B^2. tum B^1 434. ego *B, ut v. 217. om. reliqui* eus B^1. heus B^2 PH. *om. F* queteintemperie *D.* que te intemperie *F* tenent periae B^1. periae *del.* B^2
435. Quime *B* Eho...uocare *Sceledro tribuit Ritschelius, Palaestrioni cum libris Ribbeckius l. s. s.* eo *Z* 436. qui *FZ* uocare? PH. Glycerae *Pareus (praeeunte* Glycere *Camerario).* uocare. PHI. dicere *B.* uocare philocomasium dicere *CDFZ.* uocare? PHI. *Δικαία Spengelius T. Macc. Pl. p. 29. cf. Ritschelius Opusc vol. II p. 707, III p. 306, Bugge 'Tidskrift for Phil.' vol. 7 (a. 1866) p. 2. de* Dircae *cogitat Bergkius Opusc. I p. 673* est. SC.] si *FZ.* est. PAL. *Bothius*
iniuria es *Dousa.* iniuria ẽ *(vel* est*) BCDFZ.* iniuria *Bothius, simul Palaestrioni tribuens.* iniuria *Ritschelius* 437. possideret B^1*: corr.* B^2 philochomasium *D* 438. Abi, picra's tu, non clucidata, et meo ero facis iniuriam *scripsi in loco desperato.* A dice dicat ei et meo aero non facis iniuriam *B.* Adice testu ñ

PHILOCOMASIVM

Égone?

SCELEDRVS

Tu ne.

PHILOCOMASIVM

Quaé heri Athenis Éphesum adueni uésperi
Cúm meo amatore, ádulescente Athéniensi?

SCELEDRVS

Díc mihi,
Quíd hic tibi in Ephesóst negoti?

PHILOCOMASIVM

Géminam germanám meam
Híc sororem esse índaudiui: eam uéni quaesitúm.

SCELEDRVS

Mala's.

PHILOCOMASIVM

Ímmo ecastor stúlta multum, quaé uobiscum fábulem.

---

dicat ei et meo ero ñ facis iniuriam *C*. Adicetestu ñ dicat ei et meo ero ñ faciiniuriam *D*. At istuc non decet et meo hero facis iniuriam *FZ et* adeo *post* meo *addito Camerarius*. Abi scelesta: nam insignite meo ero facis iniuriam *Ritschelius dubitans*. 'fortasse *in* non dicat ei *latet* non condigne' *idem*. Abi scelesta: non decet te et meo ero facis iniuriam *Brixius*. Ἄδικος es tu, non δικαία, et meo ero facis iniuriam *Spengelius l. s. s.* Abicere istuc non decet te: meo ero facis iniuriam *Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 62*. An Glycera es tu? non gluca's, sed meo e. f. i. *Ribbeckius Mus. Rhen. vol. 29 (a. 1874) p. 16*. Ἀγλυκὴς es tu, non γλυκεῖα: meo ero facis iniuriam *Hasper Nov. ann. vol. 125 (a. 1882) p. 780 sqq. cf. Bugge l. s. s. p. 2*. Abi, Circa es tu, non es (*vel* nòenu) Dirca *Bergkius Opusc. vol. I p. 673* 439. PH. *om. CD*^{1}: *add. D*^{2} *Proximos cum Philocomasio sermones usque ad v. 443 Sceledro tribuunt BCD, Palaestrioni cum FZ editores, quod iam Acidalio suspectum* Tu ne *Ritschelius*. tu *libri*. tute *Camerarius* Que *BF*. Quaen *Muellerus Pros. p. 553* eriathenis *D*. heriathen,s *B*^{2}. heriat h///s *B*^{1} ephesum [illegible] *B*^{1}. ephesū// adueni *B*^{2} uesperis *B* 440. mea *CD*^{1}. meo *D*^{2} adolescente *CDZ* atheniensis *ante ras. B* SCEL.] PAL. *Dziatzko teste Ribbeckio 'Alazon' p. 193* 441. tibi in Epheso hic est negoti? *Ritschelius*. tibi in Epheso hic negotist? *idem praef. Stichi p. 17*. hic in Epheso tibi negotist? *Fleckeisenus Ep. crit. p. 26*. hic tibi in Epheso negotist? *Muellerus Pros. p. 393* epheso est negotii (est negotii est *ante ras. B*) *BCDFZ* age ninam germana mea *B*^{1}: *corr. B*^{2} 442. esse indaudiui *Bothius*. esse inaudiui *CDFZ*. esse audiui *B, sed* audiui *e corr. post ras. B*^{2}. inaudiui esse *Camerarius* ueni *B*^{2}*CDFZ*. uenio *B*^{1} quesitum *B*^{2} *totum e corr. post ras.* mala es *BCDFZ* 443. &castor *B*^{1}: *corr. B*^{2} stulta]

Ábeo.

SCELEDRVS

Abire nón sinam te.

PHILOCOMASIVM

Mítte.

SCELEDRVS

Manufestária's:

Nón omitto.

PHILOCOMASIVM

At iám crepabunt míhi manus, malaé tibi,
Nísi me omittis.

SCELEDRVS

Quíd malum astas? quín retines altrínsecus?

PALAESTRIO

Níl moror negótiosum míhi esse tergum. quí scio,
Án ista non sit Phílocomasium atque éius alia símilis sit?

---

446. Altrinsecus *ex hoc loco excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 235*

---

mora *Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 63* multumq' B^1. multum quae *corr.* B^2. multum que *C* fabulem *CDFZ.* fabul[em] B^1. fabuler abeo B^2. fabuler *iam Beroaldus, Ritschelius in ed., Langenus 'Beitr.' p. 61.* fabulem *Ritschelius praef. Stichi p. 17, Loewius Gl. Nom. p. 85* 444. abeo SC. abire *CDFZ.* SC. Abeo auira B^1. Abire *reliquis erasis* B^2*: cf. 443* mitte SC.] mitte scel' D^1. mitte scele D^2. mitte sceledre *FZ* manufestaria's *Ritschelius.* manifestaria res ẽ *in fine versus B, in initio v. CDFZ, cui* SCE. *praem.* D^3 445. Non omitto *BC.* ///non omitto (non *ex* ẽ non, o *ex* u *incohata*) *D.* SC. non omitto *FZ.* non mitto, *praemissis* Res est, *Camerarius* iam crepabunt mihi *Bothius.* mihi iam crepabunt *B.* iam crepabunt *CDFZ* malae '*ex veteri lectione*' *Pius.* male *libri* 446. omittis] '*an* mittis *potius?*' *Ritschelius* adstas *Z.* asstas D^1*: corr.* D^2 quin retines *Pylades.* qui detenes B^1. quid tetenes B^2. qui detines *CD.* quin detines *FZ.* quin tenes *Bentleius* altrinsecus B^2*DFZ et gloss. Plaut.* alteris insecus B^1. adtrinsecus *C* 447. Nihil *BCDFZ* negociosum *FZ* mi *Bothius* quiscio B^2. quisico B^1. *inter* qui scio *et* an *(v. 448) 3 litterarum spatium habent CD* 448. istas *B ante ras.* philochomasium *D* eius alia similis sit *Muellerus Pros. p. 561.* alia eius similis sit (sit B^2. sunt B^1) *BCDFZ.* alia similis eius siet *Ritschelius.* alia eius consimilis siet *Muellerus ibidem, Ribbeckius.* an alia eius similis siet *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 351*

PHILOCOMASIVM

Míttin me an non míttis?

SCELEDRVS

Immo ui átque inuitam ingrátiis,
Nísi uoluntate íbis, rapiam té domum.

PHILOCOMASIVM

Hosticum hóc mihi
Ést domiciliuni, Athénis domus est.

SCELEDRVS

Át erus hic.

PHILOCOMASIVM

Ego istám domum
Néque moror neque uós qui sitis hómines noui néque scio.

SCELEDRVS

Lége agito: te núsquam mittam, nísi das firmatám fidem,
Te húc, si omisero, íntro ituram.

PHILOCOMASIVM

Ví me cogis, quísquis es.

---

449. Mittin me *Fleckeisenus, Muellerus Pros. p. 561.* Mittis (s *add. m. 2) B.* Mittis *CDFZ, Ritschelius* inuitam *FZ.* uita *BCD* ingratiis *CD.* ingratis *BFZ* 450. Nisi *om. FZ* uoluntate ibis *Camerarius.* uoluptatẽ ibi *B.* uoluptate ibi *CD.* uolutatim te *FZ* rapiam *ex* rapiant *B* te *om. FZ* PHI. *om. FZ* Hosticum *Lipsius Ant. lect. I 11.* hostium *BFZ.* ostium *CD.* Hospitum *Ussingius* hoc mihi B^2. honihist *habuisse videtur* B^1 451. est domicilium *CDFZ, Ribbeckius.* Domicilium est *B (vide tamen ad v. 450), Ritschelius. cf. Abraham Stud. Plaut. p. 228* athenis (is *in ras., ubi fuerat* e///, *m. 2) B* domus est. SCE. At erus hic *Ritschelius praef. Stichi p. 18.* domus ẽ acherusa ego B^1. domus ẽ ac herus. ego B^2. domus est ac erus ego *CD.* domus est ac herus PH. ego *FZ.* domust. SC. At hic erust. PH. Ego *edidit Ritschelius.* domus est. SC. At hic erus. PH. Ego *Brixius.* domus, atque heus ego *Pistoris.* domus. SC. et hic herus. PH. ego *Bothius.* domus est Atticis. ego *Leo Hermae vol. 18 (a. 1883) p. 580* 452. qui sitis homines *Guyetus.* qui homini sitis B^1. qui homines sitis B^2 *cum CDFZ.* quis (*vel* ques) homines sitis *Ribbeckius Mus. Rhen. vol. 12 (a. 1857) p. 596* Neque moror neque uos duos qui homines sitis *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 133* homones *vel* ques homines *Bergkius* '*Beitr.*' *p. 98 et Opusc. I p. 149* nouim neque sio B^1: *corr.* B^2 453. agit//////// quã B^1. agito^{te} n' quã B^2 firmata B^1: *corr.* B^2 454. si omisero B^2C. sic misero (sic *er* sio *ras.*) *D.* suo miserat, *ut vid.*, B^1. si misero *F.* si uisero *Z.* si amisero *Bothius* introituram *B.* interituram *F* uim me B^1. ui me *corr.* B^2 es B^2. ẽ B^1

Dó fidem, si omíttis, isto me íntro ituram quó iubes.

SCELEDRVS

Écce omitto.

PHILOCOMASIVM

At ego ábeo missa.

SCELEDRVS

Múliebri fecít fide.

PALAESTRIO

Scéledre, e manibus ámisisti praédam: tam east quám potis
Nóstra erilis cóncubina. uín tu facere hoc strénue?

SCELEDRVS

Quíd faciam?

PALAESTRIO

Ecfer míhi machaeram huc íntus.

SCELEDRVS

Quid faciés ea?

PALAESTRIO

Íntrorumpam récta in aedis: quémque hic intus uídero
Cúm Philocomasio ósculantem, eum ego óbtruncabo extémpulo.

---

455. amittis *Bothius* isto *BCD*. istoc *FZ* itura B^1: *corr.* B^2 quo *om.* B^1: *add.* B^2 456. mitto *Bothius* A te ego D^1: *corr.* D^2 *et* D^3 habeo *Z* missa] *'an* omissa*?' Ritschelius* SCE. Muliebri feci fide B^1: *ubi* fecit *Ritschelius*. SCE Muliebrē fecisti fidē B^2. SCEL. muliebri fecisti fide *CDFZ. cf. Proleg. Trin. p. 278 sq.* Muliebri fexti fide *Bentleius et, nisi quod* fecsti, *Ribbeckius Nov. annal. vol. 85 (a. 1862) p. 372. cf. Fleckeisenus ibidem* missa: muliebri feci fide *Ussingius.* missa. SCE. Fide fecisti muliebri *Schoellius 'Litt. Centralblatt' a. 1882 p. 610. cf. Schenkelius l. s. s. p. 82 = 688* 457. tam ...concubina *libri Sceledro tribuunt: Palaestrioni Pontanus et Acidalius continuarunt* e *add. Fleckeisenus. om. libri, Ritschelius* ea est quam potis *Camerarius.* ea sique ampotis *B.* ea si queā potis *CD.* ea est nostra quam potis *(*Nostra *mox omittentes) FZ.* si queam *etiam codd. Pyladis* 458. herilis *DFZ* uin...strenue *in BCD Palaestrionis sunt, Sceledro continuantur in FZ* uintu *B* hic *Muellerus 'Nachtr.' p. 133* 459. Quid faciam...intus *in BCD Sceledro tribuuntur.* PA. Quid faciam. SCE ... intus *FZ. hinc in proximis usque ad v. 463 Sceledri et Palaestrionis nomina constanter permutantur in libris: corr. Acidalius* ecfer D^1. ec fer *C.* effer D^3. hęc fer///// B^1. affer B^2FZ m̀ *in ras.* B^2. *om.* B^1 maceram *B.* macheram *CDF* 460. Introrupam B^1: *corr.* B^2 recta *in* rectae *(et radendo in* recta*) corr. B* edis *F.* ędis *vel* aedis *BCDZ* quenque *F* 461. plicomasio B^1: *corr.* B^2 obstruncabo me B^1: me *del.* B^2. *cf. Bergkius Opusc. vol. I p. 117* extempulo *Camerarius.* extemplo *BCDFZ*

SCELEDRVS

Vísanest ea ésse?

PALAESTRIO

Immo edepol pláne east.

SCELEDRVS

Sed quómodo

Díssimulabat.

PALAESTRIO

Ábi, machaeram huc écfer.

SCELEDRVS

Iam faxo híc erit.

PALAESTRIO

Néque eques neque pedés profectost quísquam tanta audácia,
Qui aéque faciat cónfidenter quícquam quam muliér facit.
Vt utrobique orátionem dócte haec instituít suam:
Vt sublinitur ós custodi caúto, conseruó meo.

---

462. 463. Visane est ea esse *C*. Vi sane s///(s *vel* f)stea eẽ// (t *erasa*) B^1. Vi sane est ea eẽ B^2. Visaneea esse *D*. Visane ea est *FZ* immo *in loco ras. (in quo fortasse* ambo *fuerat)* B^2 ędepol *C* plane east B^2. plane//e ast B^1 (planete *ante ras., ut vid.*). east *sine* plane *C*. planeast *D*. plane ea est *FZ* sed quomodo Dissimulabat *Acidalius continuabat Palaestrioni: quem secuti editores ante Weisium* macheram *BCDF* ecfer CD^1. etfaer B^1. ecfaer B^2. effer D^3 *F*. affer *Z* 464. PA. *om. BCDFZ* Neq. //quesne que B^1: *corr.* B^2 profectost *post Kampmannum de reb. mil. p. 5 Ritschelius.* profectos *B ante ras.* p̄fectus *CD*. praefectus *codd. Pyladis.* profectus *FZ*. profecto *ex ras. B, Camerarius, Olsenus p. 95* audatia B^1 *D*. audatia qui aeque B^2 *(sic in fine versus)*. audacia *CFZ* 465. 466. Qui eque *F*. *pro eis* Que B^1, *sed prorsus erasum: cf. 464* fatiat *B* quicquam quam mulier facit. Vt *Luchsius Hermae vol. 13 (a. 1878) p. 501.* quiquā quā (quicquā quā B^2. qui quan quā *D*) mulieres faciunt ut (*sed* u *in ras.* B^2. *sic in fine versus B*) *BCD, nisi quod* mulieris *CD*. (*de* quiquam *cf. Buechelerus de decl.*[2] *p. 122*). quanquam mulieris faciunt. ut *FZ*. quicquam quam quae mulieres. Vt *Ritschelius*. quicquam quam quae mulieres Faciunt, ut *Camerarius*. *cf. Langenus 'Beitr.' p. 19* Vt //abique B^1. Vtrobique B^2 rationem *Z* docte haec instituit suam *Seyffertus*. ducta//du it intuã B^1. docte edidit intuã B^2. ducta ediuit ut tuã *C*. ducte e diuit ut tuã D^3. ductae diuit uttuã D^1. docte diunt. nam *FZ*. docte edidit *Camerarius addito asterisco*. docte et (*vel* atque) astute edidit' *Ritschelius*. docte dididit suam (*vel* diuisit) *Bergkius Opusc. I p. 673.* doctam meditate institit *Kochius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 63.* docte diuisit suam *L. Muellerus ibid. p. 66* 467. UT*******TUROSCUSTODIÇAUTOCONSER(UOM)EO *A* (*quibus* LINI *addit Studemundus de* LI *dubitans, quadrantibus litteris* SUB) Vt sublinitur os custodi cauto *FZ*. ut subliniturus custodiit cauto *CD*

Nímis beat, quod cómmeatus tránstinet trans párietem.

SCELEDRVS

Heús, Palaestrió, machaera níhil opust.

PALAESTRIO

Quid iam? aút quid est?

SCELEDRVS

Dómi eccam erilem cóncubinam.

PALAESTRIO

Quíd? domi?

SCELEDRVS

In lectó cubat.

PALAESTRIO

Édepol ne tu tíbi malam rem répperisti, ut praédicas.

SCELEDRVS

Quíd iam?

PALAESTRIO

Quia hanc attíngere ausu's múlierem hinc ex próximo.

SCELEDRVS

Mágis hercle metuó.

Vt sublinitur os custodi ut cauto B^2. V-///sublimiturus custodi-////causto B^1: *ubi* incauto *Bugge Philol. vol. 30 (a. 1870) p. 642* 468. *Ita A, nisi quod* TRANSITNET *teste Loewio,* TRANSTINET *(litteris* ET *incertis) vel minus probabiliter* TRANSITNET *teste Studemundo* niMis *(*M *ex alia litt.) D* quot B^1CD: *corr.* B^2 cmeatus *CD* transtinet] est *FZ* trans *CDFZ cum A.* tam *B.* iam *Camerarius.* clam *Guyetus* 469. *Ita A, nisi quod* OPUST#QUIDIAMAUTQUIDST *litteris* T#QUID, U *ante* I *et* D *incertis teste Studemundo,* OPUST#QUITIAMAUTQU*EST *littera* T *in* QUIT *incerta, item littera tertia a fine teste Loewio* palestrio *BCDFZ* machera *BCDF* nihil] hil B^1: *corr.* B^2 opust *Ritschelius confirmante A.* opus *BCDFZ, Olsenus p. 84* Quid iam? aut quid est? *Ritschelius confirmante A: quod merito tutatur Seyffertus 'Jahresbericht' a. 1882 p. 93 sq.* Quid iam haud *(aut FZ)* quid opus est *BCDFZ.* Quid iam haud opust *L. Muellerus Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 67* 470. *Ita A* Domi hec camerile concubina B^1: *corr.* B^2 Inlecto *B* cubant B^1: *corr.* B^2 471. *Ita A* repperisti *CF cum A.* reperisti *BDZ* 472. *Ita A, nisi quod* AUSUS Quid iam *B cum A.* qui iam *reliqui* qui hanc *cum Reizio, Bothio, Fleckeiseno Philol. vol. 2 (a. 1847) p. 88 Ritschelius* ausus *etiam BCDFZ* hinc e *Acidalius (cf. A).* hic in *BCDFZ, Bachius de usu pron. dem. p. 44* proximo *B cum A* 473. *Ita A* Magis pol metuo mihi *Fleckeisenus Ep. crit. p. 26*

PALAESTRIO

Sed numquam quísquam faciet quín soror
Ístaec sit gemina húius: eam pol tu ósculantem hic uíderas.

SCELEDRVS

Íd quidem palámst eam esse ut dícis. quid propiús fuit,
Quam út perirem, si élocutus éssem ero?

PALAESTRIO

Ergo sí sapis,
Mússitabis. plús oportet scíre seruom quám loqui.
Égo abeo aps te, né quid tecum cónsili commísceam,
Átque apud hunc eró uicinum: tuaé mihi turbae nón placent.
Érus si ueniet, sí me quaeret, híc ero: hinc me arcéssito.

PA. Sed *scripsi duce A Ind. Jen. a. 1890/91 p. 3.* sed *(ita* B^2. se B^1*) Sceledro continuat cum BCDFZ Ritschelius* nunquam *C* facient B^1: *corr.* B^2 quin soror *FZ cum A.* quis//////////sit B^1 *in fine versus.* quisoror B^2. qui soror *CD* 474. *Ita A, nisi quod* OSCULLANTEM *teste Loewio,* OSCULTANTEM *(litteris* NTE *dubiis: fortasse punctum est sub* T *teste Studemundo)* Istaec sit gemina *ex A Ribbeckius.* Ista sit germana *BCDFZ, Ritschelius* huius: eam pol tu *scripsi duce A l. s. s.* huius. PA. eam pol tu *(*polt' B^1*: corr.* B^2*) BCDFZ, Ritschelius* hinc B^1: *corr.* B^2 475. *Ita A, nisi quod* PALAMEST SCE. *Ribbeckius cum aliis (cf. A). om. BCDFZ, Ritschelius* Id *ex A Geppertus Stud. Pl. II p. 30.* Et *cum BCDFZ Ritschelius* est *BCDFZ cum A* ut dicis B^2. iudicis B^1 quid *duce A scripsi l. s. s.* SCE. Quid *BCDFZ, Ritschelius* 476. *Ita A, nisi quod* SEILOCUTUS *teste Loewio,* SIELOCUTUS *potius teste Studemundo* si elocutus *Muellerus 'Nachtr.' p. 3 (cf. A).* si locutus *BCDFZ, Ritschelius* ẽem B^2. ẽe & B^1. fuissem *CDFZ* 477. *Ita A, nisi quod* C *in* SCIRE *sup. scripta est et* SERUUM *exstat (*LOQEI *Loewius,* LOQUI *probabilius esse quam* LOQUEI *Studemundus dicit)* mussitabis *FZ cum A.* Musica//////// B^1. Musitabis B^2CD opportet *Z* seruum *CDFZ cum A.* seruum *ex ras. B.* seruium *ante ras. B V. 478—480 delet Guyetus* 478. *Ita A, nisi quod* ATE *et* CONSILIICOMMISCEAM *(litteris* ICO *non satis certis)* Ergo *Taubmannus* aps te *Studemundus Vidul.*^{2} *p. 63.* te B^1: *del.* B^2. *om. CDFZ.* a te *Camerarius cum A, Ritschelius* nequid *C.* ne quit B^1: *corr.* B^2 consilii *etiam BCD FZ* commisceat B^1: *corr.* B^2 479. *Ita A, nisi quod* IBO *teste Loewio,* ERO *teste Studemundo Versus suspectus est Brixio* apud hanc B^1: *corr.* B^2 Atque ad hunc ibo *cum Bothio Ritschelius* tue B^1F. tuę B^2 turbe *F.* t̃be *D.* turue B^1. turbę B^2 placet B^1: *corr.* B^2 480. *Ita A, nisi quod* QUAERET *teste Loewio,* QUAERET *potius quam* QUAERIT *teste Studemundo* ueni et B^1: *corr.* B^2 quaeret *Pylades cum A, ut vid.* quęrit *CD.* querit *BF.* quaerit *Z, Blase de mod. et temp. in enunt. cond. permut. p. 18* ero: hinc *Pius, Saraccnus (cf. A).* ero *(ex* erus *corr. C)* hic *BCDFZ* accersito *libri praeter A*

SCELEDRVS. PERIPLECOMENVS

SCELEDRVS

Satin ábiit ille néque erili negótio
Plus cúrat quasi non séruitutem séruiat?
Certo ílla quidem hic nunc íntus est in aédibus:
Nam egomét cubantem eám modo offendí domi.
Certúmst nunc obseruátioni operám dare.

PERIPLECOMENVS

Non hércle hisce homines mé marem, sed féminam
Vicíni rentur ésse serui mílitis:
Ita mé ludificant. meámne hic in uia hóspitam,

Act. II scaen. 6 SCELEDRUS PERIPLETOMENOS *A, nisi quod* C *inter* E *et* T *supra scr. teste Studemundo.* SCELEDRVS SERVVS PERIPLECTOMINVS SENEX *BC et rubr. in D in ras., nisi quod* PEREPLECTROMENVS *(*e *add. m. 3) D.* Sceledrus Periplectomenus. senex *Z.* Sceledrus. Periplectomenus *F* 481. SCEL *praem. CD. om. reliqui* SATINABITILLINEQ·ERILENEGOTIUM *A teste Loewio (ubi* ILLE *probabilius esse quam* ILLI *Studemundus dicit)* Satin *(*Satur *F)* abiit ille neque B^2FZ. Satin *(*Fatin *D)* abit *(ex* abut *D)* ille neque *CD.* Satin////////////ill////////que B^1 nec *edidit Ritschelius* erili negotio *Brixius.* erile *(*herile *ex* herilē *B.* herile *FZ)* negotium *(*negocium *FZ.* nogotium *C) BCDFZ.* erile hic negotium *Ritschelius.* eri sui negotium *Ribbeckius Com. fragm.*[2] *coroll. p. 76.* erile is negotium *Rothe 'Philol. Wochenschrift' a. 1881 p. 387.* hercle suom negotium *Birtius p. 560* 482. *Ita A, nisi quod* SERUITUTE quasi B^1 *cum A, Acidalius in Trin. c. 5.* quam si B^2CDFZ seruitutem *Scutarius.* seruitute *BFZ cum A.* seruite *CD. errabat Reisigius Schol. gramm. p. 704* seruiant *C* 483. *Ita A* Certē *C* illa quidem *ex A Ritschelius.* quidem illa *BCDFZ* hic nunc *CD cum A.* hinc nunc *B.* hec nr̃a *F.* hic nostra *Z* inaedibus B^2. pedibus B^1 484. *Ita A, nisi quod* OFFENDAM egomet cubantem eam modo *Bothius cum A.* ego et cubante mea domo B^1 *(*cubantē ea B^2*).* ego excubantem Ea domo *CD.* ego excubantem Eam domo *FZ.* '*fortasse delendum* eam' *Ritschelius.* tam modo *idem praef. Stichi p. 18* offendi B^2CD *FZ.* ostendi B^1. offendebam *duce A Ribbeckius (*modo eam*)* nostrae offendi *Ritschelius edidit* domi *BCD cum A. om. FZ* 485. *Ita A, nisi quod* CERTUMEST Certum est *etiam BCDF.* Certust *Z*
Certum obseruationist nunc *Ritschelius. cf. Fleckeisenus Ep. crit. p. 26* opera B^1: *corr.* B^2 486. *Ita A, nisi quod* HICSE hominis *BCD* memorē sed te B^1. me marē sed et B^2. memarē *(*ē *ex* ã*, ut vid., corr.)* sed *(*d *ex* u*) C* femina B^1: *corr.* B^2 487. *Ita A* esset B^1: *corr.* B^2 488. *Ita A, nisi quod* MEANNE *et* INUITAM meamne hic in uia hospitam *Camerarius.* meamane hic inuita hospi

Quae heri húc Athenis cum hóspite aduenít meo,
Tractátam et ludificátam ingenuam et líberam?

SCELEDRVS

Perii hércle: hic ad me récta habet rectám uiam.
Metuo íllaec mihi res né malo magnó fuat,
Quantum húnc audiui fácere uerborúm senem.

PERIPLECOMENVS

Accédam ad hominem. tún Sceledre hic, scelerúm caput,
Meam lúdificauisti hóspitam ante aedís modo?

SCELEDRVS

Vicíne, ausculta quaéso.

PERIPLECOMENVS

Ego auscultém tibi?

SCELEDRVS

Expúrigare uólo me.

PERIPLECOMENVS

Tun te expúriges,

---

*B*¹. me amane hic inuitant hospitã *B*². mea manehicinuitahospita *D*. me mane hic inuita hospita *C*. mea ne hic in uia hospita *FZ* 489. *Ita A* eri *B*¹*D*¹: *corr. B*²*D*² ospiti *B*¹: *corr. B*² 490. *Ita A* *Ita Gruterus cum A.* Tractata et ludificata ingenua et libera *B et, nisi quod* tracta, *CDFZ.* Tractant et ludificant ingenuam et liberam *Camerarius* 491. *Ita A, nisi quod* PERI peri iherde *C* at *B*¹: *corr. B*² recta habet recta uia *B*¹. recta abiit uia *B*². recta habit Recta uia *D*¹. recta abit Recta uia *CD*³. recta abit uia *F*. recta abiit uia *Z*. recta adit recta uia *Rittershusius apud Scioppium Susp. lect. IV 7. verum invenit iam Camerarius* 492. *Ita A* illa hec *B*¹: *corr. B*². illec *F* magno malo *Camerarius* fiat *B* 493. *Ita A* Quantu *B*¹: *corr. B*² huc *B* facere *ras. ex* faceret *B* 494. *Ita A* PE. *om. BCD* Adcedam *F* ad *om. Z* PER. Tun *BCDFZ: corr. Camerarius* huc *Z* capud *B*¹*D: corr. B*² 495. *Ita A, nisi quod* AEDES *minus probabile quam* AEDIS *dicit Studemundus* ludificauisti *BD*³ *cum A.* ludifiuisti *D*¹. ludificasti *CFZ* ante ędis *B*²*Z.* antea edis *B*¹. ante edis *DF, quibus* SCEL *praem. et erasit D.* ante ędes *C* 496. *Ita A* SCEL. *om. B* aut sculta *D*¹: *corr. D*³ quęso *B.* queso *CDF* PE.] SCE *B* auscultam *B* 497. *Ita A, nisi quod* EXPURGARE *et* EXPURGESMIHI SCE *om. BD*¹: *add. D*²

Expurigare uolo me *Ritschelius Opusc. vol. II p. 431.* Expurgare uolo me *BCDFZ cum A.* Volo me expurgare *cum Bothio edidit Ritschelius.* Volo expurgare me *Bothius antea* Tun *Camerarius cum A.* tune *BCDFZ* expuriges *Ritschelius l. s. s.* expurges mihi *BCDFZ*

Qui fácinus tantum támque indignum féceris?
An quía latrocinámini, arbitrámini
Quiduís licere fácere uobis, uérbero?

SCELEDRVS

Licétne?

PERIPLECOMENVS

At ita me dí deaeque omnés ament,
Nisi míhi supplicium uírgarum de té datur
Longúm diutinúmque a mane ad uésperum:
Quod meás confregisti ínbrices et tégulas,
Ibi dúm condignam té sectaris símiam:
Quodque índe inspectauísti meum apud me hóspitem,
Ampléxam amicam quom ósculabatúr suam:
Quod cóncubinam erílem insimulare aúsus es

---

504. *Servius in Verg. Georg. IV 296:* licet et 'hic imbrex' lectum sit, melius tamen secundum Plautum 'haec imbrex' dicimus, namque ait 'fregisti imbrices meas dum te dignam sectaris simiam': *cf. Laemmerhirt p. 398*

---

cum A. Tune te expurges mihi *edidit Ritschelius.* Tune te mihi *(deleto* expurges*) Bergkius Opusc. vol. I p. 673* 498. *Ita A* fatinus D^1: *corr.* D^3 tantum tamque] tamtamq' *B* 499. *Ita A* latrocinari D^2 *FZ.* latrocinamini D^1 *et* D^3 arbitramini *(*m *ex* u*) B* 500. *Ita A* Quituis B^1: *corr.* B^2 501. me di deaeque *C.* mẹ̣dida—ea—eq' *B (*a *exp.,* e *sup. scr. lineolasque adiecit m. 2).* me dii deeque *F.* me ‖ Di deęque D^1. me ‖ Dii deeq' D^3. di deaeque me *Z* omnis *BCD* amet B^1: *corr.* B^2 502. *Hunc versum insiticium esse eiusque in locum inserendum esse v. 511 Ritschelius putat praef. Stichi p. 18: cf. Ribbeckius Mus. Rhen. vol. 12 (a. 1857) p. 596* subplitium D^1: *corr.* D^3 uirgarum *BCDFZ, nisi quod* arũ *e corr. in ras.* B^2. uirgeum *Guyetus, Bentleius in Ad. IV 2, 52 probante Reizio apud Hermannum Elem. d. m. p. 141, Ritschelius* detebaṫ B^1. dete daṫ B^2 503. Longumque *L. Muellerus de re metr. p. 348: cf. idem Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 68 et Fleckeisenus ibid. p. 69* diutinumq ////// mane B^1. diutinumq' amane B^2 aduesperum *B.* ad uesperam *F* 504. inbricis *B.* imbricis *CD Cf. testim.* 505. *Cf. testim.* condignam B^2. condignum B^1 sectaris *FZ, Servius.* sectatus *BCD.* sectatu's *Brixius.* sectarus *Ribbeckius Mus. Rhen. v. 29 (a. 1874) p. 16* 506. meo^{h}spitẽ *D.* me hospite B^1: *corr.* B^2 507. Amplexam *Bothius.* Amplexum *BCD FZ.* Amplexus *Guyetus* Amplexum amica cum osculabatur sua *Bugge Opusc. ad Madv. p. 166: cf. Langenus 'Beitr.' p. 65* quo B^1. quom B^2F. cum *CDZ* sua B^1: *corr.* B^2 508. Quod *C.* Quodque *BDFZ.* Quin *Ritschelius. cf. Fleckeisenus Ep. crit. p. 26* au-

Probrí pudicam méque summi flágiti:
Tum quód tractauisti hóspitam ante aedís meas:
Nisi míhi supplicium stímuleum de té datur,
Dedécoris pleniórem erum faciám tuom,
Quam mágno uento plénumst undarúm mare.

SCELEDRVS

Ita súm coactus, Périplecomene, ut nésciam,
Vtrúm me expostuláre tecum aequóm siet,
An, si ístaec non est haéc quae prius uisást mihi,
Me expúrigare tíbi uidetur aéquius:

---

512. *Servius Dan. in Verg. Aen. I v. 460:* Plautus: 'dedecoris pleniorem'

---

sus ẽ *B: corr. B²*. ausęs es *Z* 509. me que *B¹*. ne—que *B²* flagicii *B*. flagitii *CDFZ* *Ceterum v. 508 sq. delet Schenkelius l. s. s.p. 82 = 688* 510. Tum quod] tumque *FZ* tractabisti *B¹: corr. B²* hospitem *B* ante aedis *CZ*. ante ędis *B²*. antea edis *B¹*. ante edis *DF* 511. *Cf. v. 502* mihi *Lambinus*. te *B¹*. i̇t/// *B²*. tibi *CDFZ* Supplitiũ *D* stimuleum] ulmeum *Lambinus* de te datur *Lambinus*. dedatur *CDFZ*. datur *B* 512. pleniore merum *B¹: corr. B²* tuum *BCDFZ* 513. uento *B²D²FZ*. uentũ *B¹CD¹* plenum est *Pylades*. plenust *B²*. plenus *B¹CD¹F*. plenũ *D³Z* 514. suũ *B¹*. sũ *B²* coactus] *cf. Langenus Nov. ann. vol. 125 (a. 1882) p. 684* periplecto mene *B*. peri plecto mene *CD*. periplectomene *FZ* 515. Vtrum ne *FZ*. Vtrumne *Acidalius* expostulare *Ritschelius*. postulare *libri* tecum aequom siet *Ritschelius in margine exemplaris, Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 218*. prius tecum aequõ (aequom *B²*. aequo *B¹*) sit *B*. prius tecum ęquũst *CDZ*. prius tecum equum est *F: ubi* aequom siet *iam Camerarius posuerat*, prius *deleverat Reizius*, tecum aequomst prius *ediderat Ritschelius*, prius *iam Pylades transposuerat. cf. Muellerus Pros. p. 315 et v. 516* Vtrumne postulare prius aequumst, nisi *Hermannus Elem. d. m. p. 132*. Vtrum prius tecum postulare *Bentleius* te *pro* tecum *Lindemannus, immerito defensum a Fleckeiseno Exerc. p. 27* 516. An si *Ritschelius*. Nisi *BCDFZ*. Nisi si *Acidalius*. Si *Pylades* ista hec *B¹*. ista—ec *B²*. istęc *CD*. istec *FZ* hęc *B*. hec *F* quae prius uisast *Studemundus l. s. s. cf. v. 515*. neque ista st *BCDF*. neque ista se *Z*. neque haec uisast *Ritschelius*. neque ista sit *Camerarius* Si istaec non est haec neque uisast istaec mihi *Madvigius Advers. vol. II p. 9*. Istaec non est haec neque eadem ipsast, an mihi *Hermannus l. s. s.* 517. Me expurigare *Ritschelius Opusc. vol. II p. 431*. Me (Me *B²*. Ma *B¹*) expurgare (ex purgare *B*) *BCD FZ*. Med expurgare *Ritschelius in ed. duce Hermanno*. An me expurgare *Madvigius l. s. s. cum Pylade* tibi] hęc tibi *BCD (ita Ritschelius l. s. s)*. hoc tibi *FZ, Hermannus l. s. s.* uideatur *Camerarius, Beckerus l. s. s.* equus *F* *Ceterum v. 516. 517 vulgo trans-*

Sicút etiam nunc néscio quid uíderim:
Itást ista huius símilis nostraí tua,
Siquidém non eademst.

PERIPLECOMENVS

Víse ad me intro: iám scies.

SCELEDRVS

Licétne?

PERIPLECOMENVS

Quin te iúbeo: i, placide nóscita.

SCELEDRVS

Ita fácere certumst.

PERIPLECOMENVS

Heús, Philocomasiúm, cito
Transcúrre curriculo ád nos̃: ita negótiumst.
Post, quándo exierit Scéledrus a nobís, cito
Transcúrrito ad uos rúsum curriculó domum.
Nunc pól ego metuo, né quid infuscáuerit.
Si hic nón uidebit múlierem — aperitúr foris.

---

*ponebantur auctore Lipsio Ant. lect. V 5, suasore etiam Acidalio (*An me expurgare*)* 518. sic̃ *C* et iam *B* scio D^1: *corr.* D^2 uiderim B^1. uiderim itast B^2 519. Itast ista *C, Seyffertus 'Jahresberichte' vol. 31 (a. 1882) p. 94.* itastista *D.* ita ista *FZ.* Istas B^1. Ista B^2. *cf. 518.* Ita istast *Ritschelius.* Ita istaec *Bothius.* Ita ista hospita *Muellerus 'Nachtr.' p. 133* similis *BCDFZ. cf. Olsenus p. 12.* consimilis *Bentleius.* similis est *Bothius* nostrai *Ritschelius.* nostrae *Z.* nostrę *B.* nrẽ *D.* nrę *C.* nostre *F* tua] a *e corr. in ras.* B^2 520. Siquid//////////non B^1: *corr.* B^2 est *libri* uise ad B^2. qui sedeat B^1 521. *Hinc usque ad v. 585 nullas personarum notas habent* CD^1: *add.* D^2 Licetne? PER. quin *'colligi ex Cassinati' ait Lipsius l. s. s.* Licetne PER. *(*PER. BD^2*/ spat.* CD^1*)* nequin *BCD.* licetne PER. neque *FZ.* licetne? PER. inquire *(sine* te*) Camerarius* te iubeo: i, placide *Ritschelius in adn.* te iuueo *(vel* uiueo *B.* iuueo CD^1. iubeo D^2. inhibeo *FZ)* et placide *(*et *om. FZ.* perplacide *Z) BC DFZ.* te iubeo, i et placide *Ritschelius edidit.* te iubeo: ei, placide *Brixius* 522. est *BCDFZ* heius *B* philocomasium *C.* philocomosium *(*a *add. m. 3) D* 523. *Cf. Langenus Pl. Stud. p. 167* Transcurre B^2Z. transcurrere B^1 *cum CDF* at B^1CD: *corr.* B^2D^3 negocium est *FZ.* negotiust B^2. negotiis B^1CD 524. Post quã do *CD.* Postquã *B* anobis *B* 525. Trancurrito D^1: *corr.* D^3 ad uos rusum *D.* ad uos *(*aduos *B)* rursum *BC.* aduorsum *F.* aduersum *Z* 526. polego *C* quit B^1C. *item ex* quid *D: corr.* B^2 infus cauerit *C.* infucauerit *Z.* infutauerit *Palmerius* 527. *Tales edidit Ritschelius:* Si hic non uidebit mulierem [hisce in

SCELEDRVS

Pro di ínmortales, símiliorem múlierem
Magisque eándem, ut pote quae nón sit eadem, nón reor
Deos fácere posse.

PERIPLECOMENVS

Quíd nunc?

SCELEDRVS

Conmeruí malum.

PERIPLECOMENVS

Quid ígitur? eanest?

SCELEDRVS

Étsi east, non ést ea.

PERIPLECOMENVS

Vidísti nostram?

SCELEDRVS

Vídi et illam et hóspitem
Conpléxum atque osculántem.

PERIPLECOMENVS

Eanest?

SCELEDRVS

Néscio.

---

aedibus, ‖ Omnis erit res palam. set] aperitur foris: *cf. praef.: Ritschelio adstipulatur Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 257, adversatur Kibbeckius Mus. Rhen. vol. 12 (a. 1857) p. 596* foris B^2. fobis B^1 *C et praecedente spatio* D. dolus *FZ, editores* 529. proh D^2 di *Z*. dii *BCDF* inmortalis *(is ex* im *C)* CD. immortalis *B* 530. ut pote quae non sit eadem B^2, *Camerarius*. ut poteq' nos it eadem B^1. ut poteq' nosite adẽ CD^1. utpote q̃ nõsit eadẽ D^3. quam nostre adesse *F*. quam nostrae ea est *Z*. eadem quae non sit *Ritschelius*. tam quae non sit eadem *Fleckeisenus*. tamen quae non sit eadem *Brugmanus p. 39*. quae non sit tamen eadem *Muellerus 'Nachtr.' p. 133* reor B^2D^3FZ. reo B^1CD^1 531. quit CD^1: *corr.* D^3 conmerũ alum CD^1: *corr.* D^3. conmerumalum B^1: *corr.* B^2 532. eanest B^2D^1. eam st B^1. ean est CD^3FZ et si ea est *FZ*. etsi aest B^1. etsieaest B^2. et si aest CD^1. etsi eaest D^3 *Ceterum de hoc v. = 533. 534 dubito* 533. Vidisti nostram *scripsi*. uidisti inistã CD^1. Vidistin eã *B*. uidistin istam D^3FZ, *Ritschelius*. Vidistin eampne *Seyffertus* et illam et] illam *FZ* 534. Complexum *Acidalius*. Conplexam *BCDFZ* ean est *B*. eanest *D*. eanst *C*. eane est *FZ*. Ean ergost *Camerarius*. Eademnest *Brixius*. Ean tandemst *inter alia Muellerus Pros. p. 655*

PERIPLECOMENVS

Vin scíre plane?

SCELEDRVS

Cúpio.

PERIPLECOMENVS

Abi intro ad uós domum
Contínuo: uide sitne ístaec uostra intús.

SCELEDRVS

Licet:
Pulcre ádmonuisti. iám ego ad te exibó foras.

PERIPLECOMENVS

Numquam édepol hominem quémquam ludificárier
Magís facete uídi et magis mirís modis.
Sed éccum egreditur.

SCELEDRVS

Périplecomene, te ópsecro
Per deós atque homines pérque stultitiám meam
Perqué tua genua

---

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI IV FASCICVLVS IV

MOSTELLARIAM CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCIII

[redacted]

T. MACCI PLAVTI

MOSTELLARIA

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A FRIDERICO SCHOELL RECOGNITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI IV FASCICVLVS IV

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Praestantissimam fabulam MOSTELLARIAM, quacum de principatu Pseudulum Menaechmos Bacchides Aululariam prope solas certare et elegans est et verum eius iudicium qui Plautinam artem iucunde nuper enarravit Musei nostri philologici t. VIII p. 51 [Opusc. phil. II p. 732] sqq., satis constat multimodis cum mutilatam laceratamque tum luxatam atque perturbatam ad saeculum XV pervenisse. Et latissime quidem patet omnium gravissima haec perturbatio, quod in Palatinis libris, quique aut illinc aut ex eodem fonte manarunt omnibus, non eo quo nunc leguntur, sed hoc sese ordine posteriores fabulae partes excipiunt:

v. 686—801
842—883
802—841
884 et 885 dimidius
601—646
885—1065
647—685
1066 sqq.

Quas turbas*) iam maiorum aetate Pylades, Angelius, Lucas Olchinensis duplicique exemplo Camerarius, in solas hi quidem sermonum successiones actionisque continuitatem intenti, ita

*) In codice *C* ad has turbas accedit, quod par foliorum Bacchidum exitum v. 1163b—1211 (f. 17) et Mostellariae initium v. 1—57 praecedente argumento (f. 22) continens non interpositum est foliis 18. 19 (Bacch. v. 1049—1163a) et 20. 21 (Most. v. 58—989a), sed circumdatum. Ceterum diversas manus in his ipsis foliis conscribendis dignoscimus.

paullatim emendarunt ut nihil nobis post Camerarium agendum restaret*), nisi ut suo loco versus 904—932 redderemus, quos ille post v. 857 collocaverat non contra rationem tantum, sed etiam praeter necessitatem. Omnem autem transpositionem nostram cum Ambrosiani codicis praesidio con-

*) Idem iam in editione a. MDCCCXXXVIII egerat Weisius (cf. Spengelius T. M. P. p. 3 adn.), adnotans ad v. IV 1, 36 [27 = 884]: 'In hoc autem versu hic finiuntur in cdd. Pall., quae ad Phanisci canticum pertinent; adiiciuntur inepte, quae apud nos leguntur supra III 2, 115. *Misericordias* etc. usque ad vs. 157. *Haec quae possum* etc. Deinde subsequitur versus 37. *Illi bucaedae erunt multo potius quam ego sim restio*, cui statim adduntur: *Tr. mane tu atque adsiste illico; molestus ne sis, nemo dat: age quodlubet* etc. quae apud nos leguntur III 1, 76 usque ad vs. 109. Denique adduntur nostra: *Phanisce etiam respice* usque ad finem huius scenae nostrae; post quam sequuntur quae apud nos scena II *Quid tibi visum* etc. Quibus codicum vestigiis ductus quae coniecerim haec sunt: 1) canticum Phanisci debere sequi eo loco, quo nos illud collocavimus. 2) recte idem posse finiri v. 37; ita ut, eo recitato, Phaniscus accedat ad ianuam Philolachetis, eamque pulset, dein ibi aut quietus opperiatur herum, aut etiam introspiciat. 3) subsequi tum posse colloquium inter Phaniscum et alium illum servum a vs. 38; de cuius tamen ratione statim infra dicemus. 4) post illud sequi oportere scenam: *Quid tibi uisum est* etc. et post illam denique ea, quae apud nos faciunt scenam III, quae in vulgatis una serie cohaerent cum scena, quae apud nos est prima huiusce actus. — Bothius ita mederi se posse ratus est huic loco, si scenam: *Quid tibi visum est* etc. quae in vulgatis tertia est actus tertii, faceret primam scenam actus quarti, ut igitur, actus pausa interposita, pro lubitu posset Theuropides interiora aedium inspicere. Sed ita nihil effecit, nisi, ut, altera difficultate remota, in alteram incurreret. Sic enim Theuropidem necesse est perstare otiosum in proscenio per integrum canticum Phanisci huiusque cum conservo colloquium. Quod profecto cum rei argumento et cum vera fabulae actione non videtur esse consentaneum. Vt nihil dicam de imaginaria omnino actuum ordinatione apud nostrates. — Ceterum qui accuratius paulo examinarit colloquium hoc, quod iam sequitur, Phanisci cum servo illo, haud pauca certe inveniet, quae arguant esse suppositum seriusque adiectum, fortasse quo introduceretur servolus ille alius, infra qui comparet. Nam et metrum in plerisque vacillat, et sensus cum dictione facetiaeque non sunt optimae, imo ita ieiunae, ut vix Plautina haec esse existimari possint. Sic v. 38 *adsiste* — vs. 40 *Mihi sum*; videlicet simiam se ait esse. Porro v. 41 ineptum, quod vocat *parasitum*. v. 44 illud *tam amat*. v. 47 *plumbei* illi *numi*. v. 49 illa *culcitulla*, iocus ineptus et a vero Plauto fortasse ubique alienus. 50 *quom tu mihi nequeas* plane inepta. v. 51 *Quaeso h., Ph. abstine iam sermonem de istis rebus*, quum tamen non Phaniscus sed servus ipse nugas facessere instituerit. Atque similiter etiam postrema. Vt nullus dubitem integrum locum a vera fabula seiungere.'

firmavimus in ea commentatione quam 'de turbato scenarum ordine Mostellariae Plautinae' scriptam [ed. a. MDCCCXLIII] Parergon nostrorum primo volumini [ed. a. MDCCCXLV p. 433 sqq.] inseruimus, tum caussam factarum in Palatinis turbarum evidentissimam ex archetypi condicione repetivimus, cuius cum undecim membranae, in singulis paginis versus circiter XXI tenentes, aliquo casu sic ut infra posita tabula planum fecimus traiectae essent, is ipse qui in Palatinis est versuum ordo prodiit.

Pristinus ordo membranarum	Fabulae partes	Versuum summae secundum Pal. codd.	Traiectarum ordo membranarum
I	601—640	42	VI
II	647—685	41	XI
III. IV. V	686—801	121	I. II. III
VI	802—841	41	V
VII	842—883	42	IV
VIII. IX. X. XI	885—1065	166	VII. VIII. IX. X

Nam de versu 884 et dimidia parte proximi, qui sunt duo integri in Palatinis, in promptu est sic statuere, fuisse eos alicubi, cum suo loco praetermissi essent, seorsum in margine ascriptos. — Quodsi versuum summae, quales Palatinis ducibus subduximus, non congruunt in nostram fabulae recensionem, reputandum est in hac et canticorum (690 sqq. 858 sqq. 885 sqq.) longe diversam discriptionem esse, et quibusdam in partibus vel crevisse numerum versuum sive novis ex Ambrosiano ascitis (833. 940 sqq. 951. 990. 1055 sqq.) sive lacunae notis de coniectura positis (644 sq. 649. 926 sq. 1018 sqq. 1042: nam post 1026 elapsos non numeravi), vel decrevisse deletis glossematis (post 652. 815. 1000): quo accedit quod qui nunc sunt 631 sq. 640 sq. 666. 846 in hos locos transtulimus de eis sedibus quas in Palatinis occupant post 652. 650. 609. 815'.

'Fuisse autem archetypi illius singulas paginas XXI (aut fortasse XX) versuum etiam alio argumento intellegitur satis memorabili. Etenim Mostellaria cum insignis sit lacunarum multitudine, harum sciendum est duplex genus esse. Nam aliae quidem, singulorum vocabulorum eorumque integrorum circuitum plerumque non excedentes, etsi in quibus-

dam partibus spissiores sunt quam in aliis, tamen et promiscue per universam fabulam tanquam dispersae sunt, et, nullo in ipsis codicibus indicio proditae, soli neglegentiae librariorum debentur. Contra aliae et aliquanto ampliores esse nec servare vocabulorum integritatem solent, et certis in partibus certisque intervallis tam constanter redeunt, ut eis in partibus codicem appareat vel madore vel aliquo casu labem contraxisse per aliquot membranas continuas pertinentem, in singulis autem paginis per binorum ternorumve versuum ambitum porrectam. Id evidentissime bis factum est: primum per septem paginas continuas v. 517 sq. 537 sq. 554 sq. 574 sqq. 596 sqq. 618 sq. (ubi etsi non multum deest, turbatum est tamen aliquantum). 644 sq.: iterum per sex paginas v. 703 sqq. 723 sqq. 743 sq. 763 sqq. 783 sqq. 802 sq. Quodsi memineris et scaenarum interstitiis singulos binosve versus tribuendos esse, et unum alterumve versum per duorum spatium potuisse propter nimiam longitudinem dispertitum esse, praeterea autem quattuor in Palatinis post v. 549 versus legi a nobis eo loco deletos, non legi autem eis quibus nos reposuimus locis quattuor alios 631 sq., 640 sq., vix quicquam ad aequalitatem spatiorum desiderabis, sed singulas lacunas intelleges circiter XXI versuum intervallis inter se discretas esse. — Potueram eiusdem distantiae modulo etiam illas lacunas dimetiri quae sunt v. 845 sqq. 864 sqq. et rursus v. 1123 sqq. 1144 sqq., nisi ea ratiocinatio fallax esset propterea, quod his quidem in partibus scripturae mutilatio minime substitit in binorum ternorumque versuum angustiis, sed multo latius evagata membranarum corruptelas et longe ampliores et magis varias testatur. Id quod ita esse facile apparebit v. 850 sqq. 858 sqq. 885 sqq. 1110 sqq. 1160 sqq. intuenti: quarum partium quasdam non mirer si cribri quam libri similiores dixeris. Atque hic ad temporum iniquitatem accessit librariorum socordia aut omittentium quae servata essent in archetypo aut evanidorum intervalla non servantium. Contra quae illae quas antea perstrinxi lacunae tantum non omnes ipsis oculis apparent in Palatinis vel saltem in *B*, quippe vacuis spatiis eisque plerumque amplioribus quam opus fuerat relictis: quo certius nobis de paucissimis

exemplis illis persuadetur, ubi verbis in integritatis speciem contractis lacunae vestigia obscurata sunt, ut v. 644 sq. 804 (similiter atque v. 1123. 1144, alibi)'.

His quae Ritschelius posuit vestigiis insistens*) nonnulla accuratius certiusque definivit Seyffertus in Ephemeridibus philologicis a se Belgeroque editis XII a. MDCCCXCII n. 7 et 8 col. 194—196. 221. 225—228. 253 sq. Vbi cum multa extra omnem dubitationem posuerit, de aliis iustam dubitationem movit Gundermannus ibidem n. 19 et 20 col. 578—580. 610—612, qui tamen ipse quoque non omni ex parte satisfecit, ut statim Seyffertus monuit in additamento col. 612. 657 adiuncto. Quare cum mihi quaedam aliter diiudicanda, non pauca vero adicienda esse videantur, paulo fusius totam quaestionem persequar.

Itaque ante omnia Seyffertus 'septem paginarum continuarum' lacunas octava vel potius prima augens, quam miro casu in conspectu supra posito (non in ipsa editione) neglexerat Ritschelius, cum ex lacunis sibi respondentibus tum ex partibus inter se traiectis plenum quaternionem refinxit hunc (crassioribus numeris versus lacunosos exprimens):

I. **476—495. 496**: 497—506/7—**517. 518**

II. **519**—531 (Sc.)—**537. 538**: 539—**554. 555**

III. 556—**574. 575. 576**: 577—**596. 597. 599**

IV. 601—609. 666. 610—620: 621. 626—628. 622—625. 629. 630. 633—639. 642. 643. 645. 646

V. **647—650. 640. 641. 651. 652.** 630—632. 653—663: 664. 665. 667—685

VI. 686—689 (Sc.)—**703. 704. 705**: 706—721. 741. 722—725

VII. **726. 727/8. 729**—740. **742. 743. 744**: 745 - **763. 764. 765**

VIII. 766—**783. 784. 785**: 786—801

---

*) Fateor me, cum similem de Rudentis lacunis observationem instituissem ac publici iuris fecissem, plane oblitum fuisse similis condicionis in Mostellaria dudum multoque luculentius demonstratae. Quod cum Seyffertus in censura animadvertisset, nihilo minus in amplificanda observatione de Casinae, Persae, aliarum fabularum lacunis ad scissuras fissurasque revocandis Mostellariam consulto posthabui, cum non idem valere de omnibus intellegerem. Idque ipse Seyffertus confirmavit, qui, cum Mostellariae lacunas ad XXI versuum paginas certissima computatione revocaret, non minus certum XX versuum numerum in Casina esse concessit singulasque fabulas seorsum pertractari debere in hanc rem intentos monuit mecum consentiens (cf. Cas. praef. p. IX adn.).

Vbi priora III folia et versuum numerum plane complent et in lacunis tam accurate sibi respondent*) quam infra positi versus demonstrant, in quibus supplementa in prioribus exempli causa ficta in posterioribus ex *A* recuperata uncis cinximus:

495 sq. INTERDUMINEPTESTULTUSES⟨QUINTUTACES⟩
TACEO#SEDECCEQUAEILLIIN⟨SOMNISMORTUOS⟩
517 sq. QUAESO⟨ABEASINTRO#ABIGINPATREM⟩#QUIDSEGREGES
⟨SERMONEMATQUEABEAS#QUAER⟩ESTEAGITATTRANIO

537 sq. DANISTAADESTQUIDEDIT⟨ARGENTUMFAENORI⟩
QUIAMICAESTEMPTAQUOQUE⟨OPUSINSUMPTUSFUIT⟩
554 sq. NEGAT⟨#NEGATINQUAM#UERBUMANTI⟩QUOMCOGITA
⟨NEGAETSICONFESSUS#⟩DICAMSICONFESSUSSIT

574 sqq. MAGISOPPORTUNUSADUEN⟨IREQUAM⟩ADUENIS
QUIDEST#CONCEDEHUC#⟨ODIEFAENUSRE⟩DITUR
SCIOTEBONAESSEUOCENE⟨CLAMANIMIS⟩
596 sqq. FERREHINCPOTESAN⟨METUISNE⟩QUOABEATFORAS
URBEEXUL⟨ATUMFAENOR⟩ISCAUSATUI
QUOISORTEM⟨ACCIPEREIAMLI⟩CEBIT#QUINNONPETO

Extremis exemplis addendum est etiam in mediis paginis apparere lacunas congruas. Nam v. 571 principio *Certe* certa fere coniectura supplevit Seyffertus: a quo versu qui duodevicesimus est v. 593 cum non minus quam ille a metro laboret (etiam in *A*), non minus recte me puto labem in fine senarii statuisse: ubi si *ad fores* adicimus, et versum explemus et apte augemus sententiam (*ad fores Venisti huc te extentatum*, ut Bacch. 584 sqq.: *qui .... alieno uiris tuas extentes ostio? Fores paene exfregisti*). Similiter in folio antecedenti conieci inter se cohaerere defectus versuum 551 sq. QUIDTU⟨TE⟩TECUM # NIHILENIMSEDDICMIHI‖DIXTIN⟨TU⟩QUAESO#DIXIINQUAMORDINEOMNIA. Atque alter versus incidit in scaenae inscriptionem post v. 531, prioris defectus attingit vitium sub finem ipsius v. 531, ubi libri male *malum* habent pro *mali*: ex pravo supplemento vocis decurtatae, ut videtur. Sed haec leviora: ad graviora ut redeamus, optime sibi respondent

*) Cur minus accurata sit responsio, ubi lacunae aut initio aut sub finem versuum locum habeant, contra litterarum ambitus fere par esse et soleat et debeat, ubi uterque defectus in medium versum cadat, causa in propatulo est. Vel hac ratione ferri nequit tralaticium supplementum v. 575 QUINMIHIFAENUSRED = ATUMFAENOR pauloque probabilius est (H)ODIE(N)FAENUSRE (*reditur* pro *redditur*: cf. *B* v. 580. 603).

lacunae in sexto folio: ubi cum in pagina recta ex *A* has rimas sarcire possimus:

703 sqq. SIQUISDOTATAMUXOREM⟨ATQ·ANUM⟩HABET *)
NEMINEMSOLLICITATSOPO⟨RINOMNIBUS⟩
IREDORMITUMODIOSTUE⟨LUTNUNCMIHI⟩

v. 722 sqq. sic olim in *P* discriptos fuisse intellegimus (aliter atque in *A* post SICDECET deficiente et ex parte etiam in *B* nunc discripti sunt):

HIC⟨INTUS#⟩QUIDIDEST
⟨SCISIAMQUID⟩LOQUARSICDECET
⟨UTHOMOSTITA⟩MOREMGERAS

Iam cum et in his quattuor foliis et in duobus, quae olim intercedebant, sed ob traiectionem antea factam a finalium versuum labe immunia manserunt, nihil neque desit neque supersit ad XXI versuum paginas efficiendas, in folio septimo aperta lacunarum responsione item insigni altera tantum pagina versuum numerum complere videtur. Lacunae hae sunt:

742 sqq.
UELIMUTTUUELLESTRANIOS⟨EDQUID⟩ESTNEGOTI#ELOQUAR
ERUSPEREGREUENIT#TUNC⟨TIBINERUOSCORRUP⟩TORTENDITUR
INDEFERRITERIUMPOSTEA⟨MOLAE#PERTEHAEC⟩ENUAOBSECRO
763 sqq.
NAMILLEEOMAIO⟨REHINC⟩OPERESIBIEXEMPLUMEXPETIT
QUIAHIC⟨UMBRAMAUDIUIT⟩ESSEAESTATEPERBONAM
SUBDIUCOL⟨UMINEINSUMMO⟩PERPETUUMDIEM **)

Inter v. 726 et 744 XVII tantum versus numerans Seyffertus de quattuor versuum lacuna cogitavit, quae merae librarii neglegentiae debeatur ideoque in pagina aversa non conspiciatur: qualem defectum et ex *A* et ex ipso verborum contextu verisimiliorem reddere studuit. Levem errorem, quod in *B* XVIII, non XVII, versuum intervallum est, iam Gun-

*) Fortasse Plautus *senicam* scripsit pro *anum*: cf. append.

**) *A* habere videtur SUBSUDOCOLUMINEUSQ·PERPETUUMDIEM. Contra *P* incipit a *Sub diu col*: ubi *sub diu* cum vix minus exquisitum sit quam *sub sudo* et sententiae optime respondeat, neque interpolationi neque simplici corruptelae facile tribueris. Vnde si proficiscimur, quae ex *A* accedunt *columine usque* neque sententiae neque metro satisfaciunt neque lacunam congruentem explere videntur. Quare conicio longe aliam recensionem in hoc versu *P* secutam esse, qualem exempli gratia supra refinxi.

dermannus tacite correxit. Quod vero Seyffertus in primis versibus folii VII negavit *simul, quid, Ehem vix tandem* particulas sic ut extant ferri posse, iam in appendice me non probare significavi. Cogitavit ille de tali conformatione:

〈Animo〉 morém geras. uíta quam sít breuis
〈Cógita atque hóc〉 simul cógita — Tra. Quid ⏑ –
* * * * * * * * * * * * *
Ehem uíx tandem percépi super his rébus nostris té loqui.

At si duce Camerario supplemus potius: 〈*Vt homost, ita*〉 *morem geras*, optime quadrat: *cogita simul, uita quam sit breuis*: ad has autem allusiones cum accedant priores: *Quid nunc? quam mox?**) — *quod solet fieri hic intus* — *scis iam quid loquar* — *sic decet*, nihil plane desideratur ad vim particularum *Ehem uix tandem* explicandam: quibus *Quid?* — quo verbis *Vita quam sit brevis cogita simul* adiecto dimeter creticus cum tripodia trochaica efficitur — eadem ratione praemittitur, qua Terentius velut in And. 686, Eun. 86. 505. 730 particulae *Ehem* quaestiunculas praemittit. Quare cum ex ipso contextu nequaquam necessario de lacuna vel potius de lacunis post v. 725 statuendis cogitandum sit, discrepantem versuum numerum tam in *A* quam in *P* ex diversa versiculorum in cantico discriptione repetiverim. Quam habemus qui paulo accuratius definiamus. Nam v. 737 sq. cum verba male sic distinguantur in *B*:

Sed Simo ita nunc uentus nauem
Deseruit. Si. quid est? quomodo pessimo

rectissime probantibus omnibus Ritschelius ex prioribus septenarium trochaicum restituit duce Camerario (cf. v. 740):

Séd, Simo, ita nunc uéntus nauem 〈nóstram〉 deseruít. Si. Quid est?

Qui quod *nostram* supplerunt in fine versiculi in *B* abscissum,

---

*) Permiro errore Ritschelius in Parergis p. 458 supplebat: *quam mox — nequitiae tuae poenam lues?* vel *in malam crucem ibis?* (idque repetivit Lorenzius in commentario) nec minus mire Vssingius quaestionem intellegit de rebus Philolachetis, quas luxuria brevi absumptum iri suspicetur Simo. Nam ex conexu sententiarum patet Simonem quaerere: *quam mox — incipietis pergraecari denuo.*

egregie inde confirmatur, quod in pagina aversa v. 755 senarius principio destitutus circumfertur, ubi *Hem* ante *quid consomniavit* probabiliter supplevit Ritschelius. Iam hic senarius cum tertius decimus sit versus in pagina aversa, versiculus *Sed — nauem* undecimus, certum est trium versuum in pagina recta deficientium duos ante hanc lacunam, unum post eam recuperandos esse: atque illic cum v. 733 sqq., hic v. 737 sqq. pessime distincti sint, quisnam dubitabit quin olim totidem verbis plures versus occupare potuerint?

Restat ut de ultimo quaternionis folio dicamus, cui solitariam lacunam versuum 783—785 Seyffertus tribuit, cum in pagina aversa potius post v. 796 quinque versus interciderint (cf. append.). At suo iure Gundermannus opposuit adscitis ad v. 801 quinque qui in libris eum excipiunt versibus 842—845. 847 lacunam nos habere plane congruentem: id quod casui tribui nequit. Quae lacunae fortuito etiam in eo concurrunt, quod dubitari potest utrum tres versus an duos tantum occuparint. Nam v. 783 *P* praebet *con conloquar* (*A* recte CONLOQUAR): unde Seyffertus olim per dittographiam scriptum fuisse *con⟨loquar⟩ conloquar* conclusit consentiente Gundermanno. At nescio an sic haesitans propter insequentes lacunas librarius scripserit (ut in exemplo opposito in versu post lacunas subsequenti spatium reliquit praeter rem): nam v. 844 in *B* sane et spatium est (sicut in v. 848) et *nisi* ab initio omissum esse contendit Studemundus (sed v. i.): at *CD nisi* praebent sine lacuna, ut hoc quoque loco dubius sit defectus. Quamquam etiam supra v. 742, ubi dubitari nequit, quin *cdquid* litterae in archetypo interciderint, non modo in *B* partim a prima partim a secunda manu lacuna recte expleta est, sed etiam in *C* ante rasuram videtur supplementum extitisse. Sed quomodocunque de v. 783 et 844 iudices, certe optime haec sibi respondent:

783 sqq.
(NUNCHUNCHAUSCIOANCON⟨LOQUAR⟩CONLOQUARCONGREDIAR)
HEUSTHEOPROPIDES#HEM⟨QUISPROPEHIC⟩NOMINATME
EROSERUOSMULTUMSUO⟨FIDUS#UNDEIS⟩
844 sqq.
(NAMEGOMETDUCTAREM⟨NISI⟩MIHIESSETAPUDFORUMNEGOTIUM)
APAGEISTUMAME⟨PERDUCTOREM⟩NIHILMORORDUCTARIER
QUICQUIDEST⟨ERRABOPOTIUSQUAM⟩PERDUCTETQUISPIAM

Gravioris momenti est, quod v. 784, ubi *A* QUISHIC praebet, has voces omittunt *CD*, *hic* tantum omittit *B*, in quo *quis* facile suppleri poterat a librario. Sed etiam QUISHIC litterae neque lacunam ex versu opposito (PERDUCTOREM) conspicuam explent neque metro restituendo sufficiunt (vide infra): quare *prope* addidi *hic* particulae (cf. similes locos Mil. 1258. Pers. 99. Rud. 97. Bacch. 1104, al.: nam geminum exemplum extare non videtur, sed *quis nominat me* dicitur sine *hic* et *prope*).

Hoc loco cum aliquid viderit Gundermannus, iam Seyffertus demonstravit fefellisse eum opinionem, cum eadem ratione lacunas versuum 865—867 et 883. 802. 803 sibi respondere statueret in proximo folio, quod v. 848—867 et 868—883. 802. 803 continuerit. Neque enim lacunae ipsae satis inter se congruunt, si quidem iam v. 864 aperte lacunosus fuit (atque etiam v. 804 accedit defectus) neque spatia spatiis conveniunt. Nihilo minus proficiscendum puto a sententia Gundermanni. Nam et versus lacunosos 864—867 in fine paginae proximae (fol. IX) extitisse probabile est et casui tribui nequit, quod post XIV versus, qui facile olim ex alia discriptione cantici XVII occupare potuerunt*), redit lacuna. Itaque cum Gundermannus opinatus sit ex defectu v. 883:

POSTREMOMINORISPEN⟨DOT⟩ERGUMILLORUMQUAMMEUM

concludendum esse v. 865 nihil intercidisse, nisi velut:

AUGENTEXPAUXIL⟨LOIN⟩DEPARANT

— quod neque versus admittit neque sententia —, primum quidem monendum est nequaquam certum esse v. 883 nil nisi DOT litteras deesse, quas *Bb* supplevit ex facili coniectura: nam potuit extare PEN⟨DOEGOT⟩ERGUM. Deinde vero hanc lacunam comparabimus potius cum v. 864 defectu (ubi ABOXO exigit sententia): qui potuit sane ita collocari in archetypo, ut media lacuna septenarii trochaici congrueret cum lacuna

*) Velut per hanc discriptionem (in qua littera maiuscula *B* codicis interstitia, lineolae pristinam distinctionem indicant): 'Nam nunc domi nostrae tot pessumi uiuunt ‖ Peculi sui prodigi plagigeruli ‖ ubi aduorsum ut eant ‖ Voc⟨it⟩antur ero ‖ non eo molestus ne sis ‖ Scio quod properas gestis aliquo ‖ iam hercle ire uis mula foras pastum‖'.

finali versus paulo brevioris. Sed cogitari potest etiam de tali v. 864 conformatione:

FACIUNTAMALOPECULIO⟨ABONO⟩QUODNEQUEUNT(vel NONQUEUNT).

At sic lacunis versuum 865—867 quae non potuerunt non aliquanto maiores esse*), nihil respondere videtur: nam v. 802 sq. 804 — huius enim defectus etsi per se aliter explicari possit, tamen praecedentibus lacunis apertis necessario fere ad similem causam revocandus est — nullo modo in censum venire possunt propter rationem detrimentorum. Sed reputandum est cum eum versum qui ex sermonis serie sequitur et artissime adiungitur, 884, una cum proximi initio a ceterorum societate plane divulsum circumferri, tum vero inter hunc ipsum v. 884 et proximae scaenae exordium aliquid desiderari. Nam quoniam 'alterius aduorsitoris' nomen, qui mox cum Phanisco et postea cum Theopropide cavillatur, Studemundi opera -INA**U- ex scaenae inscriptione in *A* expiscantis certissime restituere potui PINACIUM, nostro iure expectamus in ipso contextu hoc nomen legi**), ubi nusquam comparet. Item praeter morem post verba *Solus nunc eo ad-*

*) Propter hanc ipsam rationem (ad quam accedunt aliae) non procedit responsio quam inter versuum 844. 845. 847 et 865—867 lacunas statuebat Seyffertus.

**) Similiter iudicavi praef. Cas. p. XVII de coci nomine CITRIO a Studemundo quamvis dubitanter reposito. Quod totidem litteris extare mox ipse vidi, cum post editam a me fabulam codicem *A* nonnullis locis retractarem: simul vero intellexi huc trahendam esse memoriam versus 744 sq. *propere cito intro ite et cito deproperate*: ubi cum duplex *cito* ferri nequeat, ex priore *Cit⟨ri⟩o* restituendum esse eo facilius persuasi Goetzio meo, quia hoc pacto non modo desiderio de nomine adhibendo satisfacimus, verum etiam versum (septenarium anapaesticum) facillime restituimus. Iterata lectione illud quoque confirmare potui, quod ad v. 961 (et praef. p. XVIII adn.) de nota a Studemundo neglecta dixi. Permulta cum Studemundus rectius legerit — quod singillatim adnotare nihil attinet, quoniam semper illi fides habenda est, donec post eum inspicienti aliter aliquid apparuerit —, his locis vidi ab illo discedendum esse: v. 52 ADLEGAUIT certum (nullo modo AB), 60 SENSIPSUUM (non IT), 114 EXSTERCULINO (U paulo latiore, non UI), 154 SITI (vix TE), 183 QUAIN (nullo modo TU), 544 SINEEAMIINOLO (unde *te nolo* restituit Goetzius), 565 QUOIQUODAMAT certum, 573 NEGET (nullo modo NEGAT), 594 PRETEI (vix II), 623 PERFUGI (vix II), 632 OK (non O#), 633 PERISTIAPERI# (vix #PERI#), 646 MEATU (vix ME), 654 *EGOTIEST (non EGOEST), 658 INTERMINATUR (vix INTERMINETUR)UITAM, 661 CUR (vix QUR), 670 DELERAUITSE (SE

uorsum ero e. q. s. nova persona alterius advorsitoris prodit neque se indicans neque ab alio indicata. Vnde conieci ex aliorum locorum similitudine sub finem scaenae intercidisse eiusmodi versiculos:

Sed quís procedit?
Pinácium: abibo
Quasí non uideam.

Quodsi sumimus infra hos versiculos in inferiore margine huius paginae olim suppletos fuisse v. 884 et 885a eumque marginem una cum illis versiculis et versuum 864. 865. 866. 867 particulis oppositis*) abscissum esse, eadem opera declaramus et cur harum particularum defectui nihil iam respondeat et cur v. 884 et 885a in margine abscisso seorsum servati alieno loco postea recepti sint et cur quae requirimus desint: atque variae difficultates in unum locum si conveniunt, augetur probabilitas eius solutionis, quae simul omnia expediat.

Iam quos male huc traxerat Gundermannus v. 802. 803 (vel potius 802—804), sic nihil habent quod lacunis respondere videatur. Sed haec quoque res facilem explicatum habet, dummodo reputaveris — id quod alia ductus ratione iam Gundermannus sumpsit nobisque ipsis paulo post clarius ap-

---

minime certo), 685 —CLEEGO**ṢẸṚ#DIG——U (certo U extremo, quo confirmatur supplementum meum *dig⟨nu's tu⟩*), 687 EGO**NCFA— (certo etiam N), 711 sq. —ETBONA****IMA, 716 —ỊAM, 722 MULṬANṬ (vix ÇANṢ), 725 ṚẸSURIO (nullo modo ẸṢ), 750 MORAESỊẸṬ, 758 EM (vix IM), 766 OP*RTUIT (PẸR potius quam PỌR, ut vid.), 794 IAMNEABIITILL***DIC***K***UI****LICE*, 795 **L***ES**IT (certo IT), 797 ÇỌṂARITUSUILICUS, 799 sq. KYMENAEO|ṂIωỊ (certo AEO), 804 ỊAMṆUNITATEIANDUDUM, 806 PRŌD̄ĒĀN̄ (certis lineolis suprascriptis), 859 SC******O* (certo O), 860 ASTULIOREM (non —UT—), 861 ḞAÇTABṆỌḂỊṢ, 862 ỌṖTU*S******CṖ***ẸḶỊM*ṚỌǦṚ***ṚỊ, 870 ẸLE(ce)SṬẸẊ———— ṢỌÇ— (nullo modo ẸLU—AE [*vel* M]), 972 PERMUT*** (vix PERMUTABO), 978 TUO (non #TUO vel STUO), 983 NONPUDETTE#QUIDMENTIRIUSIT#ETIAMMEROGAS (lectione perdubia, quae si non fefellit temptare possis: *Non pudet te? LY. Quid mentiri u⟨su⟩ sit? CL. Etiam me rogas?*).

*) Sic sibi respondent supplementa lacunarum v. 865—867 exempli causa ficta et versiculi supra positi:

⟨LOSUUMQUODINMUN⟩ : SEDQUISPROCEDIT
⟨UMITAESTMETUAM⟩ : PINACIUMABIBO
⟨CAEDATURCORPUS —⟩ : QUASINONUIDEAM

parebit — nequaquam haec damna, quae partim traiectionibus partim scissuris Mostellaria subierit, ex uno omnia archetypo repetenda esse. Itaque antea vidimus v. 783 sqq. post traiectionem huius partis factam mutilatos esse: sed iustum ordinem si sequimur, v. 783—803 efficiunt XXI versus: praecedit autem scaenae inscriptio: quae si olim duos versus occupabat in anteriore archetypo, versuum 802. 803 lacuna in huius inscriptionis spatium incidit, versus autem 804 respondet versui 783, qui cum brevior sit et sine dubio olim per *ἐπεισόδεσιν* scriptus fuerit, etiam v. 804 damnum finale in vacuum initio spatium versus oppositi cadit: atque tam planam plenamque congruentiam quisnam casui tribuet? Quod vero ad antiquiorem archetypum hanc labem revocamus, inde etiam probabilius redditur, quod in eadem pagina deprehendimus lacunam Palatinis cum *A* communem. Nam v. 796 ante finem *aedis* vox intercidit inter *Sed ut maestus est se hasce* et *uendidisse*: quo cum defectu fortasse coniungendum erit quod v. 816 incipit a *Bene benique* pro *Bene beni⟨gne⟩que*, quamvis libenter hoc simplici errori tribuas.

Denique ex gravioribus lacunis, de quibus Seyffertus Gundermannusque disputarunt, una relinquitur:

1123 sqq.
PHILOLACHESUENISSE⟨DIXIT⟩MIHISUUMPEREGREIIUCPATREM *)
QUOQUEMODOHOMINEMAD⟨UENIENTEM⟩SERUOSLUDIFICATUSSIT
AITSEMETUEREINCONSPE⟨CTUMSUIPATRISPR⟩OCEDERE
1144 sqq.
MAXUMEACCIPITOHANC⟨MODO⟩ADTELITEM#ENIMISTICCAPTIOST
FACEGONEMETUAM⟨MIHIATQUE⟩UTTUMEAMTIMEASUICEM
IAMMINORIS⟨OMNIAALIAFA⟩CIOPRAEQUAMQUIBUSMODIS **)

Nulla dubitatio est neque de ipsa congruentia neque de iusto XXI versuum intervallo inter utramque lacunam intercedente. Sed ex archetypi discriptione, quam Seyffertus instaurare studuit, lacunae non sub finem folii, sed inter v. XV et XIX utriusque paginae locum haberent: contra Gundermannus ex immutata distributione, quam valde dubiam esse Seyffertus

*) Hoc loco *dixit*, non post *mihi* cum Ritschelio aliisque *narrauit* supplendum esse demonstrat lacunae oppositae ratio.

**) Lacunae oppositae, cuius fere certum est supplementum Ritschelianum, melius responderet velut ⟨*omnia ego istaec fa*⟩*cio* vel ⟨*facinora istaec fa*⟩*cio*.

demonstravit, efficere voluit, ut haec quoque detrimenta metam paginarum attingerent. Iam quamquam facillime eiusmodi damnis margines affici poterant, tamen etiam in mediis paginis fissuras scissurasque et in aliis fabulis deprehendimus et in Mostellaria supra deteximus et infra detegemus. Ex alia parte Seyfferto concedere non possumus 'simplici computatione' versuum in *B* servatorum se effecisse, ut illae lacunae accurate sibi responderent, quod artificiis demum adhibitis Gundermanno contigisset. Nam simplex illa computatio sic demum consistit, si cum Seyfferto in folio VIII eius quaternionis, quem in universum rectissime restituit, quinque versuum lacunam admittimus (post v. 796): qua in re fefellisse opinionem virum doctissimum cum Gundermanno iudicamus. Atque ad dubitationem de hac re motam nova accedit ex coniectura nostra, qua alio potius loco trium versiculorum lacunam in archetypo admittendam esse posuimus. Neque hae solae res dubiae sunt. Nam ut mittam alia*), iam Seyffertus ex computatione sua efficere studuit v. 833 quem unus *A* servavit, cum reliqui propter eundem cum antecedenti exitum (*uolturios duos*) transilierint, in archetypo etiam extitisse. Idem cadere potest in v. 951 et v. 974a, item propter exitum congruum cum v. antecedenti (*aedibus* et *minis*), et in v. 990 propter idem cum sequenti initium (*Puere*) in libris praeter *A* transmissos: qui versus utrum in eo archetypo, qui plerasque lacunas perpessus sit, an iam in priore an etiam in posteriore omissi sint, quisnam certa ratione diiudicabit? Velut v. 1081 solus servavit *B*: in archetypo demum codicum *CD* propter exitus repetitionem (*negat*) intercidit: contra v. 1051 solus *B* omisit (— *est*). Idem valet de v. post v. 1085 amisso, quem Seyffertus 'sine dubio' iam ab archetypo afuisse affirmavit, non demonstravit: nam si v. 833 potuit etiam in archetypo illo inesse, quidnam discriminis inter hunc et illum

*) Velut quod Seyffertus et cum eo Gundermannus v. 886b/889 ex littera maiuscula vocis *Milis* (= *Mihi*) concludunt in archetypo etiam seorsum scriptum fuisse versiculum, maiusculam hoc loco utrum propter versus interstitium an propter novam personam adhibuerit librarius, discerni nequit. Quin immo cum traiectus traiciendusque sit, vel illud cogitari potest, in archetypo eum in margine suppletum ideoque alieno loco illatum esse.

defectum intercedit, propter quod hic negemus quod illic statuamus? Quae cum ita sint — neque omnes exhausimus dubitationes —, nimis lubricam incertamque habeo quaestionem de versibus singulis archetypi paginis adscribendis, ubi destituimur eiusmodi argumentis, qualia in media parte praesto sunt. Neque multum lucramur ex hac maxime re perpendenda. Contra gravissima est ratio lacunarum congruentium, in qua plus proficere possumus. Nam etsi suo iure contendit Seyffertus proficiscendum esse a lacunis apertis atque in ipsis libris indicatis, tamen hoc fundamento posito ultra procedere et licet et oportet. Atque ipse Seyffertus praeter 'solitarias' quasdam lacunas 616—620. 624, 625. 629. 783—785. 802, 803. 813. 883. 1012*) commemoravit nonnullas, de quarum congruentia cogitari possit. Ex solitariis illis quas dixit iam disputavimus de v. 783 sqq., 802 sqq., 883. Vix recte vel dubia saltem ratione huc trahimus v. 813, ubi quod vacuum spatium in *B* extare post *emisse* dixerat Ritschelius, non lacunae spatium est, sed personae (item post *meo* v. 745, de quo idem iam Seyffertus notavit). Versui autem etsi deest aliquid, tamen id utrum abscissum fuerit an velut *hasce* post *te* propter litterarum *ce* et *te* similitudinem omissum, dici nequit. Cum v. 1012 defectu in altera parte senarii signato cohaerere potest, quod qui duodevicesimus est ab illo (intercedunt XX senarii cum scaenae inscriptione) in priore septenarii parte in *P* claudicat: *Mihi nisi erum* | *ut metuam* (NISIUTERUM collocat *A*): ubi vix de *ut* abscisso et alieno eoque exquisitiore loco suppleto cogitaverim, sed potius de eiusmodi supplementis congruis:

992
MIHINISI⟨USQUE⟩ERUMUTMETUAMETCUREMNIHILESTQUITERGUMTEGAM
1012
QUIDATRANIONESERUO#MULTO⟨HERCLE⟩IDMINUS

Nam etiam in v. 1012 aliam recensionem *A* videtur secutus esse, siquidem MULTOMINUS versum claudere videtur ita, ut quod praecedat spatium reliquis verbis in *P* servatis non

*) Ex his v. 618 sq. et 802 sq. etiam Ritschelius supra commemoraverat: adiunxit autem v. 804 (de quo dictum est) et v. 644 sq., ubi maiorem lacunam perperam statuit, cum de minore defectu infra dicendum sit.

expleatur (unde conicere possis velut ♯IDPOLMULTOMINUS fuisse). Neque quos primos Seyffertus posuit versus responsione carent omnes. Nam cum v. 629 lacuna post *credit* (pro *credit⟨um⟩*) coniungenda est v. 609 discrepantia, ubi TUNC(pro TU⟨NU⟩NC)MEISTIS *A* habet, contra *CD nunc me tu istis*, *B* vero *nunc me tu tuis*: unde suspicor in medio versu (ubi UM deest loco congruo) abscissas fuisse IST litteras, quae recte suppletae sint in codicum *CD* archetypo, cum *B* ⟨*tu*⟩*is* potius suppleverit nequaquam inepte. Porro versibus 624. 625 ex tradito versuum ordine respondent v. 607. 608, quorum prior versum claudit per *belum* pro *beluam*, cui defectui respondebimus, si cum Seyfferto initio v. 624 *At* supplemus: contra v. 608 etsi in *B* optime procedit, tamen notandum, quod *C* in medio versu *quę̃* cum spatio exhibet, ubi *D quam* habet pro *quem*. Quae cum ita sint, *qu* vel *q* tantum in archetypo relictum fuisse puto, unde recte *quem B*, initio *quę*, dein *quę̃* (i. e. *quem*) *C*, denique *quam D* suppleverit (ut supra vidimus v. 742 in *BC* recte restitutum esse et alia alibi similiter): quod si verum est, etiam v. 625 defectus summa cum probabilitate medio versui tribuitur, ubi *a te* vel *aps te* inter *Id uólo dici mihi* et *id me scire expeto* optime quadrat. In versibus 616—620 nihil deest v. 617 neque v. 618 defectus (*hercle* ⟨*te*⟩) neque v. 620 menda huc spectant: v. 619, qui incipit ab *Obi* pro *Obi⟨cere⟩* tradito, oppositus est ex tradita versuum serie v. 644/5, in quo mendum vocis paenultimae *canorem* fortasse aliqua ratione cum illo detrimento cohaeret. Quod vero v. 616 ultimus pes deest (*meum*), nihil sane congruit in versu opposito (639): sed fortasse ita collocati erant senarii, ut fines versuum in pagina recta vacuum spatium in pagina aversa attingerent.

Porro ex parte extrema fabulae recte iam Seyffertus hos inter se versus contulit:

950
NONHICPHILOLACHESADULESCENSHABITATHISC⟨IN⟩AEDIBUS
972
LIBERAUIT♯PHILOLACHES⟨NE⟩ERGO♯ITAPHILEMATIUMQUIDEM*)

*) Etiam v. 937 *ne* ex *A* accessit: idque potest saltem conciliari cum loci oppositi corruptela, ubi *P* v. 965 *uostra♯* exhibet pro *uostro♯*.

985
EDEPOL⟨NE⟩MEEIUSPATRIS⟨MISERE⟩MISERETQUIQUOMISTAECSCIET
1006 (ubi *qui* pro *quis* corrigendum: vide append.)
HAUDPOSTULOEDEPOL#UERUMCRASNISI⟨QUI⟩PRIUS

1033 DELUDIFICATUSTMEHODIEINDIGNI⟨SMO⟩DIS
1054 NAMSCIOEQUIDEMNULLOPACTOIAMESSEPOSSE⟨HAEC⟩CLAMSENEM

Sane tertio exemplo locus oppositus minus quadrat ad sedem prioris corruptelae: unde conicio in *P haec*, quod ex *A* accessit et plane necessarium est, aut ante *iam* aut post *equidem* potius intercidisse. Revera autem hos defectus ad labem communem redire, inde confirmare possum, quod qui proxime antecedunt versus item laborant lacunis plane congruis:

1032 TURBAUIT#IMMO⟨MI⟩EXTURBAUITOMNIA
1053 PERGUNTTURBAREUSQ·UTNEQUID⟨POS⟩SITCONQUIESCERE

Vnde egregium adiumentum adsciscit Bothianum supplementum v. 1032 vel saltem suspicio de defectu aliquo statuendo novoque exemplo refutantur hiatus fautores ignaviores. Proxime ab hac lacuna distat v. 1016:

QUIDAUTEM#QUODMEABSENTEHIC⟨TECUM⟩FILIUS

cui qui oppositus est v. 1039 post initium (*Sume* #) tam metro quam sententia adeo claudicat, ut de graviore lacuna etiamnunc cogitem: quam tamen antiquiori tribuam archetypo. Nihilominus olim *Sume, ut uis* vel tale quid (UTUIS = TECUM) fuisse potest. At nescio an cum v. 1016 lacuna illud potius comparandum sit, quod v. 1040 in archetypo aperte lacunosus fuit, quem libri produnt olim exhibuisse *Quis me emplis* pro *Quis med exemplis* vel rectius fortasse *Quis me ille exemplis*. Quodsi sic XXII versus intercedunt inter utramque lacunam, neglegendum non est unum ex his gravissima dittographiae suspicione premi, scilicet qui ex priore parte v. 1033 et altera v. 536 consarcinatus est v. 1035: *Deludificatust me hodie in perpetuom modum*: qui propter ipsam corruptelam v. 1033 fortasse additus est iuxtaque eum in margine olim adscriptus. Porro in medio versu et v. 1073 deficit (⟨*dare*⟩) et v. 1093 (ubi *iam* supplevi): quae lacunae si cohaerent, vel externa ratione versuum ordinem qualem Ritschelius restituit stabilirent, nisi dubitationem iniceret et quaestio de versu post v. 1085 amisso (v. s.) et illud, quod unus alterve versuum longiorum bipartitus esse potuit. Quin

etiam qui in libris antecedit et qui sequitur versus (1090 sq.) perturbati sunt: quae tamen perturbatio aliis rationibus facile explicatur. Idem cadit in defectus versuum 1113. 1114. 1120. 1122. 1160. 1166. 1172. 1177: quamquam in ultimis exemplis, si fabula finierit in pagina recta, cogitari potest ideo nihil respondere lacunis, quod pagina aversa ad Mostellariam iam non pertinuerit. Neque enim recte *empta* sub finem v. 1160 supplendum — inter *amica* (ubi facile propter litterarum similitudinem intercidere potuit) et *est omnia* — cum versus 1177 defectu conciliaveris. Etiam v. 976 ACSIMUL (vel potius ⟨#AIO#⟩ACSIMUL) facile propter litterarum similitudinem neglegi potuit post ASSIDUO, neque v. 962 et 984 detrimenta (Palatinis cum *A* communia) huc trahi possunt. Idem cadit in v. 904, cuius cum defectu fortasse cohaeret proximi versus difficultas, quam lingua librorumque discrepantia prodit: quamquam hic defectus incidere potuit in parte opposita in versiculorum 885 sqq. vacuum spatium. Item communis defectus est in v. 854*), ubi *aliquis* ante *abducat face* fere certum est supplementum: quod sane facile consociari possit cum eo quod post initium v. 873 adhibendum est *Bonus si ⟨probi si⟩ improbi sunt malus fit*: sed utrumque detrimentum non minus recte ex litteris transgressis repetiveris.

Ex priore fabulae parte**) unum locum exhibet Seyffertus, ubi de lacunularum congruentia quamvis dubitanter cogitet:

355
QUIHODIESESEEXCRUCIARIMEAMUI⟨CEM⟩POSSITPATI
376
QUAESOEDEPOL⟨IAM⟩EXSURGEPATERADUENIT#TUUSUENITPATER***)

*) Qui quartus est a v. 854 versus 851 si recte sub finem voce *modo* decurtatum esse Ritschelius sumpsit cum aliis, lacuna in brevioris versiculi 870 vacuum spatium incidere potuit.

**) Quod v. 453 et v. 475 prorsus perturbati circumferuntur, eo certius ad lacunas ex parte obscuratas refero, quia ultimi fuerunt in folio gravissimas illas lacunas praecedente. Iam hoc quod antecedebat folium exibat in v. 413 sub finem corruptum et v. 432, ubi initio nescio an pro *Quom me amisisti | a te u. u. d.* velut ⟨*Sic*⟩ *quom me a.* olim scriptum fuerit. Quod vero nihil respondet gravioribus lacunis versuum 57 et 232, mirum non est, si quidem priore loco velut a *re bene* ad *reueniat*, altero a *referre* ad *rem ferenti* aberrare potuerunt librarii oculi.

***) Propter hanc ipsam congruentiam supplementum *iam* (= *cem*) praetuli ei, quod Ritschelius, Lorenzius, alii admiserunt, *te*.

Vix dubitasset Seyffertus de hac congruentia, si animadvertisset eam aliis in eodem folio detrimentis stabiliri. Ac primum quidem v. 363 initio detruncatus est: cui qui oppositus legebatur v. 343 brevior est, unde lacuna illic ipsa verba non affectavit. Tum vero v. 366 ante extremum vocabulum *adest* additamentum requiritur, quale Ritschelius (*in portu iam*) et Palmerus (*Piraeo*) excogitarunt. Huic respondebat v. 346, post quem qui sequitur cum Reizianum esse perspexerit Studemundus, Klotzius hunc aut senarium trochaicum esse aut eo tantum differre a Reiziano voluit, ut a trochaeis inciperet. Quae opinio quantopere ab omni probabilitate bonoque sensu abhorreat, non est quod dicam. Quare si ex lacuna congrua concludes mecum hoc quoque loco post principium *Quid ego* velut *hebeti* vocabulum intercidisse pronomini nudo *hoc* adiciendum, Reizianum recuperabis elegantissimum simulque intelleges v. 366 Ritschelii supplementum modum excedere — nam v. 346 cogitari non potest de vocabulo eius quod posuimus mensuram excedente — meliusque PIRAEO (= HEBETI) quadrare (cf. v. 67).

Porro in cantico de cuius versibus extremis modo diximus dudum Ritschelius duas lacunas detexit certissimas v. 320 et 335b: quas non dubito quin eidem damno attribuere aut possimus aut debeamus, eum qui intercedunt versus ex diversa cantici discriptione facile olim paginam plenam occupare potuerint. Ac v. 325 fortasse vel melius sic distinguetur:

Ó-o-ocellus és meus:
Tíos sum alumnus, mél meum.

Item v. 328 ex media corruptela dubius*) ad eandem formam revocari poterit:

Síne sine cadere mé. ⟦ Sino.
⟦ Símul hoc quod mihi ín manust.

Praeterea de duobus monometris cogitari potest v. 333 et de versuum 322 sq. vel 334 solutione, ut taceam multo improbabiliores dissectiones, quales haud raro in codice antiquissimo deprehendimus.

*) 'quod mihi in manust' ad unam Delphium spectare potest, quam et se sinere iubet et manu tenet ebrius, ut v. 329 docet.

Simile vero exemplum atque adeo multo luculentius primum canticum praebet. Vbi quin v. 151 sqq. non unam, sed plures lacunas graviores perpessi sint, nemo dubitat. At prorsus eadem est condicio v. 130 sqq.: ubi nisi commentis vanis qualia in appendice tetigi sermonem sensumque Plautinum obscuramus potius quam declaramus, et in *tum iam* particulis offendimus in media enuntiatione neque *Eatenus* habemus quo referamus*), denique metrum una cum sententia non uno loco claudicare sentimus. Iam cum a v. 130 usque ad v. 150 in *B* XX versus sint, ex iusta discriptione (cuius vestigium ipse *B* servavit) XXII, facile olim XXI fuisse statuimus, nisi forte in eo archetypo, ad quem hae lacunae redeunt, XXII versus in pagina fuerunt, quem numerum aliis ductus rationibus Gundermannus archetypo antiquiori vindicare studuit. Iam quomodo lacunae versuum 130 sqq. et 151 sqq. sibi respondere potuerint, exemplo in apparatu adscripto demonstratum est: neque ultra procedere in perturbatione tam intricata possumus. Quodsi quis eiusmodi commentum pro inani lusu et hariolatione habet, quomodo iudicabimus de eo, qui neglectis lacunis apertis ex ipsis verborum versuumque frustulis contextum metrumque refingi posse fingat?

Iam vero his lacunis freti si olim v. 111—131 et v. 132—153 sibi respondisse concludimus, accedit quod in v. 111 primum verbum dubitationem movet, v. autem 112 inter *Tigna putefacit per* et *operam fabri* syllaba *dit* intercidit rectissime a Bergkio restituta. Num igitur casui tribues, quod ex codice *B* intellegimus extremum vocabulum v. 132 ex parte olim obscuratum fuisse, cum in medio v. 133 longe alia ex causa visum sit *fui* inferre, quod in fine versus (item ut v. 134) extat, ubi facillime suppleri potuit, si olim FUI (= DIT) lacuna perierit? Tum in folio antecedenti cogitari potest de detrimentis versuum 84 et 86 (inter quos scaena intercedit) cum v. 104 (olim bipartiti) et 106 defectu coniungendis,

*) Nequaquam recte Ritschelius ipsam vocem et libris et glossario traditam propter singularitatem mutavit: quam non modo *istactenus* in Bacchidum v. 168 tuetur, sed ipsa maxime singularitas, cum Plautus vocibus singularibus scateat. Ceterum etiam *Igitur tum* particulas v. 132 editores omnes male apodosin incipere voluerunt.

quamquam huic coniecturae non multum tribuerim. Denique *cures* verbum sub finem v. 208 abscissum nescio an corruptum v. 187 initium attigerit, versu vero 171 lacuna (*Vt lepide omnes ⟨mo⟩res tenet sententiasque amantum*) auget suspicionem de v. 194, ubi si *mihi* pro *mei* forma exquisitiore inferimus, lenem, sed inanem medelam adhibemus meliusque ex media lacuna locum sanabimus*).

Quodsi has quas tractavimus lacunas aut omnes aut certiores**) saltem conferimus cum tabula, qua Seyffertus priorem fabulae partem singulis archetypi foliis discribere modeste studuit, plerique non congruunt loci. Quae tabula etsi similibus dubitationibus obnoxia est, de quibus supra diximus in quaestione de extrema fabulae parte ex archetypo distribuenda, tamen omnino aegre continget, ut versuum discriptionem ex his lacunis conspicuam simplici computatione cum ea concilies, quae in media parte ex argumentis certissimis erui potuit. Neque tamen sic aut dubitationibus removentur, quae effecimus, aut dubitatio movetur de turbis gravioribus, quibus admissis versuum discriptiones cum quaternione illo medio concinant. Immo sumendum erit — id quod etiam in media parte de loco quodam statuendum erat — alii eique antiquiori archetypo tribuendas esse has lacunas a librariis ipsis non indicatas, sed ex metro lingua sententia certas, alii vero eas, quas plerasque spatiis vacuis librarii signarunt. Neque enim uno tenore eodemque tempore haec damna illata esse etiam inde patet, quod partem lacunarum *A* cum *P* communem habet***), qui in aliis multis a labe immunis remansit.

*) Sane ex vulgata v. 194 conformatione *Scapha* nomen eundem ante caesuram locum tenet, quem v. 158. 166. 170 occupat. Sed v. 215 initio legitur, v. 223 in altera septenarii iambici parte: item mox in septenariis trochaicis v. 248. 260. 282 apte claudit versum, sed v. 252 eadem ratione collocatur, qua ex coniectura nostra v. 194 ponitur. Denique in v. 174, ubi plerique item ante caesuram posuerunt, similem locum habebit atque v. 215. 223, si sedem corruptelae in medio versu quaerimus, quo facto uno loco, non duobus ut ceteri, versum corrigimus.

**) Incertioribus addi potest v. 204, ubi 'aere' vel 'sumptu' sub finem desideratur, cum v. 224, ubi *sat* unus *B* habet, quod facile ex v. 247 suppleri potuit. Quae si cohaerent, rectius de *liberauit ⟨aere⟩* et *⟨Satis⟩ si tibi* cogitabitur. Sed uterque defectus aliter explicari potest.

***) Sane Klotzius in censura Casinae a me editae negavit ullo

De lacunarum supplementis haec addidit Ritschelius: 'cum paullo ampliores lacunas eas, quae in sola coniectura positae sunt, tantum asteriscis notare soleam, supplementis in adnotationem reiectis, harum tamen, quae in ipsis codicibus comparent, supplementa nostra in continuitatem verborum recipere non dubitavi, ne in tanta earum et frequentia et saepe etiam supplendi evidentia nimis fabulae lectio impediretur. Nisi quod uno in loco, v. 723 sqq., librorum hiatum cum aliqua confidentia explere nescii. In hoc autem genere aliquantum vel eo profectum videbitur, quod satis multa in Palatinis exstare credita cognovimus soli Camerarii coniecturae deberi. Qui cum sua supplementa plurima, ut ad v. 537 sqq. diximus, in ipsas *B* codicis lacunas sua manu inscripserit, hoc mirum in modum fraudi eis fuit qui post Camerarium illum librum tractarunt. Et in Mostellariae quidem lacunis de Camerarii manu dedita opera testatus sum: in aliis fabulis cum de ea consulto taceam, non maior autem quam in Mostellaria aliorum prudentia fuerit, in promptu est recte iudicare, si quando a nostris priorum editorum de *B* testimonia discrepant'. Nos etsi certiora supplementa et ipsi in contextum admisimus et quaedam etiam audaciora, tamen multo plura aut aliorum aut nostra in apparatu protulimus de reliquis in appendice agentes.

Ad Ambrosianum librum deleticium ut pergamus, huius quaterniones XXXIX. XL et XLI, e quibus nihil aetatem tulit, exitum Mercatoris a v. 791 ad v. 1026 una cum priore parte Mostellariae ad v. 575 usque olim capiebant. Quae partes quomodo dispertitae fuerint etsi non licet ullo modo definire accuratius, tamen ubi ad iustum computum versuum paginarumque numeros provocaveris, sat probabilem prodire mensurae congruentiam recte Ritschelius dixit in praef. Merc. p. V. Illos autem qui excipiunt quaterniones, eorum haec est discriptio:

---

modo de eiusmodi corruptelis codici *A* cum reliquis communibus cogitari posse, quasi minus fragilis fuerit materia, in qua archetypi antiquiores scripti fuerint. Ceterum totius quaestionis gravitatem gaudeo quod Fleckeisenus, Langenus, Redslobius alii agnoverunt, item quod perversi ingenii homo irrisit: nam hoc quoque veritatis indicium.

A. a
199. 200 = 576—594. 595—613
B. b
71. 72 = 630—632, 653—669. 670—688
77. 78 = 689—705. 706—724
C. c
201. 202 = 759—777. 778—796
D. d
} XLII

295. 296 = 826 — 841. 842— 858*)
E. e
453. 454 = 891b— 906. 907— 922
447. 448 = 923 — 939. 940— 958
463. 464 = 959 — 975. 976— 992
459. 460 = 993 —1009. 1010—1026e
F. f
301. 302 = 1042 —1059. 1060—1073
} XLIII

Ex his octo membranas tractaverat Ritschelius et Parerg. p. 440 digesserat: pauca quaedam accuratius definiebat in editione ex Schwarzmanni**) collatione Fleckeiseni beneficio

*) Sic cum hanc paginam 296 circumscriberet, haec addidit Ritschelius: 'cum ego, quo versu terminetur, indagare non potuerim, Schwarzmanni collatio testatur eius paginae versum XVI esse fabulae versum 857 (vulgo scaenae 2. act. III extremum), hunc excipi a novae scaenae inscriptione versus XVII et XVIII occupante, ultimum esse novae scaenae primum, e quo tamen nihil scripturae Ambrosianae affertur. Quibus omnibus cum par sit fidem haberi, tamen cum hunc ultimum Schwarzmannus putavit esse fabulae v. 904, fefellit eum, ut facile apparet, tralaticia scaenarum discriptio, exordiens ea ab hoc versu scaenam 3. actus III eamque scaenam ipsi versui 857 continuans. Neque enim ullo pacto esse dubium potest quin ea scaena, cuius primo versu pagina 296 terminaretur, fuerit prima actus IV e vulgari discriptione h. e. ea ipsa cuius nunc versu 858 initium fit: id quod et versuum 932. 933 in pagina 447 continuitas et interiectorum inter v. 858 et 923 intervallorum computatio (quam singillatim persecutus sum Parerg. p. 441) tam planum faciunt ut non possit contra dici'. Atque ipsum v. 858 legit Studemundus in fine paginae.

**) Addidit Ritschelius: 'Qui etsi eam membranam, quae certissimo documento est recte a nobis collocatorum versuum 904—932 (h. e. scaenae 3. act. III e vulgari discriptione), complectens ea paginas 447. 448, ne attigit quidem, in aliis tamen multo plura quam aliquot post annis ego legere potuit: contra atque de Pseudulo testatus sum praef. p. XIII. Cadit id, ut frequentata a me As nota docet, praeter reliquas

commodatae. Duas membranas (p. 453 sq. 459 sq.: quas *F. f* et *G. g* signaverat Ritschelius: unde *H. h* fuit quae nobis *F. f*) Geppertus demum adiecit, etsi non prorsus vere eorum ambitum circumscripsit. Multo plura Studemundus correxit atque addidit cum in commentatione de crisi Plautina*) tum in apographo. Denique ipse post illum a. MDCCCXCI Mediolani has membranas excussi, qua collatione quae effeci neque multa neque admodum gravia ita in apparatum adhibui, ut a testimoniis Studemundianis diligenter distinguerem: non ut meam operam qualemcumque efferrem, sed ut fidei satisfacerem tam illius quam lectorum criticorumque gratia.

De deperditis membranis haec Ritschelius docuit: 'De *E. c* [et *F. f*] quo minus dubitationis relictum est, eo plus offensionis intervallorum computatio praebet in aliis. Levius est, quod pro eis XXXVIII senariis, quos *B. b* tenuit, in Palatinis tantum XXXV leguntur. Nam duas in illa parte lacunas esse, alteram post v. 648, alteram v. 644 sq., partim sententia arguit partim grammatica ratio simul atque ea demonstratio quam e Palatinorum condicione supra duximus. Aut igitur harum lacunarum in *A* supplementa exstabant tribus versibus comprehensa, aut versibus 631. 632, quos nos demum huc transtulimus, eodem loco fortasse iam in *A* collocatis (iteratis igitur per errorem in pag. 71) alterutram saltem lacunam versus singularis explebat. — Aliquid etiam in *C. c* desideratur. Quippe e XXXIV (sine v. 741) versibus quattuor dispesci per binorum spatium, etsi nihil insoliti habet in tetrametris, tamen nimium esse videtur in ea scaena in qua praeter octo tetrametros solos reliqui breves sunt omnes. Quo plus fidei lacunae notis nostris accedit post

in paginam 201, ex parte etiam in p. 77. 78, item in principia paginarum 199. 200. Perpauca utrique nostrum apparuerunt in p. 71. 296. 301, pauca in p. 447, non adeo multa in p. 199. 72. 78. 302: ceteris omnibus integriores repertae sunt p. 202. 295'. Ceterum *As* notam penes nos praeeunte ipso Ritschelio in altera editione Trinummi iam Studemundi potius lectionem significare, vix est quod dicam. Ex Schwarzmanni vero, Ritschelii, Gepperti testimoniis perpauca tantum certis de causis commemoravimus, pleraque omisimus.

*) 'Festgrufs der philol. Ges. zu Würzburg an die XXVI. Vers. d. Philol. u. Schulm.' ed. Wirceb. a. MDCCCLXVIII: quam commentationem breviter notamus 'Festgr.'.

47 positis: praesertim cum talis qualis ibi in Palatinis oepti sermonis interpellatio minime Plautina sit. — Non is, nisi fallor, sufficiunt interiecti inter v. 796 et 826 us XXXI, in quibus octo sunt brevis mensurae, ad com-dam membranam *D. d*, praesertim detractis quos post .6 duos exturbavimus. Nec tamen ubi aliquid intercidisse itur, nunc magis quam olim Parerg. p. 464 dicere possum. nquam etiam alibi sane, ubi in Palatinis lacunam esse ipse rosianus evincit, ut post v. 939, quis tandem deesse ali- assequi divinando potuerat? vel quis post v. 1054 tan- quantum deesse idem ille codex docuit? — Longe autem versuum quam qui sunt a 992 ad 1042 requiritur ad tuor paginarum *G. g. H. h* [immo *F. f*: vide supra] am- m explendum: parum enim prodest quod nostra con- ira factum est v. 1018 sqq. incrementum. Hic igitur versus ter XXIII, et eos quidem post v. 1026, intercidisse satis or Parerg. p. 464 sqq. disputasse. — Verum enimvero, has quidem discrepantias omnes aliquo modo expedire erit, una calculorum difficultas restat, cuius removendae probabilis via nulla praesto sit. Nam qui post pagi- 302, in cuius fine quaternionis numerus XLIII apparuit, uus est exitus fabulae versus circiter CX complectens, non possit plures quam septem octove paginas occu- e, quid tandem esse dicamus quod proxima in Ambro- o fabula, quae est Miles gloriosus, non in quaternione V, sed in XLV demum incipit? Etsi enim in hac quo- parte non potuimus non duas lacunas signare v. 1086 150, tamen has non licet ullo pacto tantas cogitare, ut ie ducentorum vel saltem CL versuum spatio explendo ciant. Quae cum ita sint, nisi aut unum fuisse quater- ibus binionem interiectum putabis aut quattuor paginas as relictas aut magnam aliquam fabulae partem per rem bis scriptam: quorum nihil a reliqua condicione Am- iani codicis valde commendatur: aut non liquere faten- erit, aut (quod summa cum dubitatione atque verecundia cio) de omissa in Palatinis appendice cogitandum, qualis it geminus ex alia quadam recensione exitus fabulae esse Poenuli atque Andriae similitudinem'.

Ex hac disputatione utique probandum erit, quod in membrana *B. b* trium senariorum defectus repetitur ex unius versus post v. 648 lacuna — nam de v. 644 sq. (item ut de v. 1150) erravit Ritschelius — et ex versibus 630—632 suo loco in *A* lectis, quo loco etiam Servius legit in testimonio a Ritschelio aliisque minus recte lecto intellectoque, cum versum 647 (ubi vide) dicat 'paulo post' v. 630 a Plauto illatum esse. Contra in membrana *C. c* neque Ritschelius nobis aliisque persuasit post v. 747 aliquid deesse neque Seyffertus ante v. 728 truncatos esse versus nonnullos, quem supra (p. XI sqq.) refutare studui. Atque etiam Studemundus negavit in hac parte accuratiorem spatii computationem de *A* institui posse, cum versus ex parte lacunosi sint — quod spectat ad v. 742—744, quos tamen tres tantum fuisse ex congruenti lacuna certum est, — ex parte vero liberioribus metris compositi. Non minus dubia est lacuna, quam in membrana *D. d* parum definite Ritschelius admisit. Videntur sane ex Palatinis VII versuum bacchiacorum reliquiae et XXIV septenarii trochaici XXXVIII in *A* versibus respondere vel potius non satis respondere. At vero primum quidem non est, quod ex his duos versus post v. 816 traditos ab Ambrosiano abiudicemus (vide infra): tum vero ex aliorum locorum similitudine vix errabimus, si inter bacchiacos colloquium inter Theopropidem Tranionemque continentes et insequentem dialogum inter hos Simonemque septenariis trochaicis compositum olim scaenae novae inscriptionem duos versus in *A* occupare potuisse sumimus. Sic vero V tantum, non VII, versus longiores olim bipartitos fuisse ex XXIV efficitur idque nequaquam nimium videtur (cf. v. 804. 807. 808. 814. 815). Nam quod Ladewigius Philol. XVII p. 471 sq. coniecit in hac fabulae parte post v. 802 mentitum esse Tranionem ruri abesse Philolachetem, quod illum fecisse ex v. 929 sq. 1076 comperimus*), etsi huius rei mentionem antea fieri debuisse

*) Ex his locis cum intellegatur quantum huic mendacio in ipsa fabula tribuatur, facile cogitare possumus hanc rem etiam in ipso Argumento olim commemoratam fuisse, quo loco iam insanum illud *primum* (*emigratum*) legimus, itemque in adventu Callidamatis v. 1120 Tranionem dixisse *uideo huc rure incedere*, quo loco item versus miro fato corruptus est. Nam probe scit illum a Philolachete venire.

suo iure dixit (adde Langenum Stud. Pl. p. 173 sq.), tamen eiusmodi additamentum importunissimum esse, quo loco senex nihil agit nisi ut aedes inspicere possit, iam Lorenzius monuit in editione priore p. 255. Illi rei commemorandae unus, si quid video, aptus erat locus, ubi ex aedibus paternis omnes emigrasse Tranio fingit v. 470 sq. Nam patrem filium quaerentem familiaribusque exspectatum se venire opinantem tum maxime quaesivisse, quonam emigrassent et ubi tandem invenire posset filium, fere necessario concludimus. Neque quidquam aptius tum fingere potuit Tranio tam ex rerum veri similitudine quam ex consilii calliditate, quo longius diutiusque patrem a Philolachete removeret, quam rus illum abiisse. Itaque post v. 470 sq.:

Quia septem menses sunt, quom in hasce aedis pedem
Nemo intro tetulit, semel ut emigravimus

intercidisse aut eiusmodi versiculum:

Th. Quid ais? ubi ergost Philolaches? Tr. Rus se abdidit

aut plures adeo versus similis argumenti probabilissimum esse duco. Quae cum ita sint, in membranis *C. c* et *D. d* auctiorem fuisse Ambrosianum aut negamus aut demonstrare saltem non possumus. Contra plane confirmatur Ritschelii iudicium de maiore lacuna post v. 1026, ubi iam quattuor versuum reliquiae ex ipso *A* accesserunt, quem ex insequentis folii deperditi computatione probabili XXI insuper senarios continuisse Studemundus effecit, ut propemodum recte 'circiter XXIII' desideraverit et exempli causa refinxerit Ritschelius (cf. append. crit.). Denique in exitu fabulae rectius non de quaternione XLIV, sed de binione deperdito cogitandum esse et Hasperus dixit in commentatione de Poenuli exitu duplici p. 9 adn. et Studemundus probavit in apographo, 'praesertim cum alibi quoque in fabularum exitu biniones adhibitos esse constet' (cf. Pers.[2] praef. p. IX adn.).

Porro de transpositionibus agens Ritschelius scripsit: 'Quae fabula integris scaenis amplisque scaenarum partibus inter se traiectis turbata est, eam mirum esse non potest etiam minores vel singularium vel pauculorum versuum transpositiones expertam esse. Idque iam Ambrosiani aetate accidisse cum alia persuadent, ut v. 631 sq. 741, tum eius

versus exemplum demonstrat qui vulgo est III 1, 81 (nobis 666). Latissime autem hoc genus corruptelae patet in ea scaena quae vulgo numeratur actus tertii prima, nobis sesunda est eius actus*)'. Iam cum nonnullis locis certa sit traiectio (maxime v. 413 sqq. 622 sqq., 886 sqq. [vide supra p. XVIII adn.], 1090 sqq.), v. 631 sq. supra vidimus non tam traiectos quam iteratos videri in *A*, similiter ac v. 553. 557—559, singularis vero est condicio tam v. 741 quam v. 666. Nam v. 666 non modo alieno loco exstat, sed etiam aliena sententia est: ut olim in margine adscriptum ideoque perperam inculcatum esse conicias. Quem vero v. 741 fecit Ritschelius traditum inter v. 721 et 722, eum utique offendere, etiamsi traicias, concedendum erit Langeno Stud. Pl. p. 173. Atque male videtur adiectus esse ab eo, qui nimis diu tacere atque exspectare Theopropidem miraretur. Denique quod luculentissimum exemplum Ritschelius habebat scaenae III 1 (2), quam variis mirisque transpositionibus in meliorem ordinem digerens neque sibi prorsus neque aliis satisfecit, in eo duplicem potius recensionem v. 588—597 indagasse mihi videor, non aliter atque in Menaechmorum scaena conclamatissima, quae tot traiectionibus temptata melius simpliciusque seclusa dittographia maiore explanatur. Atque illis versibus circumcisis non modo singulae offensiones tolluntur, sed etiam tota scaena nimis dilatata lucri aliquid capere videtur**).

Retractationis autem in Mostellaria vestigium certissimum Seyffertus deprehendit in versibus duobus post v. 816 traditis, quos dubium non est quin retractator versibus 817—846. 848 substitui voluerit breviandi consilio. Ac nescio an etiam eorum versuum iteratio, de quibus supra diximus, retractationis vestigia servet. Nam ex v. 633—652 qui intercedunt inter tres versus, quorum primum Palatini, reliquos quoque Ambrosianus bis exhibebat, versus tantum 636—639

*) Quae sequebantur in appendice ad v. 596 sqq. exhibuimus.

**) Neque tamen recte Langenus Stud. Pl. p. 171 fingi omnino posse negavit, quid danista instituerit per priorem partem scaenae aut Theopropidem contendit mox nihil omnino agere et alienum esse ab actione. Nam danista quidem prodire potuit cum tabula, ex qua faenus computet (cf. v. 532 sqq.), Theopropides vero aedes miratur monstruosas quae dicantur Tranionemque cum impatientia persequitur.

ssarii sunt: quibus ad v. 628 adiunctis si quis ante v. 653
revera extant) tres illos collocabat, breviorem efficere
iit dialogum. Idem valet de versibus 549. 553. 557. 558.
— sic enim sese excipiunt in libris priore loco —: qui-
coniunctis ambages versuum 550—552. 554—556 circum-
bantur. Porro ex eis versibus, qui ex Ambrosiano acces-
nt, cum non paucos supra (p. XVIII) viderimus propter
oeoteleuton vel homoeoarcton intercidisse in *P*, qui sine
ratione interciderunt continui v. 940—945 (? vide append.)
55—1061 fortasse non neglegentia, sed retractatoris opera
i sunt. Quin etiam maiorem illam partem (XXV senarios)
v. 1026 et 1027 amissam potuit ille removere, prae-
m cum in ea necessario repetenda essent quaedam ex
fabula spectatoribus nota: quibus ambagibus offendens
uis non sine sermonis hiatu v. 1026 et 1027 sese ex-
:e voluerit, damnum admiserit quale apud nos quoque re-
:atores histrici haud raro fabulis inferunt. Paulo aliter
)arati sunt neque pari omnes ratione explicandi quos
plerisque damnavimus v. 87 sq., 93 sq., 126 sq., 185, 286,
sq., 306 sq., 410 (adde 666 et 1035: v. s.). Versus autem
quo consilio versibus 224 sq. videatur substitutus esse, in
ndice significavi: itaque eandem manum prodit, quam in
)8—223 dittographia deprehendimus: qui versus non
o per repetitiones quasdam insignes sunt, sed etiam per
um versuum stichomythiam longius productam, ad quam
imus ille quem significavimus locus v. 247 (= 224 sq.)
26 sese adplicat. Qua observatione augetur probabilitas
entiae a Goetzio post Ladewigium propugnatae, quam
uerunt, non refutarunt Brixius Langenusque.

Sequitur ut de mutata a Ritschelio actuum distribu-
ie dicamus, de qua sic disputavit: 'De v. 857 et 1040
tatio non est quin ibi recte tertius et quartus terminen-
Sed nec versu 532 tertii nec secundi actus initium v. 348
sana ratione potest. Nam hic quidem tam aperte institu-
superiore scaena convivium continuatur, ut de intercapedine
tare prorsus ineptum sit. Illic autem ut novus actus di-
)eretur, haud dubie hoc movit, quod qui modo (v. 528)
rat Theuropides, iam v. 540 rursus appropinquat re omni

de necato hospite cum aedium venditore transacta. Atque hoc etsi habet sane aliquid incommodi, tamen multo gravior est in contrariam partem offensio, eaque duplex. Nam primum si inter abitum Theuropidis eiusdemque reditum tantum temporis, quantum inter duos actus potest, intercessit, quid est tandem cur senem Tranio v. 541 miretur *tam cito* se domum recipere? Deinde autem unde tandem, postquam in scaena primum apparuerat danista, subito Tranio adest? nullo is quidem verbo suum adventum significans, sed danistam potius recens ad se accedere haud ambigue testans v. 536 *nunc pol ego perii plane in perpetuom modum: danista adest* e. q. s. Hinc igitur cum satis intellegatur nullo intervallo ab hac superiorem scaenam excipi, illud quod antea tetigi incommodum haud scio an ipse poeta aliqua ex parte eo lenierit, ut aut Tranionis in fine prioris scaenae aut huius initio danistae sermonem aliquanto longiorem faceret quam is nunc apparet in codicibus. — Contra haec percommode ac paene dixerim necessario pausa fit post v. 430. Vbi si nullo temporis spatio interiecto Theuropides adveniret, haud dubie tale quiddam de more adiectum legeremus: *atque eccum adest.* — Consequens est, ut primus actus aut versu 83 aut versu 156 finiatur. Atqui versus 156. 157 sine pausa continuari satis apparet e Philolachis verbis v. 162 *haec illast tempestas mea, quae mihi modestiam omnem detexit tectus qua fui* e. q. s.: quibus ille ad suum ipsius sermonem respicit in amoris cum tempestate comparatione versantem v. 108 sqq. 140. Nec omnino, quo tandem consilio in scaenam prodire poeta Philolachem iussisset, intellegeretur, si eum post soliloquium illud (ut cum Augustino loquar) rursus discedentem faceret. Ergo incidenda est fabula post servorum in prima scaena altercationem, qua ipsum exordium fabulae continetur similiter atque in Milite glorioso factum est. Cui dividendi rationi quod non immerito quispiam obstare putet discedentis v. 83 Grumionis verba *nam eccum erilem filium uideo*, id etsi nego recte eo excusari*) quod etiam alibi de absentibus *eccum eccillum* pronomina

*) Admisit hanc excusationem Gustavus Schmitzius dissertationis 'de actuum in Plautinis fabulis descriptione' Bonnae a. 1852 proditae p. 23.

:ta sint: (nam horum diversa ratio est:) tamen vim nullam bet si ex illo *eccum*, pro quo *equum* in *B* est, non sine obabilitate effectum est *hic cum* vel *hic quom*, unus ut in trema scaena versiculus interciderit caussam abeundi signi-ans. Nam talem profecto fatendum est prorsus desiderari Grumionis hac oratione *nunc rus abibo: nam eccum erilem ium uideo corruptum ex adulescente optumo*: quando non erat r timeret Philolachem'. Quod postremo loco monuit Rit-helius etsi rectissime observavit neque recte neglexerunt i, tamen huic incommodo remedium praesto est, si ipsum rsum ultimum hiantem non inani aliquo additamento ful-nus, sed verbo causam illam significante, velut *uideo:* ⟨*odi*⟩ *ruptum ex adulescente optumo* (cf. append. crit.). Sine ulla tem probabilitate *eccum* pronomen removeretur: unde con-quens est, ut primus actus non rectius v. 83 sq. quam v. 156 iatur. Iam de primo actu usque ad v. 430 extendendo cum : probabilius cogitetur, recte Lorenzius Spengeliusque sum-erunt post v. 347 ita interstitium fieri, ut convivis interim tantibus tibicen spectatores delectaverit. Contra minime :te Lorenzius neglecto interstitio, quod post ipsum v. 430 stare Ritschelius probavit neque Ladewigius removit (cf. pend. crit. ad v. 428), et continuato post v. 1040 actu eodem :s partes fecit fabulae: quod miror placuisse Ribbeckio in st. poes. Rom. I p. 112. Nam non modo novum exordium v. 431 et 1041 fieri sentimus, sed nostro iure quinque tus exspectamus. Quam partitionem quod iterum iterumque renzius cum aliis dixit (Most.[2] p. 197) ex Horatio tantum t. poet. v. 199 sq. effecisse grammaticos, verum non est. am ut mittam testimonia ex parte ad Varronem revocanda se, notum est alterum exstare testimonium idque eo gra-is, quod rem in transcursu commemorat tanquam tritam latissime patentem, M. Antonini XII 36: *οἷον εἰ κωμῳδὸν :ολύει τῆς σκηνῆς ὁ παραλαβὼν στρατηγός. ἀλλ' οὐκ εἶπον πέντε μέρη, ἀλλὰ τὰ τρία. καλῶς εἶπας· ἐν μέντοι τῷ βίῳ τρία ὅλον τὸ δρᾶμά ἐστιν.* Quam vero Lorenzius com-endat distributionem per tres partes, eam veteres quoque verunt (*πρότασις, ἐπίτασις, καταστροφή*), sed ab ipsa actuum scriptione quacum ille confundit accurate distinxerunt.

E personarum nominibus Mostellariae Bergkio suspectum fuit THEVROPIDES nomen. Quod ille potius *Theopropides* fuisse coniecit, 'ut quae forma ubique in metrum congrueret: nisi quis forte *Theupropides* formam praeferret producta antepaenultima in regulam peccantem'. Cui haec respondebat Ritschelius: 'Nos quod malumus in regulam non peccari, non moleste feret Bergkius: cui quidem non mediocriter nos gratificaturos putamus expromptis optimorum librorum testimoniis quibusdam permemorabilibus. Nec enim plus facere in Bergkii sententiam quicquam potest quam quod non modo in *A* semel repertum est THEOROPIDEM v. 962, semel THEOROPIDES v. 784*), sed eisdem in locis ipsa adeo *Theupropides* forma in *B* exstat: quo accedit quod in scaenarum inscriptionibus THEVTROPIDES idem *B* v. 690**) exhibet, TEVTROPIDES *Db* v. 532. Et tamen fallax est, si quid video, tam mira species omnis. Nam quod nusquam repugnare metrum Bergkius dixit, verum non est. Commode infertur pentasyllabum nomen v. 972:

Quoí patrem Theópropidem esse opínor. Ei mihi, óccidi.

Non laudamus, sed tamen ferimus paenultimi pedis tribrachum in his v. 447. 805. 970. 1128:

Meus séruos hic quidemst Tránio. O Theópropides.
Sáluom te aduenísse peregre gaúdeo, Theópropides.
Phílolaches hic hábitat, quoiusést pater Theópropides.
Iúbeo te saluére, et saluos quom áduenis, Theópropides.

Sed bacchiaco versu 784 h. e. eo ipso in quo hanc nominis formam commendare *AB* videntur,

Heus Theúropidés. Hem quis híc nominát me

quid fiet? Qui quamdiu non est ad alterius formae mensuram probabiliter accommodatus, satius fuerit cum Lachmanno in Lucr. p. 313 e *Θεωρωπίδης* forma praesidium petere tralaticii nominis, quod quidem non *CD* tantum testantur ubique, sed *B* quoque quater in ipsis versibus Plautinis, no-

*) Accessit eadem forma ex v. 970 et ex scaenarum inscriptione post v. 689 — ubi male THEOPROPIDES relictum est pro THEOROPIDES, quod cum levioribus quibusdam vitiis p. XLVII correximus — et post v. 1063.

**) Eandem formam *B* etiam ante v. 532 tuetur.

viens *) in scaenarum inscriptionibus v. 431. 532. 858. 904. 933. 993. 1041. 1064. 1122, in eisdemque bis ipse adeo Ambrosianus **) v. 690. 1064. Nec enim maiori offensioni esse illa contractio quam facta in *Λευτυχίδης* potest'. Hanc Lachmanni Ritscheliique opinionem denuo impugnavit Bergkius (cf. Opusc. I p. 6 et 115 sq.), cuius rationibus mox cessit Ritschelius ipse Opusc. phil. III p. 343 sq. Atque in v. 784 restituendo etsi neuter satisfecit, tamen quomodocunque de eius pristina forma cogites, quam certa ratione recuperare vix possumus, dubitationem de nomine ex hoc versu eo minus movebimus, quod mancam esse memoriam supra (p. XIII sq.) novo argumento firmavimus. Verum est singularem esse solutionem bacchiaci hanc *Heus Théopropides*: sed aliquam ex ipso nomine proprio excusationem habet (ut v. 319 [. 328] proceleusmaticus defendi potest ex titubantis pronuntiatione), nisi hoc uno loco *Theupropides* graeca ratione pronuntiatum esse sumpseris. — Idem Bergkius, cui hoc nomen recte restitutum debetur, post Camerarium in Annotationibus et ante Buggium contendit ['Beitr.' I p. 128 et Opusc. I p. 128***)] *TRANIONEM* rectius scribi debere *THRANIONEM*, quo servus remigis ministerio functus denotetur. Quam sententiam insanus sit si quis eo firmare velit, quod *D* in scaenae inscriptione ante v. 1041 THRANIO exhibet, ubi dubium non est quin TH ex proxima forma THEVROPIDES natum sit. Iam nominis veriloquium etsi certum non est, tamen si cum Ritschelio a *τραυής* voce derivamus, certe personae magis congrua appellatio est. Dein servi alterius *GRVMIONIS* nomen cum Bergkius latinum esse a *gruma grumus* fictum putet, rectius dicemus Plautum eiusque aequales sua sponte cogitaturos fuisse de hac significatione nominis agrestis, quamvis graecum *Γρυμίων* sit notionis obscurioris. Porro puerorum nomina *SPHAERIONIS* 'a ludo dicti' Seyfferti sagacitate et *PINACII* Studemundi virtute recuperavi-

*) Immo octiens detracto v. 532.

**) At cf. p. XXXVI adn. *).

***) Alterum locum neglegens Lorenzius[2] p. 201 dubitanter concludit de *θρᾶνος* voce Bergkium cogitasse, quod ille disertis verbis dixit. Ibidem Vssingii hariolationem ex v. 1115 de piscis nomine congruo quaerentis confidentius reiecisset Lorenzius, si illo loco de nomine omnino non agi animadvertisset.

mus. Tertium eiusdem generis nomen per librorum memoriam dudum stabilitum *Phanisci* mirum est Lorenzium p. 2 dicere graece sonare, sed explicari non posse: nam apertissima est originatio a *φανός* et aptissima advorsitori, quo accedit 'Lampadionis' vel 'Lampadisci' similitudo. Non de forma, sed de mensura error erat in nomine *Callidamates*, quem *Callidámătes*, non *Callidamátes*, audire primus monuit Crainius (adscita etiam *δαμάτειρα* forma) in Act. gymn. Berol. XX p. 477, cuius sententiam iteravit Geppertus ex eoque Spengelius Lorenziusque. Denique lis est de *Danistae* nomine, quem cum exemplum praebere nominis *κατ' ἀντίφρασιν* dicti*) pervulgata ex Donato sententia sit, dudum Schmiederus Weisiusque dubitarunt de hoc genere appellationis, post quos nuper Spengelius in appendice ad Ter. Ad. v. 26 p. 114 sq. coniecit *Misargyridem* v. 568 per iocum appellari a servo, quem ipse poeta *Philargyridem* potius nominaverit. Quae sententia si vera est, ex personarum indice hoc nomen eximendum erit.

'Ad aetatem fabulae aliquo modo definiendam nescio an ratiocinari liceat e Tranionis verbis v. 428:

> Ludos ego hodie uiuo praesenti huic seni
> Faciam: quod credo mortuo numquam fore:

ubi *quod*, h. e. *ludos fieri*, cum tantumdem valeat atque *id quod*, non est opus *quos* accusativo. Ludos enim funebres si modo satis probabiliter in Prolegomenis Trinummi p. CCCXXI disputavi bis tantum factos esse videri Plautina aetate, annis quidem DXXXVIII et DLIV, nec ante illum annum acta esse Mostellaria credetur et multo adeo probabilius hunc esse subsecuta videbitur'.

Haec Ritschelii de tempore fabulae actae opinio cum suapte natura incerta sit, plus profecisse idem videtur in graeco exemplari indagando, quod Philemonis fuisse *ΦΑΣΜΑ* Parerg. p. 159 sq. 272 adn. coniecit. Nam ex tribus quas novimus Phasmatis, cum Theogneti propter *Φιλαργύρου* per-

*) Nimis quaesitum et artificiosum est, quod Lorenzius p. 3 etiam Theopropidem non sine ironia vocari conicit, utpote qui minime *θεόπροπος* sit. Nemo enim in nomine nequaquam infrequenti talem argutiam deprehenderit.

sonam a Mostellaria aliena sit, Menandri vero a Luscio Lanuvino barbare scripta, quae restat Philemonis fabula ex uno quod novimus fragmento apud Athenaeum XI p. 480 D *συμπόσιον* continuit, quale apud Plautum quoque instituitur. Iam si Mostellariam cum Trinummo comparamus, quam Philemonis esse constat, insignis non in una re similitudo neglegenda non est, quamvis non sufficiat ad auctorem prodendum. Denique vero ex v. 1150 Leonis Buechelerique tam leni quam felici coniectura restituto recuperavimus, quod fere testimonii instar sit de Philemone auctore: unde non dubitavi in ipsa inscriptione fabulae eius nomen graecae fabulae nomini ex Festo stabilito adiungere.

His expositis restat, ut eis quae supra de *A* codice diximus quaedam addamus de reliquis subsidiis criticis.

Ac *B* quidem codicem veterem ad Ritschelii exemplar iterum contulit Hinckius itemque ad Gronovii vulgatam Loewius. Qui cum interdum inter se et a reliquis testibus dissentirent, gratissimum accidit, quod ex copiis suis Seyffertus litem plerumque dirimere erroresque tollere tam diligenti quam benigna opera inter corrigendum et voluit et potuit. Vna tamen res latius patet, quamvis gravioris momenti non esse videatur. Etenim Loewius Hinckiusque praeter manum noviciam Camerarii et alterius, ut videtur, hominis docti saec. XV a *Ba* unam tantum manum antiquiorem *Bb* distinguunt (cum tamen Hinckius admodum multa eadem manu i. e. ab ipsa *Ba* correcta esse adnotet, quae alteri manui *Bb* non modo Ritschelius tribuebat, sed etiam Loewius, Studemundus, Mauius). Sed neuter tertiam manum *Bc* agnoscit, nisi quod Hinckius v. 12 in *faluñ* et v. 14 in *poſſit* correcto ab initio *Bc* pro *Bb* intulerat: sed mox ipse et his locis et in eiusdem versus 12 correctura marginali, quam Ritschelius *Bc* adscripserat (itemque aliis locis, ubi ille *Bc* notam adhibuerat), restituit *Bb*. Contra Seyffertus testatur et his locis et multis aliis Studemundum Mauiumque *Bc* agnoscere. Quos cum ab initio sequi constituissem, mox paucissimis locis exceptis acquievi in *Bb*, praesertim cum etiam in aliis fabulis cum eosdem testes tum eandem rationem secuti simus (cf. etiam praef. Mil.[2] p. IX). Certe rem ipsam

si spectaveris rationemque criticam, vix invenies quid intersit inter *Bb* et *Bc*, ut etiamsi manus diversae sint, eadem sit auctoritas idemque correcturae genus. De qua re quo facilius iudicari possit, hoc loco adscribam versus*), ubi de correcturis dubitatio est, neque tamen in ceterorum testium consensu enumerare volui quos locos Hinckius a *Ba*, non *Bb*, correctos dicat. Itaque pro *Bb* ab aliis *Bc* notatur: arg. 1. 2. 10; v. 4. 9/10. 15. 16. 20. 23. 36. 39. 41. 61. 63. 71. 82. 83. 90. 102 (examiſſum). 103. 106. 113. 126. 132. 158 (t̄ defecatam). 164. 185 (di). 188. 189. 192. 221. 227. 260. 264 (*marg.*). 266. 288. 290. 291. 298. 301. 304. 305. 307 (prorſuſ). 358. 386. 388. 390. 397. 410. 413. 431. 434. 455 (u *ex* e). 473. 474. 489. 496. 500 (e *et* c, *non* ⁞). 503 (monitra). 507. 528. 529. 534 (dego). 578. 582. 593. 607. 642. 675. 683 (exiſ te). 689. 695. 704. 716. 737 sq. 742. 750. 756. 763 sq. 794. 816. 825. 831 (m *incohatum ex* n *Bb*, m *Bc*). 834. 840. 842. 848 (Adiſ). 849. 850. 851. 852. 856. 863 (ſ *exp.*). 873. 874 sqq. (*puncta*). 881. 883. 911. 952 (peruerſe). 958. 966. 967. 973. 975 (emiſiſſe). 978. 982. 984 (ceſtum). 993. 997. 1010 (ſ). 1032. 1078. 1079. 1092. 1093 (Quid). Porro pro *B*(*a*) notatur *Bc*: v. 208 (*marg.*) 272. 302. 311 (ec *s. v.*). 403. Contra *Bb* pro *Bc*: v. 31. 52. 94. 115. 117. 196. 199. Pro *Ba* fortasse *Bb*: v. 55. 129. 312 (manipulareſ *s. v.*). 1174 (ergo). Contra pro *Bb* fortasse *Ba*: v. 562. 565. 601. 837. 979. De diversis his manibus deque gravioribus quibusdam discrepantiis, dum has plagulas corrigo, adfertur gratissima Mauii epistula, de qua cf. p. XLIV.

Codices *CD* Decurtatum atque Vrsinianum ipse denuo excussi: sed de Vrsiniano quoque quaedam a me sive omissa sive commissa ex Luchsii collatione Seyffertus emendavit. Discriptionem autem horum codicum cum eis tantum locis in apparatu respexerim, quibus certa causa monebat, hoc loco ex *C* illustro, praesertim cum alii interdum ad eam provocaverint. Itaque hos indico versuum discrepantium exitus, lineolam addens, ubi metricum aliquod interstitium congruit.

*) Ipsa verba versibus excitatis addidi, ubi eodem loco de compluribus correcturis agitur.

1—8: — *argutiaſ* | — *uiuã* — *lateſ* | — *cenſcſte* — *ianua* |

19—57: — *lubet* — *optumum* | — *paſcite* | — *tibi* — *curatã* — *exiſtumaſ* | — *corruptũ* — *iuuentute* — *magiſ* — *poſſidet* | — *malũ* — *quos* — *ducere* | — *fut* — *illuuieſ* — *cõmixtam* — *exotica* | — *uiuiſ* — *aleato* — *ſunt* | — *inuidere* — *male eſt* — *bubulcitarier* | — *modiſ* | — *patibulatiť* — *ſenex* |

58—84: — *merui tu* — *face* | — *eſtiſ* — *ꝑgite* | — *cedite* | — *uesperum* — *faxo* — *furcifer* | — *ſic ſit* — *cecleriuſ* | — *ne ſiſ* — *ꝑter* — *fidẽ* | — *exiſtumat* | — *q̇iã* — *redit* | — *abibo* — *obtumo* |

85—102: — *ĩſtitui* | — *uolutaui* — *natuſ eſt* | — *repperiiã* — *hominẽ* — *atq᷑ hoc* — *credatiſ* | — *ipſi* | — *mea* — *dico* — *mecum* | — *examuſſim* |

108—116: — *tegulaſ* — *ncuolt* | — *operã* — *haud eſt* — *induxerunt* — *donc̣ũ* |

120—133: — *fundamtũ* — *infirmitatẽ* | — *materiç* — *ducunt* | — *labore* | — *expetant* | — *danunt* | — *unũ* — *quo* — *probuſ fui* |

134—156: — *dũfui* — *fabrorũ* — *fuit* | — *attulit* | — *texit* — *fui* | — *inpectuſ* — *fideſ* — *factuſ* — *putant* — *perpetuernant* | — *queat* | — *industrior* | — *filia* | — *eduricia* — *tã* — *repperi* |

157—161: — *lubenter* | — *reb᷑* — *quid* — *pluſ* — *ucnuſta* |

179—198: — *quã uero* — *amo* — *ameſ* — *quid aiſ* — *amarc̣m* | — *facio* | — *Equidem* — *nonſtai* — *erro* | — *morẽ* — *meretriciũ ẽ* — *malum* — *exempliſ* — *gelu* | — *plane* ↑ — *uolentẽ* — *ñ ſpero* — *ſpereſ* | — *credaſ* |

201—215: — *reliquid* — *cõprimor* — *illi meo* — *me ſoli* — *lepidã* — *mihi* — *tuquidẽ eſ* — *obſecro* — *habeſ* — *ꝑdiderit* — *enicaſſo* | — *maleſuada* — *merituſt* — *pendã* |

232—235: — *n̄c ñſ* — *meiſ* — *iſta quidem* — *bibit᷑* |

242—258: — *uideo te* — *cauſa* — *fore* — *ornañtiſ* — *ueniat* — *c̣tatẽ* — *quc̣ tute* — *uerbum* — *hodie* — *uidem* — *cõmodeſ* — *poteſt* — *ſceleſta ẽ* — *quid* — *oblinam* |

260—262: — *ſaphc̣* | — *nondo* — *lep̣pidiſſumũ* |

295—297: *pol mihi — libet | — minuſ | *)*

337—347: *reuertar — philolacheſ | — ament — ebriuſ | bibat — facit | — eum ipſe | — circũ |*

601—618: *lubꝫ | — reddite | — fenuſ hic — belũ | — cenſeo | — territaſ | — male | — priuſ | — poſtuleſ | — datur — patꝫ | — c̃uitiũ | — iubi |*

621—646: *— argenteoſ | — philolacheſ | — minaſ | — quidẽ eſt | — idoneuſ — eſt | — expeto | — imme | — dic — mihi | — mihi | — ſoluite | — emit — auortiĩ | — uah — merũ | — deſtinat |*

647—661: *— ſumuſ | — quaſi — tibi | — factũ — enecꝫ | — fenuſ — quidem — habꝫ — fero | — conſilia — tetriuſ | — daniſti cum | — perii — ſciet |*

667—685: *— cõ ment — emit — argentũ reddituruſ — inloco — inſpicere — t̄no | — fluct — teneor — muliereſ — uelint | — exiſte — ſenex | — mala |*

749—761: *— ſenex | — quicquã — iuſſit — tuaſ | — ſenex | — ambulacrũ — tibi | — cam rem — ait — benc |*

766—768: *— hic ẽ — hoſtiũ |*

780—781: *— mulos — hominеſ clitellarioſ |*

787—801: *— otiũ erat — ut ſiſ | — ſorbereq; — potui — age — ipſe — uendidiſſe | — ſibi — forent — domũ ‖ Trahere oportet |*

842—852: *— preciũ uuſſe — c̃clauia | — negotiũ | — ductarier | — dico — igitur c̃ — abi caniſ — at eciam — placida eſt — licꝫ |*

866—876: *— priuſ | — ũberare | — inpluit mihi | — malus fuit | — ui uont | — ut eant | — ne ſiſ |*

885—894: *— reſpiceſ | — curaſ | — quouiſ | — moleſtuſ | — cogere me — oportet |*

952—956: *— pater | — habitare — ego n e — nemo habitat — tertiuſ |*

963—985: *— p̱contarier | — ero uoſtra — neforte — ſatiſ fuerit — ne ueneriſ | — habitat — abit — quidẽ | — miniſ | — philolachem? aio — p̱fect — alio quid? — alio quid? — immo — cantaſ — predicaſ — ſũpt facit | — c̃terre — ſciet*

*) In proximis plane servata est discriptio, nisi quod *C* v. 326 et 327 comprehendit.

993—1011: *hinc m̊ — uultũ aſ | — filiuſ | — domũ — hem | — tuo | — foraſ | — craſ — quidē — maxime — qd ſciã |*

1017—1033: *— geſſerit | — debeo | — poſtule' | — negeſ | — dare | — intuiſ | — ſatiſ | — immo — indignidiſ |*

1066—1076: *— p̄ſtabo — ꝑbc | — tranio | — aducnerit — lineã — malum | — hodic — appellabo — p̃ſenſ — ruſtici |*

1160—1165: *— omnia | — ñ potuit — iratuſ — facito — ſatiſ |*

1170—1174: *— iſtũ — q;ſiſtume — hanc rẽ — ſubegero |*

1179—1181: *— exorẽ — gratiam | — date |*

Codicis Lipsiensis *F* et editionis principis *Z* discrepantias ex proecdosi repetivi itemque priorum criticorum commenta pleraque: quamquam de hac quoque fabula valent quae in Persae praef. p. XIV monui. Non minus vero valet de hac opera nostra, quod de amicorum praesidio subsidioque tum mihi praedicandum erat. Atque SEYFFERTVS quam bene meritus sit de hac editione, et supra indicavi et saepius in apparatu et appendice commemoravi: sed etiam aliis locis usu fuerunt eius admonitiones. Cui se adiunxerunt GOETZIUS meus et FLECKEISENVS: qui quod adiumentum in proecdosi RITSCHELIO praestitum quadraginta annis post integra mente virtute benevolentia redintegravit, multi mecum gaudebunt et admirabuntur.

Scripsi Heidelbergae m. Ian. a. MDCCCXCIII.

F. S.

ADDENDVM*)

De discrepantia in correcturis ex *B* supra commemoratis denuo adii testem locupletissimum AVGVSTVM MAVIVM, qui qua solet comitate precibus obsecutus est. Ac primum quidem v. 784 sq., ubi *quiſ* et *fideliſ* vocabula Studemundus a *Bb* scripta esse dixit itemque v. 844 et 865, ubi idem de *niſi* voce (cf. p. XIII) et de *lo* syllaba contendit, Mauius scripsit in his litterarum formam paululum diversam videri, atramentum non differre: quare cum nequaquam constanti scriptura *Ba* ipsa utatur, dici non posse aliam manum esse seque has scripturas primae tribuere, etsi contrarium non prorsus excludi possit. Dein v. 883 ubi *ergum* habent *CD*, *tergum B*, ipsam *Ba* *r*(*ergum*) scripsisse, *Bb* *t*(*ergum*) rescripsisse vidit. Quod vero ad diversas correctorum manus pertineat, difficillimum esse negotium ac paene desperatum affirmat, si quis *Bb* et *Bc* distinguere velit, ut ipse nesciat, quomodo olim discernere studuerit. Nam vel plures manus statui posse, sed omnem distinctionem turbare potius lectores. Vnde rectius *Bb* signentur omnes correcturae antiquae ac tum demum *Bc* adhibeatur, si quando correctura superaddita sit correcturae (cf. Mil.[2] praef. p. IX).

*) Corrigenda quaedam videas p. XLVII.

INDEX LOCORVM*)

‹rg. 5	p. XXX adn.	V. 346	p. XXIII
'. 57	XXII adn.	347 sq.	XXXIII. XXXV
83 sq.	XXIV. XXXIV sq.	355	XXII
86	XXIV	363	XXIII
87 sq.	XXXIII	366	XXIII
93 sq.	XXXIII	376	XXII
104	XXIV	410	XXXIII
106	XXIV	413	XXII adn.
111 sq.	XXIV	413 sqq.	XXXII
126 sq.	XXXIII	428	XXXVIII
130 sqq.	XXIV	430 sq.	XXXV sq.
132 sq.	XXIV	432	XXII adn.
151 sqq.	XXIV	447	XXXVI
156 sq.	XXXIV	453	XXII adn.
171	XXV	470 sqq.	XXXI
174	XXV adn.	475	XXII adn.
185	XXXIII	495 sq.	X
187	XXV	517 sq.	VIII. X
194	XXV	526—541	XXXIII sq.
204	XXV adn.	531 sq.	X. XXXIII
208	XXV	537 sq.	VIII. X
208 sqq.	XXXIII	549 sqq.	XXXIII
224	XXV adn.	551 sq.	X
232	XXII adn.	554 sq.	VIII. X
247	XXV adn. XXXIII	553. 557—559	XXXII sq.
286	XXXIII	568	XXXVIII
290 sq.	XXXIII	571	X
306 sq.	XXXIII	574 sqq.	VIII. X
319	XXXVII	575	X adn.
320	XXIII	588—597	XXXII
322 sq.	XXIII	593	X
325	XXIII	596 sqq.	VIII. X
328	XXIII. XXXVII	607 sq.	XX
333 sqq.	XXIII	609	XX

*) Praeter locos ex Mostellaria tractatos p. XV sq. adn. scripturas Ambrosianas ad CASINAM pertinentes retractavi, simul de v. 544. 685. 744 sq. 983 eiusdem fabulae paucis agens.

V. 616 sqq.	p. VIII. XIX sq.
622 sqq.	XXXII
624 sq.	XIX sq.
629	XIX sq.
630 sqq.	XXVIII. XXX. XXXI. XXXII sq.
644 sq.	VIII. XIX adn. XX. XXVIII. XXX
648 sq.	XXVIII. XXX
666	XXXII sq.
703 sqq.	VIII. XI
722 sqq.	VIII. XI. XXVI
725 sqq.	XI sqq. XXX
733 sqq.	XIII
737 sqq.	XII sq.
741	XXX. XXXI
742 sqq.	VIII. XI. XIII. XX. XXX
745	XIX
747 sq.	XXIX. XXX
755	XIII
763 sqq.	VIII. XI
765	XI adn.
783 sqq.	VIII. XIII sq. XVII. XIX. XLIV
784	XXXVI sq.
796 sq.	XIII. XVII. XVIII
802 sqq.	VIII sq. XIV. XVI sq. XIX. XXX sq.
805	XXXVI
813	XIX
816 sq.	XVII. XXIX. XXX. XXXII
833	XVIII
844 sqq.	VIII. XIII sq. XV adn. XLIV
850 sqq.	VIII. XXII
854	XXII
858 sqq.	VIII. XXVII adn. XXXIII
864 sqq.	VIII. XIV sqq. XLIV
873	XXII
874 sqq.	XIV adn.
883 sqq.	VI adn. VIII. XIV sqq. XIX. XLIV
884 sq.	VII. XV sq.
V. 886 sqq.	p. XVIII adn. XXXII
904 sqq.	VI. XXII. XXVII ad
937	XX adn.
940 sqq.	XXIX. XXXIII
950	XX
951	XVIII
962	XXII
965	XX adn.
970	XXXVI
972	XX. XXXVI
974a	XVIII
976	XXII
984	XXII
985	XX
990	XVIII
992	XIX
1006	XXI
1012	XIX sq.
1016	XXI
1018 sqq.	XXIX
1026 sqq.	XXIX. XXXI. XXXI
1032 sq.	XXI
1035	XXI. XXXIII
1039 sq.	XXI
1040 sq.	XXXIII. XXXV
1051	XVIII
1053 sq.	XXI
1055 sqq.	XXIX. XXXIII
1073	XXI
1081	XVIII
1085 sq.	XVIII. XXI. XXIX
1090 sqq.	XXII. XXXII
1093	XXI
1110 sqq.	VIII
1113 sq.	XXII
1115	XXXVII adn.
1120	XXII. XXX adn.
1122	XXII
1123 sqq.	VIII sq. XVII sq.
1128	XXXVI
1144 sqq.	VIII sq. XVII sq.
1150	XXIX. XXX. XXXI
1160 sqq.	VIII. XXII
1166	XXII
1172	XXII
1177	XXII

CORRIGENDA

p. 9 ad v. 53: *v. 20* pro *v. 36*
„ 13 ad v. 95 sqq.: e͡e *pro* e͡
„ 14 v. 105: Átqui *pro* Atqui
„ 33 ad v. 297: eſt *vel* ẽ *pro* eſt *vel*
„ 81 ad Act. III Sc. 2: TKEOROPIDES *pro* THEOPROPIDES
„ 82 v. 711: Abitus *pro* Abitus
„ 91 v. 775: Agathoclem *pro* Agathoclem
„ 99 v. 837: At *pro* At.
v. 840: Age *pro* Age
„ 126 v. 1018 sq.: negóti *pro* négoti
„ 138 v. 1081: negat. *pro* negat
„ 145 v. 1164: Immo *pro* Immo
„ 159 ad v. 129 sq.: *bis* Ád *pro* Ad
„ 165 ad v. 213: (*phil. Wschr.*) *V* pro *I*
„ 172 ad v. 320 sq.: Ánimo *pro* Animo
„ 177 ad v. 401 *Studem. Stud. I* pro *Studem. I*

T·MACCI·PLAVTI

MOSTELLARIA

GRAECA · PHASMA · PHILEMONIS

ARGVMENTVM

Manu mísit emptos suós amores Phílolaches
Omnémque absente rém suo absumít patre.
Senem út reuenit lúdificatur Tránio:
Terrífica monstra dícit fieri in aédibus,
Et índe pridem esse émigratum. intéruenit
Lucrípeta faenus faénerator póstulans,
Ludósque rursum fít senex: nam mútuom
Accéptum dicit pígnus emptis aédibus.
Requírit quae sint: aít uicini próxumi.
Inspéctat illas: póst se derisúm dolet,
Ab suí sodale gnáti exoratúr tamen.

. INCIP̃ PLAVTI MVSTELLARIA · *B hanc nominis formam in totius fabulae inscriptione servans.* Argum̃tum muſtell. *C m. rec.* ARGVMENTVM *D.* Plauti Muſtelaria. Argumentum *Z.* PLAVTI. POETE. CLARISSIMI. MONSTELLARIA. INCIP̃. ARGVMENTVM *F* (*)

1. Manu miſi temptoſ *Ba.* Manu miſit (t *in lit.*) emptoſ *Bb* eptoſ *C* phílolaches *B m. ead.* 2. ab ſimit *Ba* (u *ex* i *Bb*). abſimit *CD* 3. ludicatur *C.* ludificantur *F,* tranio *iungens cum proximis* 4. fieri *Gruterus,* feierei *in B ante rasuram fuisse suspicans.* ſileri *B, et* ſi (*vel* ſo) *quidem ab eadem m. in ras. 3 litt., quarum prima* f *vel* ſ *fuit.* ſileri *CD.* ſentiri *FZ* inędibus *CD.* inedibuſ *B* (*) 5. pridem esse R. primum *libri* (*) 6. Lucri peta *B.* Lucra peta *C* fenuſ fenerator *BCD* poſtulaS *D* 7. Ludoſque *BaCDFZ.* ludo̤ſque *Bb* mutuum *CDFZ.* muṭuum (*sic*) *B* (*) 8. Acceptum *Camerarius.* Acceptum tum *BCDF, codd. Pyladis.* Acceptum ſuum *Z* eptiſ *C* ędib: *B.* edibuſ *CD* 9. ſunt *FZ* ꝓximi *C* 10. In ſpectat, t *prius in lit. Bb* 11. gnati, g *ex corr. B* exorator *BaCDa: corr. BbDc*

PERSONAE

TRANIO SERVOS
GRVMIO SERVOS
PHILOLACHES ADVLESCENS
PHILEMATIVM MERETRIX
SCAPHA ANCILLA
CALLIDAMATES ADVLESCENS
DELPHIVM MERETRIX
SPHAERIO PVER
THEOPROPIDES SENEX
MISARGYRIDES DANISTA
SIMO SENEX
PHANISCVS ADVORSITOR
PINACIVM ADVORSITOR
LORARII

ACTVS I

GRVMIO. TRANIO

GRVMIO

Exi é culina sís foras, mastígia,
Qui mi ínter patinas éxhibes argútias.
Egrédere, erilis pérmities, ex aédibus.
Ego pól te ruri, sí uiuam, ulciscár probe.
Exi ínquam nidore, hélluo. nam quíd lates? 5

TRANIO

Quid tíbi malum hic ante aédis clamitátiost?

---

1 *sq. Nonius p. 55, 16 M.:* colinam ueteres dixerunt, non coquinam, ut nunc uulgus putat . . . . Plautus Mostellaria 'exi . . . . argutias'. *Idem p. 239, 16:* argutum audax malitiosum . . . . Plautus Mustellaria 'exi . . . . argutias'. *Cf. Reblinius p. 67. 102, Caesar p. 42.*

Act. I Sc. 1 GRVMIO · TRANIO · SERVI · II · *B.* TRANIO GRVMIO SERVI DVO *rubricator in D (erasis eisdem nominibus a Db scriptis) et FZ: om. C* *Personarum notas CD in hac fabula non plures quam in Menaechmis habent: nisi quod multas Db adiecit: unde personas additas, spatia omissa notamus ex CD, personas omissas vel mutatas ex BFZ* 1. GRṼ Exie culina *B.*]xieculina *C* colina *Nonius priore loco*, culina *altero* (*sed* exceculinaſiſ AB^2. ex cotulinaſiſ B^1) 2. mihi *libri cum Nonio* *post* patinaſ *ras. 13 fere litt. B* exibeſ *BD.* exhibeſ *cum CFZ Nonius, nisi quod alt. loco* exhibereſ *BA.* exibereſ H^1*Gen.* exibeſ H^2 3. herilíſ *B* (*raro exemplo add.* h *litt.*) *cum DcF'Z.* herileſ *CDa* permicieſ *C.* permicieſ *D.* pernitieſ *B ex ras.* permitieſ *B ante ras.* pernicieſ *FZ* ẹdib; *D.* edibuſ *BC* (*) 4. ruri ſi uiuam *D, codd. Pyladis.* ruri ſiuiuam *BbC.* ruriſ iuiuam *Ba.* ruri cenſeſ eſſe *FZ* 5. iniquã *C* nidore, helluo. nam S. nidore cupinam *BCFZ et in marg.* t. culinę *Bb.* nidore cṽpinã *D et supra v.* ubinam *Dc* lateſ? ſequitur *Z* (*) 6. TRA *solus B* Quod *F'* aediſ *omnes* clamitatio est *Acidalius duce Camerario.* clamat ioſi *CD.* clamat. ioſi. *B ead. m.* clamaſ? ioſe *F.* clamaſ loſi *Z* (*)

An rúri censes te ésse? abscede ab aédibus.
Abi rús: abi dierécte. abscede ab iánua.
Em: hocíne uolebas?

GRVMIO

Périi. quor me uérberas?

TRANIO

Quia uíuis.

GRVMIO

Patiar. síne modo adueniát senex:
Sine módo uenire sáluom, quem absentém comes.

TRANIO

Nec uéri simile lóquere nec uerúm, frutex:
Comésse quemquam ut quísquam absentem póssiet?

GRVMIO

Tu urbánus uero scúrra, deliciaé popli,
Rus míhi tu obiectas? sáne hoc credo, Tránio,
Quod te ín pistrinum scís actutum trádier.

12. *Nonius p. 81, 18 M.:* comest pro comedit . . . . Plautus Mostellaria 'ne . . . . comes'. 13. frutex *fortasse hinc habet Apuleius Apol. 66 extr.*

---

7. abcede *C* ędibuſ *B.* edibuſ *CD* 8. abi dierecte *DbF.* ab; dierecte *Da.* abidie recte *B ante ras.* abidi recte *B ex ras.* abi directe *C.* abi dierecta *Z* inua *Ba.* inua *Bb* (*) 9. 10. Em *Brixius Emend. in Pl. Capt. p. 20.* En *BDFZ.* In *C* hocine uolebaſ *BbD.* hoc ineuolebaſ *Ba.* hoccine uolebaſ *CFZ* G *Db in spat.: om. C* qur *B.* cur *reliqui, praeced. spat. D* (*) 11. uiuiſ *BDFZ, codd. Pii.* uiuuſ *C* GRV. Patiar. *BF, codd. Pyladis.* G. patiar. *Db.* patiar *Da,* pacia *C praecedente spat.* patinaſ. GR. *Z: ubi* peccaſ *pro* patinaſ *ex 'ant. codd.' affert Pius* (*) 12. ne modo *Nonius* ſaluum *Nonius.* ſaluoſ *Ba.* ſaluoſ *Bb.* ſaluuſ *reliqui* ł comediſ *Bb in marg.* 13. ueri *BFZ.* ueri *Db.* ueñ *CDa* (*) 14. Comeſ ſe *BaDa: copul. BaDc* quem quam *B* possiet *Pylades.* poſſet *BaC.* poſſet *Bb.* poſſit *DFZ* × *in marg. Dc,* r *Db* 15. uero//// *B, eraso* ſ (*vix* ſt). ueru *Da: corr. Db* cura *Ba.* ſcura *Bb* delitiae *BD* popli *B, sed lineola a rubricatore addita.* populi *reliqui* 16. obiecta *Ba: corr. Bb* hoc *s. v. B m. ant.: om. reliqui* tramo *Da: corr. Db* (*) 17. *Hunc v. praeter* dier *syllabas in ras. habet B* ſciſ *FZ.* ſiſ *BCD* ac tutum *BC* tradiet *Da: corr. Db* (*)

Cis hércle paucas témpestates, Tránio,
Augébis ruri númerum, genus ferrátile.
Nunc dúm tibi lubet licétque, pota, pérde rem,
Corrúmpe erilem herédem, adulescentem óptumum:
Diés noctisque bíbite, pergraecáminei:
Amícas emite, líberate: páscite
Parasítos: obsonáte pollucíbiliter.
Haecíne mandauit tíbi, quom peregre hinc ít, senex?
Hocíne modo hic rem cúratam offendét suam?
Hocíne boni esse offícium serui exístumas,
Vt erí sui corrúmpat et rem et fílium?
Nam ego illúm corruptum dúco, quom his factís studet.
Quo némo adaeque iúuentute ex omni Áttica
Antehác est habitus párcus nec magis cóntinens,
Is núnc in aliam pártem palmam póssidet.
Virtúte id factum tuást, magisterió tuo.

---

22. *Cf. ad 24.* 24. pollucibiliter *hinc excerptum in gloss. Plaut. cf. R Opusc. II p. 252. Item hinc (et ex v. 22)* 'bibite pergraecamini pollucibiliter' *habet Fulgentius Mythol. I 2 errore ex* Epidico *afferens. Minus recte Macrobium Sat. II 13* pollucibilem cenam *hinc sumpsisse suspicatur Vssingius.*

---

18. Cifher cle *D* 19. rurj *ex* rure *D* feratile *Z* (*) 20. lubet *ex* iubet *BbDb* licet q' *ras. ex* dicet q' *B* perderem *Ba: separ. Bb* (*) 21. Corumpe *Z* erilem heredem *S.* herilem *libri, cum 4 fere litt. rasura ante* aduleſcentem *B* adoleſcentem *CD* optumum *D et* (mum *e corr., fort. ex* tum) *C.* optimum *BbFZ.* optinum *Ba* (*) 22. nocteſque *libri* (o *ex* e *D*) pergrecaminei *CD.* pergrecamini *FZ itemque ex* per greca minei *B* 23. Amicaſ emite *ex* Amica ſemite *Bb* liberare *Da: corr. Db.* liberaui te *C* 24. Paraſitoſ, *quartam litt. e* ſi (*ut vid.*) *corr. post ras. Ba* pol lucibiliter *B: cf. testim.* pollucibiter *DZ.* pollucibit; *C.* pollucibituſ *F* 25. Haecine *BCD.* Haecne *FZ* mandaũ *C* Cum *CDZ* hino *Da: corr. Dc* iit *DcFZ.* ut *BCDa: corr. Bothius* 26. Hocine *Bb.* Hoccine *reliqui* Effundet *C* 27. Hocine *BD.* Hoccine *reliqui* offitium *D* exiſtimaſ *Z* 28. corumpat *Z* etrem et *B* (*separ. Bb*). et ſemet *reliqui* 29. coruptum *Z* dico *ras. ex* duco *B* (*ut Bacch. 485*) cum *CDZ* 30. ad aequæ *Bb vel Bc,* æ *ex & teste Hinckio, ex tribus litt., quarum ultima* q *fuisse videatur, teste Loewio, ex* u *et alt. litt. teste Studemundo* eque *F* athica *Z* (*) 31. Ante hac *BCD: et* hac *B ras. ex* hace, *ut vid.* pacuſ *Ba: corr. Bc.* porcuſ *Da: corr. Db* contineaſ *Ba: corr. Bc* 32. poſidet *Da: corr. Dc* 33. tuast *R.* tua et *libri* (*) .

TRANIO

Quid tíbi malum me, aut quíd ego agam, curátiost?
An rúri, quaeso, nón sunt quos curés bouis?
Lubét potare, amáre, scorta dúcere:
Mei térgi facio haec, nón tui fidúcia.

GRVMIO

Quam cónfidenter lóquitur.

TRANIO

At te Iúppiter
Dique ómnes perdant: fúfae, oboluisti álium,
Germána inluuies, rúllus, hircus, hára suis,
Canés capro commíxta.

GRVMIO

Quid uis fíeri?

---

40. *Huc revocavit Vsenerus Mus. Rhen. XVII p. 469. XXIV p. 331 glossam 'Philoxeni'* (*CGL. II p. 175, 60 G.*) rullus: mendicus ἀγύρτης (*i.* ἀγυρτης): *cf. R Opusc. III p. 64 sq. Donatus in Phorm. IV 4, 29:* hara autem est, in qua pecora includuntur: Plautus 'rusticus hircus hara' Mostellaria: *ubi* mysticus hircus haruga mustellaria fient *codex Lindenbrogii. Eodem revocabat Loewius Anal. Pl. p. 215 'libri glossarum' Placidum p. 20, 6 ed. Deuerl.:* hala: hircosus olens *scribendum ducens* hara, *ubi rectius de* ala *cogitaveris.*

---

34. TR. *Db. spat. CDa.* malo̅ *D* me aut *Muretus Var. lect. V 9 Lambinusque cum Dc.* mea ut *libri* quod *Z* curatio ſt *B.* curatio eſt *CFZ* 35. queſo *BD et,* o *ex* t, *C spatiolum ante* Non (*sic*) *C* bouiſ *libri* (*ex* boueſ *Da*) 36. Iubet *BaD: corr. Bb* deducere *B, sed* de *Bb* 37. fatio *B.* facio *ex* facere *Db* hoc *FZ* tua *F* fidutia *B.* fiduoia *D* 38. G *Db. spat. CDa* confidenter, d *ex* t *B* loquitur. TR. at *R.* loquitur fue. TRA At *B.* loquitur fue ‖ At *D* (T *ante* At *Db*). loq̅t̅ · fut ‖ At *C.* loquitur fur. TR. at *FZ* i̅ppi̅t̅ *C.* iupiter *FZ* (*) 39. diique *F* fufae *Goetzius Loewiusque praef. Asin. p. XXVI duce R: om. libri* (*sed* fue *v. 38 excurrit*) oboluſti *Ba: corr. Bb* alium *Ba.* allium *BbCDF.* alleum *Z* (*) 40. inluuieſ *B.* illi inuieſ *Da.* illuuies *CDcFZ* rullus *Vsenerus duce R: vide testim.* ruſticuſ *libri* ſuiſ *Z, codd. Pyladis.* ſui *reliqui, et B quidem novum versum a* Sui *ordiens* (*) 41. canes capro commixta *Scaliger in Catull. XCIII* (*nunc XCIX*) *10.* canem caprã n̲ (ã *ex* a *Bb et* n̲ *eradi coepto*) commixtã *B.* canẽ caprã cōmixtam *CF et, nisi quod* comiſtam, *Z.* canæ̃ (ẽ *ex* ã) caprã com mixtã *D* i̅ feri *C* (*) .

Non ómnes possunt ólere unguenta exótica,
Si tú oles: neque supérior quam erus accúmbere
* * * * * * * * * * * * *
Neque tám facetis, quám tu uiuis, uíctibus.
Tu tíbi istos habeas túrtures piscís aueis:
Sine me áleato fúngi fortunás meas.
Tu fórtunatus, égo miser: patiúnda sunt.
Meúm bonum me, té tuom maneát malum.

TRANIO

Quasi ínuidere mi hóc uidere, Grúmio,
Quia míhi benest et tíbi malest. digníssumumst.
Decét me amare et té bubulcitárier,
Me uíctitare púlcre, te miserís modis.

---

42. *Nonius p. 108, 1 M.:* exoticum aduenticium: a graeco Plautus Mustellaria 'non .... exotica'. *Priscianus inst. VIII p. 444, 19 H.:* oleo oles et olo olis .... Plautus in Mustellaria 'non .... exotica'. *Idem inst. VIIII p. 480, 11 H.:* ab olo Plautus infiniti uerbi secundam syllabam corripuit in Mustellaria 'non .... exotica'. 47. *Seruius ad Verg. Buc. I 38:* turtur et masculino et feminino genere inuenitur, ut .... Plautus 'tibi obustos turtures': *ubi* ⟨h⟩abe iſtoſ *cod. gl. Matrit.* (*v. Goetzius 'Berl. philol. Wschr.' a. 1888 p. 303*). *Auctor de dubiis nominibus p. 592, 3 K.:* turtur generis masculini, ut Plautus 'tu tibi habeas hos turtures', quamuis Pollio et alii dicant turturellas. 53. *Nonius p. 79, 31 M.:* bubulcitare .... Plautus Mostellaria 'decet .... bubulcitare'.

---

42. om̃ſ *BD.* ſunt *C* poſſiint *C* tolere *B ante ras.* ungenta *priore loco Prisciani GLK, altero GLKBb cum Nonio* exotica, c *ex* a *B* 43 *sq.* Situ oleſ *Da: corr. Dc.* Sit uoleſ *C.* Sicut oleſ *Z* quameruſ *B: om. reliqui* adcumbere *Z locum lacunosum esse statuit R* (*) 45. neq; *Da* tam *ex* iam *Ba* quã////tu *ex* quãtitu *B* quãtuuiviſ *C* (*) 47. iſtoſ tu habeaſ *Z: cf. testim.* piſciſ *BC.* piſceſ *DFZ* auiſ *libri, sed B ras. ex* aueiſ 48. me aleato *BbCD.* mea leato *Ba.* me alleato *Z.* me alliato *F* (*) 49. G *ante* tu *et* TR *ante* patiunda *s. sp. Db* (TR. *etiam FZ: del. Camerarius*) paciunda *C.* patienda *B* ſ̃ *D.* eſt *Z* (*) 50. TRA *praem. B, Camerarius: del. Muretus Var. lect. V 9 cum FZ* tuum *libri* 51. TR. *Lambinus e Mureti sententia: om. libri* (*s. sp. C*) mihi *libri* (*) 52. bene eſt *BZ.* beneẽ *CD.* bene *F* male eſt (*vel* ẽ) *libri* digniſ ſũmuſ *Ba:* digniſ ſumũſt *BcD.* digniſſimũſt *C.* digniſſimum eſt *FZ* 53. Decet *B, Nonius.* licet *reliqui ex v. 36* (*sed* j *ex* e, *ut vid., corr. D*) lic&,mare *C om.* me bubultitarier *D.* bubulcitare *Nonius.* bubuchuarier *F.* bubultuarier *Z: corr. Pius cum BC* 54. pulcre *Ba.* pulchre *reliqui*

GRVMIO

O cárnuficium críbrum, quod credó fore:
Ita té forabunt pátibulatum pér uias
Stimulís, si huc re bene gésta reueniát senex.

TRANIO

Qui scís, an tibi istuc príus eueniat quám mihi?

GRVMIO

Quia númquam merui: tú meruisti et núnc meres.

TRANIO

Orátionis óperam compendí face,
Nisi té mala re mágna mactarí cupis.

GRVMIO

Eruóm daturin éstis, bubus quód feram?
Da, tam étsi inhonestu's. ágite, porro pérgite,
Quoniam óccepistis: bíbite, pergraecámini,
Este, écfercite uós, saginam caédite.

65. *Huc referunt Ausonium Ephem. 7:* nimiaque caedis mole saginam *Symmachumque Epist. I 7, 2:* caedundae saginae cura posterior est (*adde Ammianum XXII 12, 6* caedendis conuiuiis)*: cf. post Turnebum Advers. XIV 2 et Lectium in edit. Symmachi a. 1598 p. 15 Kiesslingius Annal. philol. XCVII p. 622, Goetzius Act. soc. phil. Lips. IV p. 355 sq., alii.*

55. *Cf. ad v. 70* carnuficium *Pylades.* carnificum *Ba.* carnificum *reliqui* (*) 56. ,tate *C* patibulatiſ *C* peruiaſ *B* 57. Stimuliſ *ras. ex* Stimuluſ *B* re bene gesta reueniat S. reueniat *libri* (*) 58. eueniat priuſ *libri: trai. Camerarius* 59. q numquam *D.* quia nõquam *Z* 60. orationiſ *ex* orationeſ *et* cõ pendjface *ex* cõpendeface *Da.* compendifacito *codd. Pyladis* 61. magna mactari *ex* magnam actari *Bb* mactari, c *ras. ex* gn *Da* 62. ////eruom *B*, *er.* S. ſeruũ *CD.* Eruum *FZ* daturin *Pylades.* daturi *libri* bubuſ *B.* bobuſ *reliqui* quid *F* 63. Da, tam etsi inhonestu's S. Data eſ inoneſtiſ *Ba* (Data e/ſ i/non/eſtiſ *m. Camer.*) *et* ſ date aeſ *in marg. Bb.* dataeſ inoneſtiſ *D.* data eſ inhoneſte *C.* dato aeſ inhoneſtiſ (*vel* in honeſtiſ) *FZ* porro, *alt.* r *ex* o *B* (*) 64. Quoniam *B.* Qũo (*h. e.* Quoniam) *C.* Quõ *D.* Quomodo *F, codd. Pyladis.* Quo *Z* occepiſtiſ *B.* occepiſti *CD* bibi^to *Bb.* bibi *BaCD* p greca mini *B* (‿ *Bb*). pergrecamini *CD* 65. effercite *Camerarius.* ec ferite *B.* ecferute *C et D ante ras.* efferite *Dc.* ac ferite *FZ* caedite *ras. ex* caeditę *B: cf. testim.* cedite *reliqui* (*)

TRANIO
Tace átque abi rus: ego íre in Piraeúm uolo
In uésperum paráre piscatúm mihi.
Eruóm tibi aliquis crás faxo ad uillam ádferat.
Quid ést, quod tu me núnc optuere, fúrcifer?

GRVMIO
Pol tíbi istuc credo nómen actutúm fore.

TRANIO
Dum intérea sic sit, ístuc 'actutúm' sino.

GRVMIO
Itá's: sed unum hoc scíto: nimio célerius
Venit quód molestet quam íllud quod cupidé petas.

TRANIO
Moléstus ne sis: núnciam i, rus te ámoue.
Ne tu hércle praeterhác mi non faciés moram.

GRVMIO
Satin ábiit neque quod díxi flocci exístumat?
Pro di ínmortales, óbsecro uostrám fidem,

---

66. Tacc *C* abi ruſ *BC, codd. Pyladis.* abituruſ *D.* abi tu ruſ *FZ* inpiraeum *B.* in pyreum *CDF.* in pyreeum *Z* uoſ *C* 67. parate *F* 68. Eruom *B.* eruum *reliqui* ád uillam fáxo *C* adferat *B.* Afferat *CDZ.* affert *F* 69. quod tu *BF.* quid tu *C* (qd) *D* (qiđ) *Z* optuere *B.* obtuere *reliqui* furficer *Z* (*) 70 *sq.* fore. TR. Dum interea sic *Lambinus duce Mureto Var. lect. V 9.* fore. ‖ TRA Dum inter eaſ· ſic *B* (intereaſ *Bb*). fore dum int̃reaſ· ſic *C.* fore dum intereaſ ſic *D: ubi ante* ſic *suprascr.* TR *Db* (*quae inde a v. 55 usque ad v. 70 recte personas supplevit, item v. 72 et 74*). fore dum intereaſ. TR. ſic *FZ* ac tutum *B* (*) 72. Ita's ℰ *duce* ℜ *coll. Bacch. 1180, al.* Ita eſt (ẽ) *libri* ſed unum *BCDF, codd. Pyladis.* ſecundum *Z* cecleriuſ *C.* ſceleriuſ *B ante ras.* (*) 73. Venit *Bentleius, Seyffertus Philol. XXIX p. 392, Muellerus Pros. p. 149 sq. adn.* Venire *libri* molestet ℰ. moleſte *libri* illud quo[d] *ex* illuc quo *Bb.* illuc qđ *C* (*) 74. nc̃ iam i ruſ *BF, sed* c̃ iam i *Bb in ras.* nunciãiruſ· *D.* nunc iã iruſ *C.* nunc iam in ruſ *Z* te amoue· *inter spatia C.* teamoue *D.* te admoue *Z* (*) 75. G *praem. DbFZ, spat. CDa: del. Camerarius cum B* hercle *Spengelius T. M. P. p. 27.* erreſ hercle *libri* preter hac *B.* p̄ter· ‖ Hac *C.* praeter hanc *FZ* mihi *libri* faciaeſ *Ba.* faciæſ (e *ex* a) *C.* faciaſ *F.* fatieſ *D* (*) 76. 77. *inverso ordine C, sed add.* 'et' *corr.* 76. GR. *Camerarius.* TR. *DbFZ. spat. CDa: om. B* secum *supra* Satin *scr. Db* quo[d] *Bb* (*) 77. GRV *praem. BFZ,* G *Db, spat. CDa: del. Camera-*

Facite húc ut redeat nóster quam primúm senex,
Triénnium qui iam hínc abest, priusquam ómnia
Periére, et aedes ét ager. qui nisi núnc redit, —
Paucórum mensum súnt relictae réliquiae.
Nunc rús abibo: nam éccum erilem fílium
Video: ódi corruptum éx adulescente óptumo.

PHILOLACHES

Recórdatus múltum et diú cogitáui
Argúmentaque ín pectus pérmulta instítui
(Ego átque in meó corde — siést quod mihí cor —
Eám rem uolútaui et diú disputáui),
  Hominém quoius rei, quandó gnatust,
Similem ésse arbitrárer simulácrumque habére.
  Id répperi iam exémplum.
Nouárum aedium ésse arbitró similem ego hóminem,
Quandó gnatus ést: ei rei argúmenta dícam.
(Atque hóc haud uidétur uerí simile uóbis:

rius secum *supra* Pro *scr. Db* dii *F* inmortaleſ *CD.* immortaleſ *BFZ* urām *CD.* ueſtram *Z* 79. priuſ quam *B* 80. ptere *CDa: corr. Dc.* perierint *Z* ędiſ *D.* ediſ *BCFZ* nunc *R.* huc *libri* (*) 82. menſum *Lambinus.* menſuum *BCD.* menſium *FZ* relictę reliquię *Bb.* relicte reliquie *BaC* 83. adibo *F* equum *Ba.* ēquum *Bb.* eccum *reliqui* herilē *C* (*) 84. odi ℭ: *om. libri* corruptū *ras ex* corrūptū *D* aduleſcentē *B, cr.* ˜. adoleſcentę *CD* obtumo *CD* (*)

Act. I Sc. 2 PHILOLACHES ADOLESCENS · *BF* (adul.) *Z.* PHILOLACHES *Db* (*et rubr.*). *unius v. spat. CDa* 85 *sqq. Cum discriptione nostra B congruit, ubi nihil monetur* (*) 86. Argumenta q' *Ba.* Argumenta quę *BbC.* Argumentaquę *D* inpectuſ *B: om. C* permulta ℭ. multa *libri* (*) 87 *sq. secl.* ℜ (*item* 93 *sq.*) quidem *pro* quod '*in aliis codd. legi*' *Pius scribit* ōr eam rem uolitaui *F* (*) 89. *Sic B:*

Hominem cuiuſ rei quando natuſ eſt
Similem ēē arbitrarer ſimula crumq; habere

itemque reliqui, nisi quod arbitra rer *D* ſimulacrumq; *CDZ.* ſimulachrumque *F* (*) 90. reperi *D* 91. edium *BCD* arbitro *Ba.* arbitor *D.* arbitror *BbCFZ* 92. natus *Lorenzius.* hic natuſ *libri, nisi quod* huc *F* (*) 93. nobiſ *C* *Cf. ad v. 87*

At ego íd faciam esse ita ut crédatis.)
Profécto esse ita út praedicó uera uíncam.
Atque hóc uosmet ípsi, sció, proinde utí nunc
Ego ésse autumó, quando dícta audiétis
Mea, haud áliter id dicétis.
Auscúltate, argúmenta dúm dico ad hánc rem:
Simúl gnarurís uos uolo ésse hanc rem mécum.
Aedés quom extempló sunt parátae, expolítae,
Factaé probe examússim,
Laudánt fabrum atque aedís probant: sibi quísque inde exemplum éxpetunt.
Sibi quísque similis uólt suas: sumptús, operam hau parcúnt suam.

---

100. *Ex 'vocabulario Puteani Latino Graeco' Lambinus cum Turnebo* gnarures *γινώσκοντες et* ignarures *ἀγνοοῦντες affert addente R 'glossas Labbei' (CGL. II p. 35, 8 G.):* gnarurem *γνώριμον et* ignarures *ἀγνοοῦντες itemque Placidum (p. 49, 13 D.):* gnaruris: gnarus, sciens. 102. *Probabile est ex ipso contextu hunc locum olim positum fuisse apud Nonium p. 9, 15 s. v.* examussim*: ubi nunc nihil nisi* Plautus *exstat nomen, quod L. Muellerus cum Schmidtio ad sequens lemma et Mil. gl. 664 trahit.*

---

94. atq᷑ id *C* it *vocis* ita *lineola induxisse videtur B c* (*) 95 *sqq. Sic B:*

Profecto ita e᷑ ut predico uera uincam atq᷑ hoc uoſmet ipſi
Scio ꝑinde uti nunc ego e᷑e autumo
Quando dicta audietiſ mea haud aliter id dicetiſ.

itemque reliqui, nisi quod p̄dico *C* perinde *Z* ego eſſe *D.* 'e᷑ 'ego *C* dicentiſ *ex* dicenteſ *Da* esse ita *trai. Bentleius, Hermannus* (*) 99. argume᷒ta *Ca* (*) 100. Simul gnaruriſ (*vel* gnarures *vel* gnarureis) uos *Lambinus cum Turnebo Advers. XVI 17. XIX 12 duce Camerario: vide testim.* Simul gna ruri ſuo *B.* ſimul gnaruriſuo *CD.* ſimul gnaturiſuo *F.* ſimul gnauiri ſuo *Z.* ſimul gnauin ſuo *codd. Pyladis.* ſumit gnaturi ſuo *cod. Scaligeri* uolo eſſe *BCD, codd. Pyladis.* uelocem *FZ* hanc *om. C* (*) 101. Edeſ *D* cū *CDZ* exemplo *D* parate *Ba* (ę *Bb*) 102. probae *Bb.* probae *BaZ* examiſſum *Ba.* examiſſim *Bb* (i *ras. ex* u) 103. ędeſ *BC.* edeſ *CDF* Inde exemplum expetunt *seorsum scr. B* extēplū *C* expetant *B* (*corr. Bb*)*: om. Z* 104. similis uolt *R.* ſimile ſuo iſ *BC* (ſimileſuo) *D.* ſimile ſuiſ *F.* ſimiliſ ſuiſ *Z* suas *Spengelius Philol. XXVII p. 341.* ſua *BCD* (iſſua). ſuo *F. hic om. Z* sumptus operam hau *S.* ſumptū //// operā *C* (*er.* ſ). ſumptu operam *BF.* ſumptū operā *D.* ſumptu ſuo operā *Z* parcunt ſuam *B, er.* ſ *quod super* r *scripserat Bb: et* ſ parſunt *Ba in marg.* paſcunt ſuā *reliqui* (*)

Atqui ubi illo ínmigrat néquam homo, indíligens,
Cúm pigra fámilia, inmúndus, instrénuos,
Hic iam aédibus uitium ádditur, bonaé quom curantúr male.
Átque illud saépe fit: témpestas uenít,
Cónfringit tégulas ímbricesque: ibí
Dóminus indíligens réddere aliás neuolt.
Vénit imber, lauít párietes: pérpluont:
Tígna putéfacit, pérdit operám fabri:
Néquior fáctus iamst úsus aediúm.
Átque ea haud ést fabri cúlpa, sed mágna pars
Mórem hunc induxérunt: si quid númmo sarcirí potest,
Vsque mantánt neque id fáciunt, donicúm
Párietes ruont — aédificantur aédes totae dénuo.
Haéc argumenta aédificiis díxi: nunc etiám uolo
Dícere, ut hominís ego aedium ésse similis árbitrem.

---

108 *sqq. Nonius p. 381, 1 M.:* reddere reponere. Plautus Mostellaria 'tempestas .... neuult'. 116. donicum *hinc excerptum in gloss. Plaut.: cf. R Opusc. phil. II p. 252. 241.*

---

105. Atqui *Sauppius cum Spengelio de cret. p. 22.* Atque *libri* inmigrat *CD.* immigrat *B* indiligens *Pylades.* indiligenſ q' *BC.* indiligenſq' *DFZ* 106. pigra familia, a ſa *in ras. Bb* inmunduſ *BCD* inſtrenuuſ *FZ.* ſtrenuuſ *BD.* ſtreṇnuuſ *C* 107. edibuſ *CD* uicium *BC* additur *BbZ.* aditur *CDF* bone *CD* cum *BCDZ* malę *Z* (*) 108. ſepe *BCD* (*) 109. conſtringit *F* (*) 110. reddere, *alt.* d *ex* o *C* 111. im berlauit *D* perpluunt *libri, nisi quod* pbluunt *C ante corr.* (*) 112. putefacit *R Opusc. phil. II p. 619 sqq.* putrefacit *libri, nisi quod* putrefac̄ *C* perdit *Bergkius Opusc. I p. 165 adn. (cf. 267 adn.).* per *B.* ꝑ *CDF.* que (*i. e.* putrefacitque) *Z* (*) *Verba* fabri .... haud eſt *om. F* 113. factuſ iam eſt *BCD, sed* f *Bb in lit.* iam factuſ eſt *Z* ediñ *B* (*) 114. ea *Hermannus: om. libri* eſt *om. Z* 115. Morem hunc '*quidam*' *apud Lambinum.* Moram hunc *Ba.* Moram hṵnc *Bc.* moram hanc *reliqui* ſiquid *BC.* ſi quod *Z* nummoſ arciri *D.* nummoſ acciri *Ba: corr. Bc* 116. mantant *BCD, codd. Pyladis.* dum maneant *FZ* fatiunt *D* don,cũ (*ut saepius , pro* i) *C: cf. testim.* (*) 117. ruunt *libri* edificatur *Ba* (n *s. v. Bc*) edeſ tote *Ba: corr. Bb* ędęſ *D* (*) 118. aedificiis *cum Klotzio 'Altr. Metr.' p. 543: cf. v. 119.* ///ego ///ędificiiſ *Bb* (*cum ras. litt. g ante* e *et unius litt. ante* ę [e *Ba*]). ego edificiiſ *CD.* ego aedificiiſ *FZ* (*) 119. hominеſ *Z* ego aedium : *cf. v. 118.* aedium *libri* ſimileſ *Z* arbitrem *Acidalius.* arbitremini *libri* (*)

Primúmdum paréntes fabrí liberúm sunt:
Ei fúndamentúm substruónt liberórum,
Extóllunt, paránt sedulo ín firmitátem,
Et, ut ét in usum boni et ín speciem
Popló sint sibíque, haud matériae repárcunt,
Nec súmptus sibí sumptuí ducunt ésse.
(Expóliunt, docént litterás, iura, léges
Sumptú suo et labóre.)
Nitúntur, ut alií sibi esse illórum similis éxpetant.
Ád legionem, in cómitia ádminiclum eis danúnt:
Túm iam aliquem * * * * cógnatum suóm.
Eátenus * * * * ábeunt à fabrís
* * * * * * unum ubi émeritumst stipéndium.
Igitúr tum specimen cérnitur, quo euéniat aedificátio.

131. eatenus *hinc habet gloss. Plaut.: cf. R Opusc. phil. II p. 244. 252.*

120. Primum dum *BC*. Primundum *F* parietef *Ca* 121. Ei *Gulielmius*. Et *CDFZ*. Et *ex* Ei, *ut vid., corr. B* fundamentum/// (*er.* f) *B* ſubſtruunt *libri* (*) 122. infirmitatem *BCZ* (*) 123. Et ut et in usum ☙. Et ut in (ettin *Db*) uſum (uſu *B*) *libri* inſpeciẽ *C*. inſpetiem *BD* (*) 124. Populo *lĩbri: corr.* ☙ ſibi que *B* haud *quidam apud Lambinum.* aut *BCDF.* et *Z* materiem *Z* reparcunt *BaC.* reparcunt *Bb.* neparcunt *D.* reparant *FZ* (*) 125. ſibi *F, codd. Pyladis.* ibi *BCDZ* eſſe ducunt *libri: trai.* ☙ (*) 126 *sq. uno versu comprehendit B: secl.* R literaſ *C* lege *Ba.* legeſ *Bb.* legiſ *D* labore *ex* lobore *Ba* (*) 128. ut alii ſibi eſſe *bis C* ſimileſ *FZ* expectant *D ante ras.* 129. in comitia ☙. comita *BaC.* cõita *D.* comita *B m. ant.* cũ itum *Z.* quom itur *F, codd. Pyladis* admiculum *B.* adminiculum *reliqui: corr. Seyffertus Philol. XXIX p. 392 sq.* clamant *pro* danunt *Z: corr. iam a Pio et Pylade e suis codd.* (*) 130 *sq. Sic constituit* ☙ *cum lacunis ad hoc exemplum explendis (vide praef.):*

Túm iam aliquem ⟨adlegánt probum⟩ cógnatum suóm.
Eátenus ⟨tecti ádfatim usque⟩ ábeunt a fabrís:
⟨Óbsecuntur ánimis,⟩ unum ubi émeritumst stipéndium.

ubi B habet (*litt.* iq *et* Ea *ex corr.*, E *ras. ex* Te)*:*

Tum iam aliquem cognatum ſuum
Eatenuſ ///abeunt afabriſ unum ubi emeritum eſt ſtipendium

itemque reliqui, nisi quod Tum iam *C in ras.* (*ab initio* Cu *fuit*) aliquẽ *D* habeunt *CD cum B ante ras.* (*) 132. Igitur cũ *Z.* Igitur quom *F* ſpetien *B* (n *ras. ex* m)*: om. F* edifi/////cato *Bb* (*er.* di *vel* cio*?*)

Nám ego ad illúd fui frúgi usque et probús,
Ín fabrorúm potestáte dum fuí.
Póstea, quom ínmigraui íngenium in meúm,
Pérdidi operám fabrorum ílico oppidó.
Vénit ignáuia: éa mi tempestás fuit,
Mi áduentu suo grándinem ímbremque attulít.
Haéc uerecúndiam mi ét uirtutís modum
Déturbauit éxtudit détexitque a me ílico.
Póstilla optígere ea néglegens fuí:
Contínuo pro imbre amór aduenit * * * * * * *
Is úsque in pectus pérmanauit, pérmadefecit cór meum.
Núnc simul rés, fides, fáma, uirtús, decus
Déseruerunt: égo sum in usu fáctus nimio néquior.
Atque édepol ita haec umóre tigna pútent: non uideór mihi

142. *Huc cum aliis (vide append. crit.) Naberus refert Frontonis ad M. Caesarem II 2 p. 27 (48 ed. Rom.):* iam mihi cum Gratia certamen erit, quam timeo ut superare possim. nam illius quidem, ut Plautus ait, amoris imber grandibus guttis non uestem modo permanauit, sed in medullam ultro fluit. *Quae recte Ritschelíus negabat huc spectare. Fuit:* _ ∪ _ ∪ _ amoris ímber guttis grándibus Nón uestem modo pérmanauit, ín (*vel* séd in) medullam ultró fluit. *Cf.* '*philol. Anz.*' *I p. 60.*

133 *sq. sic distinguit B:* Nam .... infabrorum ‖ Poteſtate dum fui illud frugi uſque et probuſ fui *libri: trai.* ſ poſteſtate *D ante ras.* ptãte *Z* (*) 135. Poſtea quam *BC.* Poſteaquam *DFZ: corr. Guyetus* emigraui *ex* imigraui *Bb.* immigraui *reliqui* in ingenium *libri: trai. Bothius* 136 *sq. uno versu comprehendit B, scd* Venit *c. spat. habet et cr.* Venit ... fuit *in insequenti versu (ultimo paginae)* operam, a *c corr. (fort. ex* e) *B* opido *BF* mihi *libri* (*) 138. Mihi *libri* (*) 139. mihi *libri* 140. extudit detexitque ſ. texit detexitque *libri* (*) 141. Poſt illa *B.* poſt illam *FZ, quidam libri Lambini (alii* poſtilla *cum CD)* obtigere *Camerarius, quidam libri Lambini.* opticere *BCD,* '*cod. ms. antiquissimus*' *Pyladis.* t optinere *Bb marg.* obtexere *FZ, quidam libri Lambini* ea *Seyffertus.* eam *libri (a suis abesse Lambinus dicit)* negligenſ *FZ* (*) 142. *Lacunam signavit* R (*possis* incursauit fluctibus). aduenit in cor meum *B* (incor) *CDF: quae e proximo v. huc irrepsisse iam Bothius perspexit.* aduenit. nunc ſimul reſ fideſ, *omissis etiam* is usque in pectus, *sed ut* nunc ſimul reſ fideſ *suo loco redeant, Z* (*) 143. permade fecit *C.* permadefecitque *F* 144. uirtus decus *cum Bothio Hermannus.* uirtuſq' decuſ *C.* uirtuſ decuſque *BDZ.* uirtuſ deuſque *F* 145. Deſeruerunt, D *e corr. Ba* inuſu *B* (*) 146. Atq; *ex* At *Bb* ł atq' aedif polita *Bb in marg.* ędepol *Z. post* aedepol '*in priscis exemplaribus*' eñ *additum esse Pius scribit* ita haec

Sarcíre posse aedís meas, quin tótae perpetuaé ruant,
Cum fúndamento périerint, nec quísquam esse auxilió queat.
Cór dolet, quóm scio ut núnc sum atque ut fuí:
Quó neque indústrior dé iuuentute erát
* * * * * * dísco, hastis, pilá
* * * * * * cúrsu, armis, equó.
Víctitabám uolup * * * * *
Pársimonia ét duritia díscipulinae alieís eram:
Óptumi quique éxpetebant á me doctrinám sibi:
Núnc, postquam nihilí sum, id uero meópte ingenio répperi.

---

umore tigna putent 𝔖 *duce Vssingio.* ita hec tigna umideputant *D.* ita hec ịṭạ tigna umida putant *C.* ita haec ////////// tiṇgna umide putạn· *B, er. 4 litt.* (*non* ita) *et corr. a Bb.* ita haec tigna humi deputant *Z et sine* ita *F* non uideor *Camerarius.* non uideo *BCF.* non uidio *D.* nũ uideo *Z* (*) 147. ędeſ *BZ.* edeſ *CDF* ꝑpetuę ruant *Z.* perpetue ruant *BDF.* ꝑpetuernant *C* (*) 148. Cum *R.* Quin cum *libri* fudamento *D* ////////// nec *B* (*c. 5 litt, fort.* neq' *er.*) necquiquam eſſe auſilio *D* (*) 149. cum *BCDZ* ſũ *ex* ſci *D* ſum atq' *ex* ſumatq' *Bb* (*) 150. deiuuentute *B* 151 *sqq. Sic discripsit* 𝔖 *cum lacunis ad hoc exemplum explendis* (*del.* Arte gymnastica *cum R*):

⟨Álter omni Attica⟩ dísco, hastis, pilá,
⟨Néc pol spectátior⟩ cúrsu, armis, equó.
Víctitabám uolup ⟨míhimet et meís⟩

ubi B habet (*er.* d [*vix* ſi *vel* h] *post* equo *et* armiſ equo *ex* armi ſequo):

Arte gymnaſtica · diſco · haſtis · filia
Curſu · armiſ equo //// uictitabam uolup

itemque reliqui, nisi quod gymnaſica *F* pila *Z et* t pila *Bb in marg.* filia *BCDF* curſuar miſ *D* uictitabã (*er.* ſ, *ut vid., supra* it) *D* uolupe *BbCDFZ* (*) 154. Parſimonia et duricia *F.* Parſimoniae /// eduritia (*er. litterula vel apice*) *B.* parſimonia eduricia *C.* par ſimoniaeduritia *D.* per ſimonia et duricia *Z* discipulinae aliis *R.* diſcipuli nealieiſ *Ba.* Diſcipuli nealiiſ *D.* Diſcipulinealiiſ *C.* diſciplinę aliiſ *B e corr. et ras. FZ* 155. Optimi *FZ* expetebant a mę (*sic*) doctrinam *Bb.* expetebant tam edoctrinam *Ba.* expetebant tã E doctrinã *CD.* expetebat ean doctrinam *Z.* expetebant eam doctrinam *F: corr. Gruterus e Bb* (*) 156. me opte *BC* (*)

PHILEMATIVM. SCAPHA. PHILOLACHES

PHILEMATIVM

Iam prídem ecastor frígida non láui magis lubénter,
Nec quóm me melius, méa Scapha, rear ésse deficátam.

SCAPHA

Euéntus rebus ómnibust, uelut hórno messis mágna:
Fuit.

PHILEMATIVM

Quíd ea messis áttinet ad meám lauatiónem?

SCAPHA

Nihiló plus quam lauátio tua ad méssim.

PHILOLACHES

O Venus uenústa,
Haec íllast tempestás mea, mihi quaé modestiam ómnem
Detéxit tectus quá fui, quom míhi Amor et Cupído
In péctus perpluít meum: neque iam úmquam optigere póssum.
Madént iam in corde párietes: periére haec oppido aédes.

Act. I Sc. 3 PHILEMATIV̄ · MERETRIX · SCAFA ANCILLA· PHILOLACHES · ADOLESCENS · *B.* PHILOMATVM mulier Scafa ancilla ‖ Philolachef *rubr. in D* (*supra* philematiū m ſcafa ā ‖ philolachef *a Db scripta*). *unius v. spat. CDa.* Philocomaſium mulier. Scapha ancilla. Philolaches aduleſcenf *FZ, nisi quod* adol. *Z* 157. PHILE *praem. B* pridem ecaſtor *B.* pridēme caſtor *C.* pridē mecaſtor *DFZ* lubenter *ex* iubenter *Bb* 158. quom me *B.* cū^{me} *C.* cum me *FZ.* cūme *D* mea ſcapha rear eſſe de///ficatam *ex* meaſ capharea reſ ſede///ficatam (*er.* d *ante* f, *ut vid.*) *Bb c. ras.* (*eadem* t defecatā *in marg.*). meaſ caphareareſ edificatā *CD* (mea ſcapha *Dc et + in marg.*). mea ſcapha rereſ ędificatā *Z.* mea ſcapha reriſ edificatam *F* (*) 159 *sq.* SCA *B: spat. om. CD* E//////uentuſ *c. ras. 2 litt. et* u *post ras. e corr. B* omnibust ℜ. omnibuſ *libri* uelud *C* homo *Z.* horreo *e 'codd. antiquis' affert Pius post* magna *sic dist.* ✠ *post* fuit *in spat. maiore* ſcafa *Db* (PH. *Z.* Philo.^{m} *F, ut solet*) (*) 161. phi *et* ſca *Db in spat. mai.* lauato^{i} *F* admeſſim *B* o *FZ.* Oh *BCD* 162. Hec *C.* Nec *F* eſt *libri* mihiq; *CF* moleſtiā *C* 163. tectuſ qua *BbZ.* tectuſ que *Ba.* tectuſq; *CDF* quom ℜ. quam *libri* cōpido^{v} *D* (*) 164. Inpectuſ *B* perpulit *F* unquam *CD* obtigere *D m. al. Z.* optingere *B* (*exp.* g *Bb*). obtingere *reliqui* (*) 165. *Spat. circ. 8 litt. ab initio v.*

PHILEMATIVM

Contémpla, amabo, méa Scapha, satin haéc me uestis déceat.
Volo mé placere Phílolachi, meo océllo, meo patróno.

SCAPHA

Quid tú te exornas móribus lepidís, quom lepida túte's?
Non uéstem amatorés amant muliéris, seḍ uestis fártum.

PHILOLACHES

Ita mé di ament, lepidást Scapha: sapít scelesta múltum.
Vt lépide omnis morés tenet senténtiasque amántum.

PHILEMATIVM

Quid núnc?

SCAPHA

Quid est?

PHILEMATIVM

Quin me áspice et contémpla, ut haec me déceat.

SCAPHA

Virtúte formae id éuenit, te ut déceat quicquid hábeas.

---

169. fartim *tamquam adverbium hinc habet Gloss. Plaut.: cf.* R *Opusc. phil. II p. 252 et vide Apuleium metam. II 7* (uiscum fartim concisum).

---

ante madentiam incorde ***habet B*** (iam *separ. Bb*) periere, i *ex* r *vel* e *corr. B* /////// hec (*er.* hec) *B.* hę *reliqui.* hac *codd. Pyladis: corr. Camerarius* opido *F* ędiſ *CD.* ediſ *Ba.* edi[e]ſ *Bb* 166. hec *C* (*) 167. me *Bothius.* meo *libri* Philolachi *Camerarius.* philolacheti *libri* (o *ex* a *Ba*) oc[ii]ello (*er.* [c] *ut vid.*) *D.* occello *Z* (*) 168. SCA *Db* Quid *Bothius.* Quin *libri* tute *BC.* tue *Da.* tu[t]e *Db* quom (m *ex* n) lepida tu te eſ *B.* cum lepida tu te eſ *Z.* cu[b]m tu[a]te lepida (a *ex* æ *ras.*) e[c]ſ *Da.* cũtute lapida eſ *C.* cum tute lepida eſ *F* (*) 169. fartum *Saraccnus et Pius, fortasse cum Scutario.* partum *FZ.* fartim *BCD: cf. testim.* ſeduestiffartim *D,* ſſa *ex* me *corr.* (*) 170. PHILE[o] *B.* ph *Db* (PHI *rubr.*) dii *F* est *Gruterus: om. libri* (*) 171. lepidé *D* omneſ *B.* oñſ *CD* mores *Bergkius Opusc. I p. 125.* reſ *libri* amantum *BCD.* donantium *FZ* (*) 172. SCA *et* PH (*non* PH *ab initio*) *Db in spat.* hoc *FZ* deceat *Camerarius.* decet *libri* (*) 173. SCA *Db* forme *D* formae id euenit *ex* forma ei deuenit *Bb* (*)

PHILOLACHES

Ergo ób hoc uerbum * * * te, Scapha, dónabo ego hodie áliqui,
Neque pátiar te istanc grátiis laudásse, quae placét mi.

PHILEMATIVM

Nolo égo te adsentarí mihi.

SCAPHA

Nimis tú quidem stulta's múlier.
Eho, máuis uituperárier falsó quam uero extólli?
Equidém pol uel falsó tamen laudári multo málo,
Quam uéro culpari aút meam speciem álios inridére.

PHILEMATIVM

Ego uérum amo: uerúm uolo dicí mihi: mendacem ódi.

SCAPHA

Ita tú me ames, ita Phílolaches tuos té amet, ut uenústa's.

PHILOLACHES

Quid aís, scelesta? quómodo adiurásti? ita ego istam amárem?

---

181. *Huc respicere credit Taubmannus Persium Sat. I 55:* et 'uerum' inquis 'amo, uerum mihi dicite de me'.

---

174. PH. *Db lacunam signavit* ☞ (*e. c.* ut merere *supplens*) onabo *Z* hodie, h *ex incohata* c *vel* o, *D* aliquia *C* (*) 175. paciar *C* iſtanc *B.* hanc *reliqui* gratiſ *libri: corr. Bentleius in Adelph. IV 7, 26* laudaſſe quę *Bb.* laudaſ (aſ *ex* eſ) ſeque *Ba* mihi *libri* (*) 176. te adſentari mihi *B.* te aſſentari mihi *DZ.* te aſſentiri mihi *F.* mihi te aſſentari *C* SCA *Db: om. Z* tu quidem *B.* quidem tu *reliqui* eſ *libri* millier *B ante ras.* (*) 177 *sq.* SC. Eo *Z* maiuſ *Da: corr. Dc* uituperarier *Bothius, Bentleius.* uituperari *libri, et B quidem praeced. ras. 1 vel 2 litt.* (*) 179. PHILE. *praem. BFZ,* PH *Db: del. Lambinus, Canterus Nov. lect. VII 2 Verba* Equidem .... quam uero *suo loco omissa C habet in ima marg. add.* đ *et* ħ 180. culpari. ain *FZ, codd. Pii* ſpetiem alioſ *D.* ſpetiem aliaſ *codd. Pii* inridere *BZ.* irridere *CDF.* inuidere *codd. Pii* (*) 181. PH. *Canterus l. s. s.: om. libri (sine spat. CD)* uerũ *prius oblitteratum rescr. Dc* uolo mihi dici *F* (*) 182. SCA *Db in sp.: om. C* me ameſ ita *ex* mea me ſita *Bb* tuuſ *libri* amat *C* ///uenuſta *B, er.* t eſ *libri, sed B ras. ex* eſt 183. Phila^lo *praem. Db: om. B* ait *Z.* aiſ *'alibi legi' etiam Pius dicit* qũo adiuraſti *Z* amaræm *C cum spat. in fine v.* (*)

Quid istaéc me, id quor non ádditumst? infécta dona fácio.
(Periísti: quod promíseram tibi dóno, perdidísti.)

SCAPHA

Equidém pol miror tám catam, tam córdatam et bene dóctam
Nunc stúltam stulte fácere.

PHILEMATIVM

Quin mone quaéso, si quid érro.

SCAPHA

Tu ecástor erras, quaé quidem illum exspéctes unum atque íllí
Morém praecipue síc geras atque álios aspernére.
Matrónae, non meretríciumst, unum ínseruire amántem.

PHILOLACHES

Pro Iúppiter, nam quód malum uorsátur meae domi íllud?
Di deaéque me omnes péssumis exémplis interfíciant,
Nisi ego íllam anum interfécero sití fameque atque álgu.

---

184. iſta ///ec mẽ · cur//// *ex* iſta haec mẽ· cura *Bb* (*ubi distinctionem corr. Seyffertus Burs. Annal. LXIII p. 78*). iſta hec me id cura *CD*. iſtec me id cura *F*. ita haec me? id cur *Z* eſſe *F*. eſt *reliqui* fatio *Ba: corr. Bb* (*) 185. *Seclusit Fleckeisenus* Per////ſti (Perdiſti, *ut vid.*) *Ba*. Periſti *BbCDF*. Periit *Z* dono *Camerarius*. dona *libri, sed* donā *B ab rubr. corr.* ꝑdiſti *Ba:* di *s. v. Bb* (*) 186. catam *Pius, Pylades*. captam *libri* cordatam ☙ *coll. Pocn. 131, al.* doctam te *libri, sed* docta *Ba:* ã *Bb* (*) 187. Nunc stultam *Bothius*. ẗ ñ ſtultã *Bb in marg.* Non ſta i tam *Ba* (ſtä *Bb*). nonſtai‖ Tam *C*. non ſta itã *Da* (iſtã *Dc, in marg. + addens*). Noſti id tam *F*. Non ſcire te *Z* ſca *Db in spat.* queſo *CD*. quẽſo *B*, ˢ *er.* ſiquid *BC* (*) 188. Sc. *om. F* Tuae caſtor *C* quę *ex* que *Bb* quidem *om. codd. Pyladis* expecteſ *BCDZ*. expeteſ *F, idque 'alibi scribi' Pius ait* (*) 189. Moram *B* precipue *BD*. /// Precipue *C* (*er.* P, *ut vid., oblitterata*) gerenſ *C* aspernere *R*. aſpernereſ *Ba* (*alt.* r *ex* s) *CD*. aſperneriſ *BbFZ*. experneriſ '*nonnulli libri*' *Lambini* 190. Matrone *Ba* (ę *Bb*) meretricium *B* (iu *ex* n) *Z*. meritritiũ *Da*. meritriciũ (it *ex* ic) *C*. meretricum *B ex ras. F, quod 'alibi legi' Pius dicit*. meritricum *Dc* eſt *libri* unum *Bb* (*) 191. ꝑ *ex* ꝑ *Dc* inpiter *FZ* quid *Z* uerſatur *libri* meae domi illud *Camerarius*. meae,dom illum *Bb*. mea edomillum *BaCF*. meaedomillũ *D*. in ea domillum *Z, codd. Pyladis* r *in marg. extr. iuxta hunc v. habet B* 192. me omneſ *R*. oms̃ me *CDFZ*. omneſ·me *Bb*. omneſ *Ba* peſſimiſ *libri* (*) 193. ///anum *B* (*er.* m) fame atque *F*. famę atque *Z* algu *B*. gelu *reliqui* (*)

PHILEMATIVM

Nolo égo mei male te, Scápha, malam praecípere.

SCAPHA

Stulta's pláne,
Quae illúm tibi aeternúm putes fore amícum et beneuoléntem.
Moneo égo te: te ille déseret aetáte et satietáte.

PHILEMATIVM

Non spéro.

SCAPHA

Insperata áccidunt magis saépe quam quae spéres.
Postrémo, si dictís nequis perdúci ut uera haec crédas
Mea dícta, ex factis nósce rem: uides quaé sim: fui ante péior
Nilo égo quam nunc tu: amáta sum atque uní modo gessi mórem,
Qui pól me, ubi aetate hóc caput colórem commutáuit,
Relíquit deseruítque me: tibi idém futurum créde.

PHILOLACHES

Vix cómprimor, quin ínuolem illi in óculos stimulatríci.

PHILEMATIVM

Solam ílle me solí sibi suo súmptu liberáuit:
Illí me soli cénseo esse opórtere opsequéntem.

---

194. mei *BaCDF*. mei *Bb*. mihi *Z* malam ☙ (*cf. Cas. 826, al.*): *om. libri* precipere *B* eſ *libri* plaue *C* (*) 195. eternũ *ex* eter nũ *Dc* puteſ *B*. putaſ *reliqui* bene uolentem *C*. beniuolentem *FZ* 196. tete *Ba* (*separ. Bc*) *C* etate *D* ſacietate *BC* (*) 197. Inſperatã *C* ſepe *BCD* quam que *Ba* (ę *Bb*). quam q' *D*. quãque *C* ſpecieſ *Z* 198. hec *C* 199. noſcerem *BaCDa* (*separ. BcDc*) quęſim *C* fui ante peior ☙. et que fui ante *libri* (quę *BbFZ*) (*) 200. Nilo *D*. Nihilo *reliqui* *post* tu *dist.* ☙ amataſũ *D*, *sed* ta *ex* tu *c. ras.* geſſimo////rem (*er.* mo *vel* do) *D* (*) 201. etate (a *ex* e) *D* capud *C*. capud̄ (t *ex* d) *D* calorem *C* *ante corr.* c°alorem *D*. colerem *F* 202. Reliquid *Ba* (t *ras. ex* d) *Da* (*corr. Dc*) *C* crede *Acidalius*. credo *libri* (*) 203. ſtrmulatrici *C* (*) 204. 205 *hoc ordine* ℜ: *inverso libri, sed incohantes a vocabulo* Solam *v. 205* me *BCD, codd. Pyladis: om. FZ* ſue *F* sumptu *duce Lambino Weisius in adn., Bentleius: om. libri* Sibi *ex* Soli *C* liberaũ *C* (*) 205. Illi *Fleckeisenus*. Solam illi *libri: v. s.* me *Camerarius*. meo *libri* Soli illi cenſeo *C* oportere eſſe *F* opſequentem *B*. obſequentem *CD* (*)

PHILOLACHES

Pro di ímmortales, múlierem lepidam ét pudico ingénio.
Bene hércle factum, et gaúdeo mihi níl esse huius caúsa.

(SCAPHA

Inscíta ecastor tú quidem es.

PHILEMATIVM

Quaprópter?

SCAPHA

Quae istuc cúres,
Vt te ílle amet.

PHILEMATIVM

Quor óbsecro non cúrem?

SCAPHA

Liberá's iam:
Tu iám, quod quaerebás, habes: ille té nisi amabit últro,
Id pró tuo capite quód dedit perdíderit tantum argénti.

PHILOLACHES

Perii hércle, ni ego illam péssumis exémplis enicásso.
Illa hánc corrumpit múlierem malesuáda uitilenúlla.

---

213. malesuada *hinc habet Sidonius Apollinaris Epist. VII 5, 3.*

---

206. Prodi *C.* Pro dii *FZ* mulierẽ lepidã Et pudico *ex* mulierefſ epidũ Et pudicũ *Da* 207. Nil *C.* nihil *BD.* nihili *FZ* *V.* 208—223 *alteri recensioni tribuit Ladewigius Philol. XVII p. 465 sqq.* (*) 208. inſcita ecaſtor *FZ.* Inciſte ecaſtor *B* (r, *ut v. 191, et* t incuſ *in marg.*). inciſte caſtor *praeced. spat. D itemque subsequente spat. C* Quia ꝑpt̃ *c. spat.* (*lineola expleto*) *C* cureſ *Pylades* (cũraſ *'prisca exempl.' Pii*): *om. libri* 209. uite ille *Da: corr. Dc.* inte ille *Z.* inquam ille *F.* te an ille *e 'priscis exemplaribus' Pius afferens vix vere testatur.* ut te ille *etiam 'codd. antt.' Pyladis* cur (Cur *B*) *et* eſ *libri* 210. iam *om. F* quot *CD* querebaſ *BaC* (ę *Bb*) (*) 211. tuo capite *Bentleius.* capite·tuo *B m. ead.* capite tuo *DFZ.* capte tuo *C* perdidit *F* (*) 212. *Proxima sic turbata sunt in C:*

Tantũ argenti · illa hanc corrũpit mulierẽ maleſuada
Vttilena. Nunquã ego illi poſſũ grãin referre ut merituſt ·d·
Perii hercle ni ego illam peſſumiſ Exempliſ enicaſſo
·d·
De me ſcapha. idtu mihi ne ſua deaſ utillũ minoriſ pendã

212. herde *Da* (*corr. Dc*): *om. F* ne *B* peſſimiſ *F* enecaſſo *ex* enicaſſo *rubr. in B* 213. male ſuadam *B* (m *del. rubr.*). male

PHILEMATIVM

Numquam égo illi possum grátiam reférre, ut meritust dé me:
Scapha, íd tu mihi ne suádeas, ut illúm minoris péndam.

SCAPHA

At hoc únum facito cógites: si illum ínseruibis sólum,
Dum tíbi nunc haec aetátulast, in sénecta male querére.

PHILOLACHES

In ánginam ego nunc mé uelim uerti, út ueneficaeílli
Faucís prehendam atque énicem sceléstam stimulatrícem.

PHILEMATIVM

Eundem ánimum oportet núnc mihi esse, grátum ut inpetráui,
Atque ólim priusquam id éxtudi, quom illí subblandiébar.

---

218. *Servius itemque schol. Bern. in Verg. georg. III 497:* angina dicitur porcorum morbus qui [quae *Bern.*] occupat fauces. Plautus [dicit *add. Bern.*] 'uellem me in anginam uerti ut huic aniculae fauces praeoccuparem [praeoccuparem fauces *Bern.*]'. *Pauli Festus p. 8 M.:* angor est animi uel corporis cruciatus, proprie a Graeco ἀγχόνη id est strangulatione dictus: unde et faucium dolor angina uocatur. Plautus 'uellem me in anginam uerti quo huic aniculae fauces praeoccuparem'. *Vbi sententiam potius quam verba afferre Servium (usum fortasse veteri scholiasta) indidemque interpolatum esse Paulum* [*cuius cod. Monac. optimus om. testimonium Plautinum*] *Ritschelius vidit consentientibus Goetzio Act. soc. phil. Lips.*

ſuada *Z* uitilenulla *S*. uitilena *B*. Vitilena *Db*. Vttilena *C*. Vti lena *Da* (*ut vid.*) *F*. Lena *Z*. uutilena *codd. Pyladis* (*) 214. refferre *Z* merituſ eſt *Z* deme *B* (*) 215. neſuadeaſ *B*. ne ſua deaſ *C*, d *ex* q *incohata corr.* (*ut vid.*) 216. At *BC*. Et *DFZ* inſer uibiſ *Da* (*copul. Dc*). inſeruiiſ *Ba*. inſeruiiſ *Bb* 217. ętatula ſt *B*. ętatulaeſt *C*. aetatula eſt *DFZ* inſenecta *BC* quęrere *D* (*) 218. *Cf. testim.* Inaginam *B* uelim uerti *BDFZ*. uerti uelĩ *C* beneficę *B* (v *Bb*) (*) 219. F///auces (*er.* f, *ut vid., vel* l). Fauceſ *reliqui: corr. Bothius* prehendam, h *ex* n *B*. p̄hendam *D*. prendam *FZ* enicem *Ba*. enecem *BbCDFZ* ſceleſtam ſimulatricem *Z*. ſtimulatricem ſceleſtam *C* 220. Eeundem *Da* (*alt.* e *exp. Dc*) mihi oportet eſſe (*om.* nunc) *Servius* michi *B* *ante* gratum *dist. R* (*post* gratum *vulgo*) ut impetraui *Z*. ut inpetra vit (*ex* inpetrabã, *ut vid.*) *D*. ut inpetrauit *F*. ut impetrauit *B*. ut imperauit *C*. ut impetu *Scrvii T*. impetu qui *Servii F* (*) 221. priuſ quam *BC* extudi *BD*.

PHILOLACHES

Diuí me faciant quód uolunt, ni ob ístam oratiónem
Te líberasso dénuo et ní Scapham enicásso.)

SCAPHA

Si tíbi sat acceptúmst, fore tibi uíctum sempitérnum
Atque íllum amatorém tibi propriúm futurum in uíta,
Solí gerundum cénseo morem ét capiundas crínes.

PHILEMATIVM

Vt fámast homini, exín solet pecúniam inueníre.
Ego sí bonam famám mihi seruásso, sat ero díues.

PHILOLACHES

Siquidem hércle uendundúst pater, ueníbit multo pótius,
Quam té me uiuo umquám sinam egére aut mendicáre.

VI p. 239, Leidolpho Commentat. Ien. II p. 202, Laemmerhirtio ibid. IV p. 374 sqq. (qui Winterum fragm. Plaut. p. 19 aliter iudicantem apte refutat), Thewrewkio. 220. [*Seruius*] *ad Verg. Acn. X 231:* 'ut' autem pro quoniam. Plautus .... in Mostellaria [immo ſtellariae *F.* in mustellaria *T*] 'eundem .... impetraui' pro quoniam. 225. *Nonius p. 361, 29 M.:* proprium rursum significat perpetuum .... Plautus Cistellaria [Mustellaria *Merc.*] 'atque .... uita': *cf. Reblinius p. 13. 125 et Caesar p. 21.* 226. *Nonius p. 202, 24:* crines .... feminino Plautus Mostellaria 'gerundum morem censeo et capiundas [capiendas L^1] crines tibi': *cf. Reblinius p. 92 sq.*

---

extuli *CFZ* quom *BF.* cũ *CDZ* ſublandiebar *Ba* (*alt.* b *s. v. Bb*) *CD* (ba *ex* aa, *ut vid.*) *F* + *in marg. Dc* 222. Diui *Bothius.* Di *BCD.* Dii *FZ* (*) 223. Te, T *ex* L *B* liberaſſe *F* ni ſcapham *F.* ni ſcaffam *Z.* nicaſpam *BD.* ni caſpam *c. spat. C* enicaſſo *libri, sed* e *ex* i *rubr. in B* (*) 224. ſat *B: om. reliqui: cf. v. 247* eſt *libri* tibi ui////ctum (*er.* ṇ) *B.* tibi uictum *CD.* tiunctum *F.* tibi unicum *Z* (*) 225. ullum *Nonii ABGen* inuita *B* 226. gerendum *et* capiendoſ *libri, nisi quod* capiend^{o}//ſ *B* (*er.* a)*: vide testim.* (*) 227. PHILE *B, Camerarius: hic om. FZ* eſt *libri* exin ſolet *Bb.* ex in ſole *BaZ.* exin ſole *D.* exinſole *C.* ex inſole *F* pecuniam, c *ex* t *D* (*) 228. PHIL. *hic praem. FZ* ſeruaſſo *ex* ſeruaſſe *et* diueſ *ex* diuiſ *D* 229. Si quidem *D* (*non BC*) uendundust pater, *Weisius in adn.* (est *cum Camerario*). uendundum ſipater (un *ras. ex* um) *B.* uendundũ ſipat̃ *CD.* uendundum ſi pater *F.* uendundum ſit. pater *Z* (*) 230. teme, m *ex corr. D* unquã *CD*

SCAPHA

Quid illís futurumst céteris, qui té amant?

PHILEMATIVM

Magis amábunt,
Quom mé uidebunt grátiam reférre rem ferénti.

PHILOLACHES

Vtinám nunc meus emórtuos pater ád me nuntiétur,
Vt ego éxheredem mé meis bonis fáciam atque haec sit héres.

SCAPHA

Iam istá quidem absumpta rés erit: dies nóctisque estur, bíbitur,
Neque quísquam parsimóniam adhibét: sagina plánest.

PHILOLACHES

In te hércle certumst príncipe, ut sim párcus, experíri:
Nam néque edes quicquam néque bibes apud me hís decem diébus.

PHILEMATIVM

Si quíd tu in illum béne uoles loqui, íd loqui licébit:
Nec récte si illi díxeris, iam ecástor uapulábis.

240. *Festus p. 162, 20 M.*: 'nec' coniunctionem grammatici fere dicunt esse disiunctiuam, ut 'nec legit nec scribit', cum, si diligentius

231. *Ante* illiſ *2 litt. ras. B* eſt *libri* cęteriſ *CZ* amant te *m. Camer. in B* te amant. magiſ (*om. spat.*) *C* 232. Quom me *Gruterus.* Quom *BF.* Cum *CDZ* referre rem ferenti *Gruterus.* refferr////////i *B* (*er.* ent, *ut vid.*). referenti *C et* (*ex* referiat, *ut vid.*) *D.* referentem *F.* refferentem *Z* (*) 233. Phlola *Db in spat.* meũſ nũnc *Ba* (*vel Bb*). nc̃ mſ *CD.* nunc meuſ *FZ* emortuos ℰ. mortuuſ *libri* ad me *om. codd. Pyladis* nuncietur *BCDZ* (*) 234. me meis ℰ, *item Scyffertus.* meiſ me *BFZ.* meiſ ‖ Me *CD* boniſ fatiam *BD.* faciam boniſ *C* ſit hereſ *FZ.* ſit ///////hereſ *B* (h *in ras., er.* reſ). ſit reſ *CD* (*) 235 *sq.* iſta quidem abſumpta quidem *BCDF.* iſta quidem abſumpta *Z* reſerit *BaDa: separ. BbDc* dieſ ‖ Nocteſ q////// eſt urbibitur ‖ Neque *Ba* (ua *er., ut vid.*): *ubi* Nocteſq᷑ eſtur bibitur *Bb.* dieſ nocteſq᷑ eſtur bibitur ‖ Neq᷑ *reliqui, nisi quod* Nec *F* qũſquam *C* ///// adhibet *B* (*er.* h, *ut vid.*) eſt *libri* (*) 237. Inte *B* hercle, r *ex* c *Da* certũſt *C.* cęrtũſt *D.* certum eſt *BFZ* principe *Bothius, Bentleius.* printipiũ *D.* principium *reliqui* 238. ędeſ *D* quic quam *B* apud *ex* aput *Ba* me his decem *Bothius, Bentleius.* me iſdec *B.* me iſdem *CDb.* meiſ *Da.* me iiſdem *FZ* (*) 239. Siquid *BC* 240. *Cf.*

PHILOLACHES

ɜpól si summo Ióui probo argénto sacruficássem 243
ı illíus capite quód dedi; numquam aéque id bene locássem. 244
leás eam medúllitus me amáre: oh probus homó sum: 241
ae pró me causam díceret, patrónum liberáui. 242

SCAPHA

leó te nihili péndere prae Phílolache omnis hómines. 245
nc, ne éius causa uápulem, tibi pótius adsentábor.
accéptum sat habes, tíbi fore illum amícum sempitérnum.)

PHILEMATIVM

.o mi speculum et cum órnamentis árculam actutúm, Scapha,
ıata ut sim, quom húc adueniat Phílolaches uoluptás mea.

SCAPHA

lier quae se suámque aetatem spérnit, speculo ei úsus est: 250

---

iciatur, ut fecit Sinnius Capito, intellegi possit eam positam esse ıntiquis pro 'non', ut.... et apud Plautum in Fasmate 'nec recte lli dixeris': *cf.* ℞ *Parerg. p. 159.* 245. *Varro de l. l. IX* !: 'nihilum' uocabulum recto casu apparet in hoc .... idem hoc quo apud Plautum 'uideo .... homines': quod est ex 'ne' et '. quare dictus est 'nihili' qui non hili erat: *cf. Bergkius 'Beitr.'* 57. 248. *Priscianus inst. III p. 114, 8 H.:* arca arcula, mensa sula. Plautus in Mostellaria 'cedo .... arculam'.

---

m. dixeriſ, ix *Bb in 2 litt. spat., ut vid.* 243. PHIL *B* Ioui probo argento ℭ. ioui bo agent o////////// *Ba* (io *ex* ut *vid. et er.* ſacri, *ut vid.*). ioui· bo agent o////////// *Bb* (uiuo *del.* *Camer.*). ioui uiuo argento *DFZ.* ioui ioui argento *C* (*) illuiſ *B* quid *Z* eque *Z* locassem *Guyetus, Bentleius.* o caſſem *B.* collocaſſem *reliqui* 241. Videas ℭ *coll. Capt. 420.* uideaſ *libri* medulituſ *Z* ·oh· *D* (*) 242. Que *Ba* *Bc*). Qui *FZ* (*) 245. ſca *Db in spat.* Video enim te nichili *ro* (enim *del. Vertranius*) praephilolace *B* (⊢ *Bb*). prae philo- ıo *Varro.* philolacheſ *F* omiſ *Varro.* omneſ *BFZ.* omſ *CD* 246. cauſa//// *B* (*er.* m) uapulæm *D* potiuſ *ex* pociuſ *C* ntabor *B.* aſſentabor *reliqui* (*) 247. *Hunc v. e v. 224 sq. con- m esse vidit Acidalius* Si *Camerarius.* Iſ *B.* iſ *reliqui* (*) Philema *Db in spat.* mihi *libri cum Prisciano* ſcapha, *prior* : l *C* 249. quom *BF.* cũ *CDZ* hic *F* adueniat ℞. ueniat i philolaceſ *B* (*) 250. Sca *Db in sp.* que *B* ſe *om.*

Quíd opust speculo tíbi, quae tute spéculo speculum es máxumum?

PHILOLACHES

Ób istuc uerbum, né nequiquam, Scápha, tam lepide díxeris,
Dábo aliquid hodié peculi — tíbi, Philematiúm mea.

PHILEMATIVM

Suó quique loco? uíden? capillus sátis compositust cómmode?

SCAPHA

Vbi tu commodá's, capillum cómmodum esse crédito.

PHILOLACHES

Váh, quid illa pote péius quicquam múliere memorárier?
Núnc adsentatrix scelestast, dúdum aduorsatrix erat.

PHILEMATIVM

Cédo cerussam.

SCAPHA

Quíd cerussa opúst nam?

PHILEMATIVM

Malas qui óblinam.

---

254. *Nonius p. 298, 19 M.:* capillus masculini est generis .... neutri Plautus Mostellaria 'uide capillum satin conpositum sit conmode' [compositum *et* commode L^2 *H*]: *cf. Reblinius p. 65, Caesar p. 53.*

Da: sup. scr. Db ei usus est *Camerarius* (*etiam in B marg. ext. adscr.*). eluſa c̃ *B* (a *in ras. Bb*). eluſa eſt *reliqui* 251. opuſ *FZ* que *BF* tu te *B* maximum *Z* (*) 252. Philo//// (*er.* m) *Db in sp.* obitu *Da.* obitu$^{f\,c}$ *Db* nenequiquam *BCDa.* ne nequiquam *DcFZ* ſcaphatam *BaC* (*separ. Bb*) dixeriſ^{t} *B* (. *Bb*) 253. peculi tibi *Bothius, Bentleius:* tibi peculi *Camerarius.* pculi tibi *Ba* (p^{e}culi *Bb*). Ferculi tibi *CDa.* Sca. Perculi tibi *Db* (+ *in marg. Dc*). SCA. Pertuli tibi *FZ* phile matiũ *D.* philocomaſium *F.* philocomaſſium *Z.* philematium *etiam Pyladis codd.* (*) 254. Ph *Db in sp.* quidque '*codd. ant.*' *Pii distinxit* ☙ *duce* ℜ *et Scyfferto: cf. testim.* compoſituſt, oſit *e corr. post ras. litt.* uſt *vel* tuſt *B.* compoſituſ eſt *Z: cf. testim.* (*) 255. Sca *Db in sp.* commodes *BCDF codd. Pyladis: corr.* ℜ *cum Camerario.* comedaſ *Z* 256. Philo *Db in sp.* pote *Ba.* potẽ *Bb.* poteſt *reliqui* mulieri *ex* mueieri *Ba* memorarier *Dc,* '*aliqui codd.*' *Pyladis, Saracenus.* morarier *BCDaFZ* (*) 257. adſentatrix *B.* aſſentatrix *reliqui* eſt (*vel* ẽ) *libri* aduerſatrix *libri* 258. *Personas in spat. add. Db* Cedoc

SCAPHA

Vna opera, era, ebur átramento cándefacere póstules.

PHILOLACHES

Lépide dictum de átramento atque ébure. eugae, plaudó Scaphae.

PHILEMATIVM

Túm tu igitur cedo púrpurissum.

SCAPHA

Nón do: scita's tú quidem.
Nóua pictura intérpolare uís opus lepidíssumum?
Nón istanc aetátem oportet pígmentum ullum attíngere,
Néque cerussam néque Melinum néque aliam ullam offúciam.

PHILEMATIVM

Cápe igitur speculum.

PHILOLACHES

Eí mihi misero: sáuium speculó dedit.
Nímis uelim lapidém, qui ego illi spéculo dimminuám caput.

---

261. *Cf. glossam CGL. IV p. 421, 3 G.:* purpuriſſimum: genus aedilis. *Huc rettulit Loewius Prodr. p. 267:* genus medicaminis *corr. Thewrewkius 'Egyet. Philol. Kösl.' II p. 244. Adde CGL. II p. 165, 24 G.:* purpurissimum: *φῦκος.*

---

eruſſam *Ba* (*corr. Bb*) ceruſam *et* ceruſa *Z* (nam opuſt?) PH. malas qui *R*, *item Fleckeisenus.* opuſ nam? PHILE· Qui malaſ *B* (u *Bb*). opuſt? nam qui malaſ *reliqui, nisi quod* opuſ eſt *Z et* PH. *in spat. DbFZ* (*) 259. Sca. *Db in sp.* PH. *Z* opera, era *S.* opera *libri* cadefacere, ca *in ras.* (*fuit* ma *vel* atq' *ex v. sq.*) *Da* (*) 260. PH. *huic versui* (*nihil proximo*) *praem. Db,* Philo. *cum huic tum proximo Z* ebure *B.* ebore *reliqui* euge *libri* ſcaphę *BbCD.* caphę *Ba* (*) 261. igitur, ır *ras. ex* pur, *ut vid., D* purpuriſſimũ *C: cf. testim.* puriſſimum *B* (ſi *exp. Bb*) Sca *Db in sp.* eſtu *BaCDa.* eſ tu *Bb* (*vel m. rec.*) *DcFZ* (*) 262. inter polare *B.* interpolare, o *ex* u, *Da.* interpollare *Z* leppidiſſimum *C.* lepidiſſimum *reliqui* 263. iſtam *FZ* ętatę *D* opportet *Z* illum *D.* illud *FZ* 264. ceruſam *Z* melium *Z.* melinum *reliqui: corr. Vssingius* aliamullã (u *ex* ti) *D* offuciam *DcFZ.* offugiam *BCDa.* ſ effigiem *Bb in marg.* (*) 265. PHILE *praem. B,* Philom *F: om. Z* Phile *ante* ei *Db* hei *F* miſero *ex* miſ pro (*ut vid.*) *Da, ex* miſere *C* ſabuũ *Da: corr. Db et Dc* dedi *B* 266. ſpeculum odim minuat *Ba.* ſpeculum ///dim minuã *Bb.* ſpeculo imminuat *CDa*

SCAPHA

Línteum cape átque exterge tíbi manus.

PHILEMATIVM

Quid ita, óbsecro?

SCAPHA

Út speculum tenuísti, metuo né olant argentúm manus:
Ne úsquam argentum te áccepisse súspicetur Phílolaches.

PHILOLACHES

Nón uideor uidísse lenam cállidiorem ullam álteras.
Út lepide atque astúte in mentem uénit de speculó malae.

PHILEMATIVM

Étiamne unguentís unguendam cénses?

SCAPHA

Minume féceris.

PHILEMATIVM

Quápropter?

SCAPHA

Quia ecástor mulier récte olet, ubi níl olet.
Nám istae sueres, quaé se unguentis únctitant, intérpoles,

---

273. *Huc spectat Cicero ad Att. II 1, 1:* ut mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, uidebantur. *Adde Martialem VI 55, 5:* malo quam bene olere nil olere (*et II 12, 4:* non bene olet, qui bene semper olet). 274. *Non recte ad hunc v. attulit Loewius Prodr. p. 267 glossam* interpolis: uestis quae ex uetusta fit quasi noua: *cf. Fronto p. 161, 1 N.*

(Sca *in sp. Db*). ſpeculo imminuam *FZ: corr. Camerarius* caput *ex* capud *BaDa* 267. cape atque *BC.* cape atq' *ex* capecet q' *Da* (atq' *clarius suprascr. Dc*). cape tuque *FZ* exteger *Da: corr. Db* tibi capimanuſ *B, sed ut* capi *aut Ba aut Bb induxerit* Ph *Db in sp.* 268. Sca *Db* ne olant **R**, *Fleckeisenus.* ne oleant *BCFZ.* neoleant, a *ex corr.* (*fort. ex* e) *C* 269. philolaceſ *Ba* (ᵗ *s. v. Bb*) 270. alteraſ *BaCDa.* alterã *BbDcFZ* (*) 271. *Spat. ante* ut *C* lepide, de *ex* dæ *Db* inmentem *B* de speculo malae *Camerarius.* deſpeculo male *B.* de ſpeculo mane *CD, nisi quod* mane' *C.* de ſpeculo. PHI. mane *FZ* 272. Ph *Db* unguntis *Ba* ungendam *F* cenſeſ? *Bb in loco raso et* SCA *cum spatio post rasuram vocis* Cenſeſ? (A *supra* C *er.*) ungüentiſ cenſeſ unguendã *C* (tiſ *ex* dã) ce///ſeſ *ex* ceſſeſ *Da* S *Db in sp.* minime *libri* 273. Phi *et in sp.* SCA *Db* recte' *C* nihil *libri* 274. istae sueres **S** *duce Ba coll. Epid. 579 et fragm. v. 36 W.* iſteſ uetereſ *B ante ras.* iſte uetereſ *B ex*

Vétulae edentulaé, quae uitia córporis fuco ócculunt,
Vbi sese sudór cum unguentis cónsociauit, ílico
Ítidem olent, quasi quom úna multa iúra confudít cocus.
Quíd olant, nesciás, nisi id unum, nímis male olere intéllegas.

PHILOLACHES

Vt perdocte cúncta callet: níhil hac docta dóctius.
Vérum esse illuc máxuma adeo párs uostrorum intéllegit,
Quíbus anus domi súnt uxores, quaé uos dote méruerunt.

PHILEMATIVM

Agedum contempla aúrum et pallam, sátin haec me deceát,
Scapha.

SCAPHA

Nón me istuc curáre oportet.

PHILEMATIVM

Quem óbsecro igitur?

---

275. *Philargyrius (?) ad Verg. Georg. IV 39 (p. 323, 12 Thil.):* alii sic: 'fuco' pro medicamento posuit: Plautus in Poenulo 'uitia corporis fuco occulunt'. *Adde CGL. IV p. 417, 53 G.:* occunt: occultant: *quam glossam Loewius l. s. s. recte huc revocavit.*

280. *Gellius N. A. XX 6, 12:* sicuti multifariam scriptum est uestrorum' pro 'uestrum', ut in Plauti Mustellaria in hoc uersu 'uum .... intellegit' cum uellet 'maxima pars' dicere 'uestrum', ita nonnumquam 'uestri' quoque dictum est pro 'uestrum'.

---

as. *CDF.* iſtę uetereſ *Z* ///unguentiſ *B* (*er.* i) untitant *F* interolleſ *Z* (*) 275 *sq.* edontulae *DF* Vetule edentule *Ba: corr. Bb* ue *BaCD* uicia *B* ſuco *B* occulunt *Camerarius: cf. testim.* ocultant *B* (l *ex* t) *CF.* ocultant *DZ* (*) 277. quom una *F.* cum una *B* t *D ex ras. Z.* cum unam *B ante ras. C.* cũunã (u *ex* n) *Da* confundit *FZ* 278. olant *R, Fleckeisenus duce Lambino.* oleaſ *libri* nimis male *Sonnenscheinius.* nimale *B.* ni male *CDF.* nil male *Z.* male '*ex codd. ant.*' *Pylades* intelligaſ *FZ* (*) 279. Phile *Db in sp.* ac *Da: corr. Dc* ota *Ba:* c *s. v. rubr.* do ctiuſ *C* (*) 280. esse illuc *R in adn.* illuc eſſe *Gellius* (illud *unus fortasse cod. Q.* illic *quidam libri deteriores*). illud ſt (ẽ *CD*) *libri* maxuma *Gellius.* maximam *Ba* (maxumaq' *m. Lamer.*). maximũ *CDZ.* maxumum *F* adeo *om. Gellius* ueſtroum *B, codd. Pyladis, Gellius.* ur̃o4 *CD.* noſtrorum *Z* (nr̃o4 *Gellii Z*) intelligit *Z* (*) 281. annuſ *Z* noſ *Z* 282. Ph *Db* Age um *B* me deceat *Camerarius* (me *etiam in B in ras.*). //////// deeat *B* (*er.* decet, *ut vid.*). deceat *CD.* decent *FZ* (*) 283. Sc. *om.* (*Db*) *Z* Nonme *ex* Nonne *C* curare iſtuc *libri: trai. Guyetus* PHILE, *ex F B* Philom *et* Sca *Db in sp.* que *F* igitur *om. codd.*

SCAPHA

Éloquar.

Phílolachem: is ne quíd emat, nisi quod síbi placere cénseat. 284. 285

(Nám amator meretrícis mores síbi emit auro et púrpura.)
Quíd opust, quod suom ésse nolit, éi ultro ostentárier?
Púrpura aetate óccultandaest úsu aut turpi múlieri:
Púlcra mulier núda erit quam púrpurata púlcrior.
(Póste nequiquam éxornatast béne, si moratást male. 290
Púlcrum ornatum túrpes mores péius caeno cónlinunt.)
Nám si pulcrast, nímis ornatast.

PHILOLACHES

Nímis diu abstineó manum.—
Quíd hic uos agitis?

PHILEMATIVM

Tíbi me exorno ut pláceam.

PHILOLACHES

Ornatá's satis.

dude *C ante corr.* heuſtrani o *C* heuſtrani oetiam *Da: corr. Dc* etiam aperiſ *BDFZ.* eciam aperiſ *C* que hec *C, non praeced. spat.* ẽ *sup. scr. Db* (*om. Da*) 938. *Sic libri, nisi quod* Etiam ne *Ba* (*copul. Bb*). Eciã ne *C* calidamati *BCF.* calida mati *D.* callidamãti *Z* aduerſum *FZ cum A* 939. *Sic libri, nisi quod* AEDIS *A.* ediſ *CD* 940—945. *Hos versus unus A servavit* (*) 940. ***SSENEXQUIDTUPERCUNCTAREA***QUODNIKIL**TIN—— *As, ubi ante* (E)NEX *quadrare, non apparere,* KEUSS, *certum esse* QUIDTU, *sub finem vero* ATTEQUAENIKIL**TINEN (NT *per ligat.*) *probabilius esse adnotavi* 941 *sq. Sic A, nisi quod* ****LADMEATTIN**#NISI-FORTEFACTUS (*nullo modo* ATTIN[ENT] *pro* ATTIN[ET#]) *et* Q**RES-AL*ENA* (QUIRESALIENAS *As*): *ubi* factu's 943. ———— UBI-STATIS#QUIDAISANIAMUENDIDIT *A atque* NONSUNTISTAEAEdis *initio As valde dubitanter: ubi* Meae *substituit*: *etsi potius* ——UAT (U *ubi alterum* N *notavit Studemundus*) *visum est apparere ac reliqua quoque nimis incerta esse* 944. AE****KILOLACKESAUTQUIDEMISTE-NOSDEFRU**RATURSENEX *A, ubi* quid *pro* quidem 945. *Sic A, nisi quod* DICO

PHANISCVS

Éloquar: 945

Érus hic noster pótat.

THEOPROPIDES

Erus hic uóster potat?

PHANISCVS

Íta loquor.

THEOPROPIDES

Púerum nimium délicatum.

PHANISCVS

Éi aduorsum uénimus.

THEOPROPIDES

Quoí homini?

PHANISCVS

Ero nóstro. quaeso, quótiens dicundúmst tibi?

THEOPROPIDES

Púere, nemo hic hábitat: nam te esse árbitror puerúm probum.

PHANISCVS

Nón hic Philolachés adulescens hábitat hisce in aédibus? 950

THEOPROPIDES

Hábitauit: uerum émigrauit iám diu ex hisce aédibus.

---

946. A *praem. B,* DA. *FZ* (*om. v. 940—945*) *Sic A, ubi* Heruſ *bis praeter morem etiam BCDa* (*priore* H *er.* E eruſ *effecit Dc*) ueſter *BDcFZ.* uſter *Da.* uſter *C* potat *ex* potat *bis B* (. *Bb*) *spatia om. C* 947. H *om. B* PUERENIMIUMDELICATUM#EI ADUORSUMUENIMUS *A, ubi* Puer nimium adelicatuſ ei aduerſum *BC* (*c. sp.*) *D itemque, sed* delicatuſ DA. *FZ:* Puerum ☠ *duce A* × *in marg. Dc* (*) 948. CUIKOMINI#ERONOSTROQUAESOQUOTIENSDICENDUSTTIBI *A, ubi* # *om. C,* hero *om. Z* (*add. iam Pylades ex 'codd. ant.'*) queſo *BCD* dicendum eſt *BCDFZ* (*) 949. *Sic A, ubi* Puer hic nemo *reliqui* (u *ex* e *B,* n *ex* m *D*): *corr.* R (Puere *cum A,* nemo hic *ex A*) *post* habitat *del.* r, *ut vid., D* 950. *Sic libri, nisi quod* Nam *Bb* philolac///heſ *B* (*er.* l) adoleſcenſ *CDFZ* KISCINAEDIBUS *A.* hiſ ///ędibuſ *Bb* (*er.* c). hiſ cedibuſ *BaDa.* hiſ tedibuſ *C.* hiſceedibuſ *Db* (*separ. Dc*). hiſce ędibuſ *FZ: corr. Camerarius* (ce in *suprascribens etiam in B*) *duce Pylade* 951. *Sic A: quem v. om. reliqui* (*)

PINACIVM

Sénex hic elloborósus est certe.

PHANISCVS

Érras peruorsé, pater:
Nám nisi hinc hodie émigrauit aút heri, certó scio
Híc habitare.

THEOPROPIDES

Quín sex mensis iam híc nemo habitat.

PINACIVM

Sómnias.

THEOPROPIDES

Égone?

PINACIVM

Tu.

THEOPROPIDES

Tu né molestu's: síne me cum pueró loqui.
Némo habitat.

PHANISCVS

Habitát profecto: nám heri et nudius tértius,
Quártus, quintus, séxtus usque, póstquam peregre eius híne pater
Ábiit, numquam hic tríduom unum désitumst potárier.

---

952. SENEXKICELLEBOROSUSESTCERTEERRASPERUORSEPATER *A* S *ante* Senex *et* A *ante* Erraſ *er. in B* (Ser. *et* A. *add. m. Camer.*) cerebroſuſ ẽ certi *CD.* cerebroſuſ eſt certe *FZ: item B, sed* ſuſ *e corr. cum ras.* (*fuit* nuſ) eraſ p uorſe *inter spatia C* peruorſe *Ba* (p uorſe *D*). peruerſe *Bb* (*vel m. rec.*) *FZ* (*) 953. *Sic A, ubi* hic *reliqui* (*corr. Camerarius*) emigraũ *C* *ante* aut *2 litt. spat. B* *Ceterum redit hic versus et proximi initium* (hic hĩtare) *in Z post v. 1078, ubi legitur* hori 954. *Sic A, ubi* menſeſ *reliqui* A Somniaſ *B: ubi* Ser. *m. Camer.* 955. EGONE#TU#TUNEMOLESTUSSINEMECUMPUEROLOQUI *A, ubi* S Ego ne tu tu ne moleſtuſ *B* (*inter* ne *et* tu *sup. scr.* Ser. *m. Camer., alt.* tu *lineola del. rubr., sed erasa est*). ego n e ‖ Tu tune moleſtuſ *C et* (*nisi quod* ne Tutune) *D.* TE. Egone? ‖ Tu tu. TE. ne moleſtuſ *Z et* Adũ *ante* Tu tu *addito F:* molestu's *corr. R* mecũ puero *CDa* loq^{i}, o *ex al. litt. incohata C* (*) 956. *Sic AFZ, ubi* S *praem. B* (A *m. Camer.*) habitat? A Hem ita/// *B* (*er.* t *et* em *e corr. in ras. Bb.* habitat? Hem S ita *m. Camer.*). habitat ‖ Haectat *D et* (Haec tat) *C* eri *BCD* nudiuſ tertiuſ *BDc.* nuduſ tertiuſ *CDa* (*) 957. *Sic libri, nisi quod* poſt quã *C* PEREGREIEIIUSPATER *A.* hinc peregre eiuſ pater *reliqui* (per *ex* peg *Bb*): *trai. Luchsius duce R* (*) 958. AB++NUM-

THEOPROPIDES

Quíd ais?

PHANISCVS

Triduom únumst haud intérmissum hic esse ét bibi,
Scórta duci, pérgraecari, fídicinas tibícinas
Cónduci.

THEOPROPIDES

Quis istaéc faciebat?

PHANISCVS

Phílolaches.

THEOPROPIDES

Qui Phílolaches?

PHANISCVS

Quoí patrem Theópropidem esse opínor.

THEOPROPIDES

Ei mihi, óccidi,
Si haéc hic uera mémorat. pergam pórro percontárier.

QUAMKICTRIDUUMUNUMDESITUMESTPOTARIER *A*, *ubi* Abiit *FZ*. Habiit *B ante ras. CD* hictri duũ *C* munum *B ante ras. et C in ras. verborum* unũ eſt deſitũ eſſe & bibi eſt *DF et sine* eſt *Z et in ras. verborum* haud inter miſſũ hic eſſe & bibi ẽ *C*. deſitũ ẽ eſſe et bibi////// *B*, *er.* ſſe *post* bibi *et* itũ ẽ *Bb in ras. 7 litt., quarum prima* t *fuit: cf. v. 959* (*) 959. QUIDAIS#TRIDUUMUNUM***KAUD**TERMISSUMKICESSEET—— *A* (*ubi post* ESSEET *litteras prorsus evanidas nullo modo* POTARIER *locum habuit, vix vel* BIBI) aiſ *codd. Pyladis.* agiſ *ex* aiſ *B* (*sed er.* g). agiſ *CDFZ* A *B: spat. om. C* triduum *libri* ///unum *B, 1 litt. er.* (*fort.* e) eſt (*vel* ẽ) *libri* haud *ex* haut *B* inter miſſum *CD* (*) 960. SCORTADUCIPERGRAECA**F————————ICINAS *A* (*non prorsus evanidis* idicinastib *litteris*) pergrecari *BCD* cibicinaſ *Da: corr. Dc.* ubi et naſ *C* 961. DUCERE#QUISISTAECFAC*****#PK***L*****#Q***K***L— *A* Conduci *R*. Ducere *libri* iſta hec *Ba: corr. Bb.* iſta hęc *C* (hæc) *D* fatiebat *B* *spatia iuxta* philolacheſ *om. C* Qui *B*. quid *CDFZ* (*) 962. CUIUSPATREMTEOROPIDEM****OPI***#EIOCCIDI *A* Quo i patrẽ *C*. Quo ipatrẽ *sequente spatiolo D*. Cui patrem *Z* theupropidem *B*. theuropidem *CD* opinor, *priore* o *ex* p *D post* S *6 litt. sp. B* hei mihi *Camerarius*. Et *erasum B*. & *CD*. hei *FZ* (*) 963. *Sic libri, nisi quod* hec *BD* PORROC*****IER *A* p contari er *C*

Aín tu istic potáre solitum Phílolachem istum, quísquis est,
Cúm ero uostro?

PHANISCVS

Hic, ínquam.

THEOPROPIDES

Puere, praéter speciem stúltus es.
Víde sis, ne forte ád merendam quópiam deuórteris,
Átque ibi ampliús quam quod satis fúerit biberís.

PHANISCVS

Quid est?

THEOPROPIDES

Íta dico: ne ad álias aedis pérperam deuéneris.

PHANISCVS

Scío qua me ire opórtet et quo uénerim nouí locum.
Phílolaches hic hábitat, quoiius ést pater Theópropides:
Quí, postquam pater ád mercatum hinc ábiit, hic tibícinam
Líberauit.

---

964. AINTUISTICPOTARESILITUMPKILOLACKEM*****QUISQ***ES *A* (QUISQ—— *As*) iſtuc portare *BCD* (r *in B erasum, sed a Bb redintegratum*) philolachen *C.* philolachetem *F* quiſ quiſ *C* qui eſt *codd. Pyladis* (*) 965. CUMEROUESTRO#AICINQUAM#PUERE-PRA****SP****MSTULTUSES *A* uoſtra *BaCD: corr. Bb.* ueſtro *FZ* hic *FZ.* Hec *Ba.* Hęc *Bb* (i *s. v. m. rec.*) *D.* Hæc *C* Puere preter ſpetiem *B* (o *supra* Puere *m. Camer.*) 966. *Sic libri, nisi quod* Vnſiſ uide *Ba.* V̈nſiſ *Bb.* uiſiſ *Z* QUOPIA******TERIS *A.* copiam deuorteriſ *BCD.* quopiam diuorteriſ *Z* 967. ATQ·IBIAMPLIUSQUAMSATISFUERIT-BIBERIS—— *A* (BIBER—— *As*), *ubi in fine probabile est* #QUIDEST *exstitisse* amplius quam quod ☙. meliuſ cuiquã *BaCDa.* meliuſ quam *BbFZ* (cule q̃ *suprascr. m. rec. in D*) Liberiſ *C* A *pro eraso* S *B* (*) 968. *Sic libri, nisi quod* NE *A: om. FZ* ad aliaſ ędiſ *BbDc* (ediſ) *FZ.* abaliaſ ſędiſ *Ba.* ab alia ſediſ *CDa* neueneriſ *B* (*del. Bb*). ne ueneriſ *CDFZ: corr. Camerarius* 969. A *om. B* *Sic A, ubi* qua *ex* qui *incohato D.* quo *FZ* me ire *BbFZ.* me & re *BaCD* o portet quo *Ba: corr. Bb* (& *s. v. et* mei re o portet) ueneri̇̃ *ex* ueniri *Da* loqui *BDFZ, codd. Pyladis.* loqui qur *C:* locum '*membranacei codices*' *Pii* (*) 970. PHILOLACHESKICKABITATCUIIUSEST-PATERTKEOROPIDES *A* ſhabitat *C in fine v. sequentis* (*post* abit) *in ras.* (*er.* quidē· *qua voce tertium ab hoc v. claudit*) Cuiuſ *CDFZ.* adcuiuſ *B* (*del. Bb*) theuropideſ *BCD* 971. *Sic A* (*sed* ABIT), *ubi* pater *om. DaF'Z: sup. scr. Db* (*habent etiam codd. Pyladis*) mercatum abiit hinc *Bb* (habit *Ba,* hic *m. Camer.*) *F itemque, sed* abit *D et* (*in ras. ex* ſ habitat: *cf. ad v. 970*) *C.* mercatum abiit hic *Z* (*)

THEOPROPIDES

Phílolachesne ergo?

PHANISCVS

Íta: Philematiúm quidem.

THEOPROPIDES

Quánti?

PHANISCVS

Trigintá —

THEOPROPIDES

Talentis?

PHANISCVS

μὰ τὸν Ἀπόλλω, séd minis. 973

THEOPROPIDES

Líberauit?

PHANISCVS

Ļíberauit uálide, trigintá minis.

THEOPROPIDES

Aín minis trigínta amicam déstinatam Phílolachem —? 974b

PHANISCVS

Áio.

THEOPROPIDES

Atque eam manu émisisse?

PHANISCVS

Aio.

---

972. *Sic A, ubi* philolacheſ (*om.* ne) *reliqui* (Phil. *B*) *spatia om. C* philocomaſium *F* 973. *Sic A* (*sed* MATONAPOLLO), *ubi* A Triginta talentiſ matonapollo& ſex *B* (& *Bb, ut vid.:* alii sed *m. saec. XV*). ♯ Triginta (triginta *sine sp. C*) talentiſ· maton apollo ♯ ſex *C et sine* ♯ *D.* DA. triginta talentiſ. TE. maton apollo. DA. ſed *FZ. Graeca graece Aldus, personas ex A recte distinxit Geppertus* (*) 974. *Sic A, qui solus hunc v. servavit, sed* LIBERAU**ṲẠLIḌE, *prope certis* ṲẠ *et* Ḍ, *pro quo* Ç *potius As* (*) 974b. AINMINISTRIGIN***MICAMDESTINAṬẠMPKILOLACKEM *A* (*prope certis* ṬẠ *litteris*), *ubi* deſtinatum *reliqui* (*corr. Camerarius*) philolachen *F, post quam vocem aposiopesin pudicam significavit* ☙ (*) 975. *Sic libri, nisi quod spatia om. C* (*ante* et *cum D*) Atq *C* EMI**SSE *A.* emiſiſſe *BbCDbZ.* emiſſe *BaF.* miſiſſe *Da* Aio: poſtquam *B* (& *Bb, ante* p *er.* e, *ut vid.*) poſt quã *C*

THEOPROPIDES

Ét postquam eiius hínc pater 975
Sít profectus péregre, perpotásse assiduo?

PHANISCVS

Aio.

THEOPROPIDES

Ác simul
Tuó cum domino?

PHANISCVS

Aió.

THEOPROPIDES

Quid is? aedis émit hasce hinc próxumas?

PHANISCVS

Nón aio.

THEOPROPIDES

Quadráginta etiam dédit huic, quae essent pígnori?

PHANISCVS

Néque istud aio.

THEOPROPIDES

Ei, pérdis.

PHANISCVS

Immo suóm patrem illic pérdidit.

---

eiꝰ *DDFZ.* ei' *in 5 litt. ras. Bb* huic *C.* hic *Z* (*) 976. SITPROFECTUSPEREGREPERPOTASSEASSIDUOACSIMUL *A*, *ubi* ac ſimul *om. reliqui* perportaſſe *D ante ras.* atſiduo *B ante corr.* PH. aio. TH. *suppl.* ꝰ (*) 977. TUOCUMDOMINO♯AIO♯QUIDIṢEDESEMITKASKINCPROXUMAṢ *A* (UM *per ligat., ut vid.:* PROXIMA— *As*), *ubi* A///io^{s} quid? Iſ ędeſ emit hic proximaſ *B* (*er.* l). alio quid? ‖ Iſ ediſ emit hic ꝑximaſ *C* (*s. sp.*). alio quid? ‖ Iſ ędiſ hic proxumaſ *D.* aio TE. quid aiſ? ędiſ hic proxumaſ *F et, nisi quod* proſumaſ, *Z post* is *dist. Seyffertus Stud. Pl. p. 18,* hasce *corr.* ℞ *in adn. ad v. 806* (*) 978. N****O♯QUAD*****TAE****KUICQUIESSENTPIGNORI *A* (*sine* TAE *As*) agio *B ante ras. D* S *s. v. B: spat. om. CD* eciã *C.* et *Z* dedit alio quid? *C in fine v.* (*ex fine v. anteced.*) huic quae essent *Camerarius.* huc^{i} quę eſt *Bb.* huc que eſt *BaC.* hucque ẽ *D.* uſque *FZ* 979. NEQ·*********♯EIPERDIS♯IMMOSUUMPATREMILLICPERDIDIT *A* neq *C* iſtud *CDFZ.* illud *B* allo *B ante ras.* iaio *C* hei *F* ſuum *libri* illi^{e}ç *Bb.* hi^{illic}ç *Da* perdit *FZ* (*)

THEOPROPIDES

Véra cantas.

PHANISCVS

Vána uellem: pátris amicus uídelicet. 980

THEOPROPIDES

Heú, edepol patrem éiius miserum praédicas.

PHANISCVS

Nihil hóc quidemst,
Tríginta minaé, prae quam alios dápsilis sumptús facit.

THEOPROPIDES

Pérdidit patrem.

PHANISCVS

Vnus istic séruos est sacérrumus,
Tránio: is uel Hérculi contérere quaestum suóm potest.
Édepol ne eius patrís me misere míseret, qui quom istaéc sciet 985
Fácta ita, amburét ei misero córculum carbúnculus.

THEOPROPIDES

Sí quidem istaec uéra sunt.

---

980. *Sic ABD, ubi spat. ante* uera *om. C, pers. ante* uana *FZ* (*) 981. S *praem. B: om. FZ et* (*spat.*) *CD* ĶĘŲ-*********REMEIIUSMISERUMPRAEDICAS♯NIKILKOC¦QUIDEMEST *A* Eu *B ante ras.* eu *CD.* Ei *B ex ras.* eũ *CFZ.* meum *BaD.* meum *Bb* predicaſ *BC.* p̄dicaſ *D* eſt *libri* (*) 982. *Sic libri, nisi quod* preter quam *B.* p̄ter quã *CDF.* pręterqnam *Z: corr. Lambinus cum A* DAPSILIS *A.* dapſileſ *FZ.* dapſillieſ *BaCD.* dapſillieſ *Bb* 983. PERDI********M♯UNUSISTICSERUUSESTSACERRIMUS *A* TH. Perdidit patrem. PH. unus ℜ *confirmante A.* Perdidit patrem. unuſ *BCDFZ* ſeruuſ *F* eſt ſacerrumuſ *F.* ſi acerrimuſ *Ba* (ſi *Bb*). ſi acerrumuſ *D.* ſi acerrimoſ *C.* acerrimuſ *Z* 984. *Sic A, nisi quod* suom *om. cum reliquis* (*suppl.* ☙), *ubi* erculi *C* conterre *CD et, altero* r *ex* e *corr., Ba.* conterere *BbF.* contere *Z* queſtum *BaCDFZ.* ceſtum *Bb* (*) 985. TE. *praem. FZ, spat. CD: del. Camerarius cum B Sic A, sed* me eius patris *cum reliquis* (*trai. Weisius*) *et* cum *cum BCDZ, ubi* ne *et* misere *om. reliqui* (misere *suppl. Gruterus,* ne *Bothius*) ędepol *Z* iſta ec *BaDa: copul. BbDc.* iſtec *Z* (*) 986. FACTAISTAESSEAMB*****IMISERICORCULUMCARBUNCULUS *A, ubi* Facta ita amburet miſero ei *reliqui: trai.* ℜ *confirmante A* (*) 987. Te. *om. FZ: cf. v. 985 Sic libri cum A* (Siquidem

PHANISCVS

Quid mérear, quamobrem méntiar?

PINACIVM

Heús uos, ecquis hasce áperit?

PHANISCVS

Quid istas púltas, ubi nemo íntus est?
Álio credo cómisatum abísse: abeamus núnciam —

THEOPROPIDES

Púere —

PHANISCVS

atque pórro quaeritémus. sequere hac mé.

PINACIVM

Sequor. 990

THEOPROPIDES

Púere, iamne abís?

PHANISCVS

Libertas paénulast tergó tuo:
Míhi, nisi ut erum métuam et curem, níhil est qui tergúm tegam.

BC iſta ec *Da: copul. Dc.* iſtec *Z* quam obrem *B.* quã ob rẽ *et* menti ar *C*) 988. ADV. *praem. R.* A *B: om. FZ* *Sic libri, nisi quod* ec quiſ *BC* APERITKAS *A pro* haſce aperit PH. *R.* S *B.* TE. *FZ* iſtac *Bb.* iſta *BaCD.* ita *FZ: corr. Camerarius cum A* pulta ſubine mo *CDa: corr. Dc* intuſ ſt *CD.* intuſt *ex* intuſſt *B ex ras. F: corr. Z cum A* (*) 989. A *praem. B: cf. v. 988* *Sic libri, nisi quod* COMISATUMABESSE *A.* commiſſatum (*vel* cõm.) abiſſe *BaCDa.* commeſſatum abiſſe *BbDcFZ* abemuſ *B.* abemuſ *CD.* DA. abeamuſ *FZ* nunc iam *BbFZ.* nuntiam *BaCD* 990. PUERE-ATQ·PUEṚOQUAERITEMUSṢEQUEREKACME *A, qui solus hunc v. servavit: ubi personas add.* ☞, porro *corr. Goetzius,* sequor *suppl. Vssingius* (*) 991. PUEREIAMNEABIS#LIBERTASPAENULASTTERGOTUO *A, ubi* Puer *Z* iam ne *BaCD.* iam nę *Bb* abiſ libertaſ penula eſt *BCDFZ: corr. R cum A* (*) 992. A *praem. B,* DA. *FZ: del. R* *Sic libri, nisi quod* Mihi *corr. ex* Miſic *D* niſi erum ut *BaCDFZ* (ut *del. Bb, trai. R cum A*) tegam *BCDbFZ.* teram *Da.* TERGÃ *A* (*)

THEOPROPIDES. SIMO

THEOPROPIDES

Perii hércle. quid opust uérbis? ut uerba aúdio,
Non équidem in Aegyptum hínc modo uectús fui,
Sed étiam in terras sólas orasque últumas
Sum círcumuectus: íta, ubi nunc sim, néscio.
Verúm iam scibo: nam éccum unde aedis fílius
Meus émit. quid agis tu?

SIMO

Á foro incedó domum.

THEOPROPIDES

Numquíd processit ád forum hic hodié noui?

SIMO

Etiám.

THEOPROPIDES

Quid tandem?

SIMO

Vídi efferri mórtuom.

Act. IV Sc. 3 THEVROPIDES · SIMO//// · SENES · II · (*una litt. er.*) *B et rubr. in D er. eisdem nominibus a Db scriptis. unius v. spat. CDa. duae versuum laciniae ad inscriptionem pertinent in A.* Teuropideſ Simo ſeneſ duo *FZ* 993. TH *praem. B* ——QU——— *A* Perii *Bb.* Peri *BaFZ.* eri *c. sp. in. C.* Heri *D* hercle, h *ex* n *B* opuſ eſt *libri* uerb ut *CD* (*ut saepius*) uerba *Camerarius.* uerbera *B.* uerbæra *C.* uerberit *D: om. FZ* 994. SI *praem. B* *Nihil apparuit in A* egiptum *B.* egyptum *reliqui* (*) 995. SEDETIAMINTER——— *A* interraſ *BC* horaſ q' *B* (' *in 2 litt. ras. Bb*) ultumaſ *Bb.* ultimaſ *FZ.* uultum aſ *Ba.* uultũ aſ *CDa.* in ultumaſ *Dc* (*) 996. ***C**C——— ——NCS—— —— *A* circumuectuſ *Z.* circum uentuſ *BCD.* circumuentuſ *F'* ſin *C* 997. **R***A***I—— *A* (*nihil As*) ſci bonam *Ba: corr. Bb in ras.* ibo. nam *FZ* aediſ filiuſ *om. D* (*in fine v.*) 998. ***S——————— *A* agiſ *Aldus.* aiſ *libri* (*ex* ait *D*) inte do *Da: corr. Dc* 999. *Nihil apparuit in A* (*etiam extremis litteris prorsus evanidis*) Num quid *B* preceſſit *Z.* proceſſit *etiam codd. Pyladis* adforum *BC* hic ℞: *om. libri* odie *Da: corr. Dc* (*) 1000. E**A——— ——— R**UM#KEM *A* (E——*As*) noui eciã quidtandem (t *ex* d) uidi *C.* noui etiã qid tandem uidi *D* TH *in ras.* (*fort.* S *litt.*) *B* S *s. v. B* mortu·m . hem *B* (·u· *Bb*). mortũ hem *CD.* mortuum hem *FZ*

THEOPROPIDES

Hem,

Nouom.

SIMO

Vnum uidi mórtuom efferrí foras:
Modo eúm uixisse aiébant.

THEOPROPIDES

Vae capití tuo.

SIMO

Quid tu ótiosus rés nouas requíritas?

THEOPROPIDES

Quia hódie adueni péregre.

SIMO

Promisí foras:
Ad cénam ne me té uocare cénseas.

THEOPROPIDES

Haud póstulo edepol.

SIMO

Vérum cras, nisi quís prius
Vocáuerit — me, uél apud te cenáuero.

1001. NOU—— *A* Nouum. S unum *B*. SI. Nouum unum *FZ*. Nouũ unũ *CD* mortuum *libri* (*) 1002. TH. *praem. B* M———*A* eum uixiſſe *B*. enĩ uixiſſe *C*. uixiſſe eũ *DFZ* TE. *FZ: om. BCD sine spat.* uae *B ex ras. F*. tuae *Ba*. tuę *C*. tue *D*. ut *Z* 1003. QUI——— *A* tu *Z*. tu ut *reliqui* otioſuſ *B ex corr.* ocioſuſ *B ante corr. CDFZ* inquiritaſ *F* 1004. QUIAKO———— *A* quia *sine spat. CD* ad ueni *B* SI. *Pylades: om. libri sine spat.* 1005. SI. *praem. FZ: cf. v. 1004* ATCE——— *A* (ATCEN———Ą—— *As*) cenamne *ex* cenam ne *Bb*. cenam me *Z* me te uocare *Camerarius duce Pylade.* me tue uocare *CD*. metue uocare *Ba* (t *e corr. Bb*). me tu euocare *BbFZ* (*) 1006. TH. haud poſtulo aedepol. TH SI. uerum *Aldus.* SI Haud poſtulo edepol uerum *B*. SI. haud poſtulo edepol uerum *FZ et* (# *pro* SI.) *CD*. KAU***S ------- *A* (*nihil As*) quis *Camerarius: om. libri* (*) 1007. UOCAU- ------ *A* uel *om. FZ* (t *D*) apud *BbFZ*. aput *BaCD*

THEOPROPIDES

Ne istúc quidem edepol póstulo. nisi quíd magis
Es óccupatus, óperam mihi da.

SIMO

Máxume.

THEOPROPIDES

Minás quadraginta áccepisti, quód sciam,
A Phílolachete?

SIMO

Númquam nummum, quód sciam.

THEOPROPIDES

Quid, a Tránione séruo?

SIMO

Multo hercle íd minus.

THEOPROPIDES

Quas árraboni tíbi dedit?

SIMO

Quid sómnias?

THEOPROPIDES

Egone? át quidem tu, qui ístoc speras té modo

1008. TH. *Aldus.* SI *BFZ: spat. om. CD* N******QUID——— *A* iſtuc *BbFZ* (*cum A*). iſte *BaCD* TE. niſi *FZ* 1009. OCCUPATUSOPER———— *A* occupaṫ, oc *ex* op *C* da. SI. maxume *Aldus.* da maxime *libri* 1010. *Hinc usque ad v. 1033 B binos versus coniungit, servata tamen alterius initio littera maiuscula* (*cf. R Pareg. p. 439*) M**********A————QU**S**A— *A* (MINA———— *As incertiora addens: sed certa quae notavimus*) quadraginta *Pylades.* triginta *libri* (*cum A, ut vid*) ACCEPISTIN *A, ut vid. ex spatio.* accepiſtiſ *B* (. *Bb*) quod sciam *Guyetus.* quaſ ſciam *B* (*cum A, ut vid.*): *lineolas subscr. Bb.* quaſ ciam *D.* quaſci ã *C.* quaſi iam *FZ* (*) 1011. APḲ————MQUỌDSCIAM *A* aphilolachete SI nũquã nũmũ quod *B.* aphilo lachetenũ quã nũmũ qd *C* (*spat. om. etiam D*) 1012. QUI————MULTOMINUS *A* (*exitu incertissimo, sed ut plus quam in reliquis olim exstitisse ante* MULTO *certum sit*) atranione *BC* SI. multo hercle id *R.* SI Multo Id (*cum 4 litt. spat.*) *B.* SI. multo id *FZ.* multo id *C* (*cum spatio in fine v.*). multo id *D* nimiſ *F* (*) 1013. TE *om. F'* QUAS———— IAS *A* arraboni, on *ex* ili (*ut vid.*) *Ba.* ////araboni *C, er.* n. arrhaboni *F* 1014. EGON*‡**QU***-

Potésse dissimulándo infectum hoc réddere. 1015

SIMO

Quid aútem?

THEOPROPIDES

Quod me apsénte hic tecum fílius
Negóti gessit.

SIMO

Mécum ut ille hic gésserit,
Dum tu hínc abes, négoti? quidnam? aut quó die? 1018. 1019

THEOPROPIDES

Minás tibi octogínta argenti débeo. 1021

SIMO

Non míhi quidem hercle: uérum si debés, cedo.
Fidés seruandast: ne íre infitias póstules.

THEOPROPIDES

Profécto non negábo debere, ét dabo:
Tu cáue quadraginta áccepisse hinc té neges. 1025

SIMO

Quaeso édepol huc me aspécta et respondé mihi: 1026

QU******RASTEMODO *A* TH. Egone? (e *ex* i) atq̇dē tu q̇ *B*. Egone? SI. at quidem tu. TE. qui *FZ* te ſperaſ *BCDFZ* 1015. P**********IMULAN****FECTUMKOCREDDERE *A* Poteſ ſediſ ſimulando *CD* 1016. Q********#QUO**EAPSENTEKICTECUMFILIUS *A* (CU *et* INC *potius quam* KIC *As*) absente hic tecum *Pylades cum A.* abſente hic *reliqui* (*) 1017. N*******SSIT#MECUMUTILLEKICGESSERIT *A* Negotigeſſit *B* (*alt.* g *ex* i) Negoti *C.* negotji *D.* negocii *FZ* hut *B.* aut (a *ex corr.*) *D* (*) 1018 *sq.* DUM————————D-***AUTQUODIE *A* negotii *BCD.* negocii *FZ* quid nã *B* (*) 1021. MINAS***IOCTOGINTAARGEN———— *A* (ARGE—— *As*) 1022. N**M*********KER————————ESCEDO *A* ſidebeſ *BC* 1023. FI*E— ————————————TULES *A* (FID— *As*) ſæruanda *C* eſt *libri* ĩfuiaſ *C.* inficiaſ *BDFZ* 1024. PRO**********GA-B — ——— ———B* *A* (GAB— *As*) 1025. T————————C-C — -EMINAS *A* (*quadrante* ucauequadragintaa *et* epiſs) Accipiſſe *Z* hinc accepisse *B* te *Lambinus.* ne *libri* (nenegeſ *BC*) (*) 1026. Q—— AETRESPONDEMIKI *A* Queſo *BCD* exſpecta *F* rñde *Z*

Post hunc v. gravem lacunam esse demonstravit **R** *Parerg. p. 466 sqq., cum iam Acidalius de defectu ante hunc v. statuendo cogitaverit. Atque quattuor versuum reliquias servavit A, ad quos 21 insuper accessisse senarios computatione probabili efficitur. Vestigia sic descripsit As:*

Q * * * * * * * * i argentí minas?
Fu * * * * * *

THEOPROPIDES

Ego dicám tibi:
Tantu * * * * * * * * débeat
De te aédis.

SIMO

Itane? dé me ille aedis émerit?

* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *

SIMO

Te uélle uxorem aiébat tuo gnató dare: 1027
Ideo aédificare hoc uélle aiebat ín tuis.

THEOPROPIDES

Hic aédificare uólui?

SIMO

Sic dixít mihi.

(Q ——— —AETRESPONDEMIKI)
Q ———IARGENTIMINAS
FU———EGODICAMTIBI
TA ———MIKI
DETEAEDIS# ———ILLEAEDISEMERIT

ubi versu paenultimo TANTU *mihi apparuit et pro* MIKI *sub finem* EBEAT (*certis* B *et* A), *in ultimo vero ante* ILLE (*vix dubium*), *ubi* sane de me *temptabat Studemundus, primam post* # *litteram* I (*vix* S) *esse. Vnde haec reconcinnavi:*

Q⟨oiá causa illas débes m⟩i argentí minas?
Fu⟨ndúmne uenum illí dedi?⟩ TH. Ego dicám tibi:
Tantú⟨mst quod propter hás quas emit d⟩ébeat
De te aédis. SI. I⟨tane? dé me⟩ ille aedis émerit? (*)

1027. *Continuant versui 1026 libri* (*sine spatio CD*) agebat *BaD et*, t *in ras. ex* nt, *C: corr. Bb* nato *libri* 1028. edificare *BCD: item v. proximo* agebat *Ba: corr. Bb* intuiſ *BC* (*) 1029. T *s. v. B* (*sine spat.*) uoluit? *ex* uolui *Bb* uolui· ſic *C*
V. 1028—1030 *sic turbati sunt in FZ* (nunc *om. Z*):
Ideo edificare hoc uelle aiebat in tuiſ. TE. habeo ſatiſ
Hic edificare uolui. SI. ſic dixit mihi. TE. hei mihi diſperii uoſ o nunc

THEOPROPIDES

Ei míhi, disperii: uócis non habeó satis.
Vicíne, perii intérii.

SIMO

Numquid Tránio
Turbáuit?

THEOPROPIDES

Immo mi éxturbauit ómnia.
Delúdificatust mé hodie indignís modis.

SIMO

Quid tú ais?

THEOPROPIDES

Haec res síc est ut narró tibi:
Delúdificatust me hódie in perpetuóm modum.
Nunc te óbsecro, ut me béne iuues operámque des.

SIMO

Quid uís?

THEOPROPIDES

I mecum, te óbsecro, una núnc simul.

SIMO

Fiát.

1030. *Spat. om. CD* Ei *BCD.* Hei *FZ* diſperi *D.* diſpgi *C* ſatiſ, at *ex corr.* (a *ex* e) *C* × *in marg. Dc* 1031. Vicine *Acidalius.* Vicini *libri nisi quod* o *sup. scr. Bb* perii interi *B.* peri interi *CDZ.* peri interii *F* Si. *om. B, spat. CD* nũ quid *B* (*) 1032. Turbabit *Ba: corr. Bb.* turbabit *CD* Si Immo *B* mi *Bothius: om. libri* ex turbabit *B.* Exturbabit *D* (*) 1033. *Sic Bothius, ubi* te ludificatuſt miḥi hodie indignidiſ *C itemque, sed* mi *D* (× *in marg. Dc*). Te ludificatuſt: hodie indigniſ modiſ diſ *et in marg.* : & me *B* (indigni diſ, g *ex* d *Ba: corr. Bb,* ludificatuſ eſt *m. Camer.*). Si. Te ludificatuſ eſt. Te. me hodie indigniſ modiſ *FZ* (*) 1034. Th. Quid tu agiſ? Si hec *B* aiſ *Z.* agiſ *B.* agiſ *reliqui* hec *D et,* c *ex* i, *C* hic *Z.* ſic *etiam cold. Pyladis* 1035. Deludificatuſt *B.* Deludificatuſ eſt *Z* me *BaC ex corr. DFZ.* mi *C ante corr.* & me *Bb* imperpetuum *F.* inp petuum *C.* inperpetuum *BDZ* (*) 1036. Th *praem. B* Nun *BaCD: corr. Bb* uiuef *C* operam que *B,* o *e corr.* operãque *D,* q *e corr.* 1037. *post* uiſ *spat. maius* (*7 fere litt.*) *CD* te obsecro una nunc *R.* obſecro una *libri* (*)

THEOPROPIDES

Seruorumque óperam et lora míhi cedo.

SIMO

Sume.

THEOPROPIDES

* * * * * * * * * * * *

* * * eademque ópera haec tibi narráuero,
Quis méd exemplis hódie eludificátus est. 1040

1038. TH. *s. v. B: spat. om. CD* ſeruorum que *B* ſeruorũq & lora *C cum spat. circ. 4 litt.* (*om.* operam) & lora mihi cedo *sup. scr. D expunctis verbis* hęc tibi narrauero *ex v. 1039 praeceptis* 1039. SI. Sume TE. eademque *FZ*. Sume eadẽ que *BaCD* (q'). Sume eadem que *Bb, ubi post* Sume *lacunam significavit* ✠ *ad hoc exemplum explendam:*

SI. Sume. ⟨TH. Eámus ergo, ut fíat quod factóst opus
Apúd te⟩ eademque *e. q. s.*

operam *BC* hec *CD* (*) 1040. med exemplis *Bothius*. me exemplis *BFZ, sed* ex *Bb in ras.* me empliſ *C*. meę empliſ *Da*. meę empliſ *Dc* hodie *inter 8 et 4 litt. spatia C* ludificatuſ *FZ*. eludificatuſ *BCD* (*)

ACTVS V

TRANIO

Quí homo timidus érit in rebus dúbiis, nauci nón erit:
Atque equidem, quid id ésse dicam uérbum nauci, néscio.
Nám erus me postquám rus misit, fílium ut suom arcés-
serem,
Ábii illac per ángiportum ad hórtum nostrum clánculum.

1041. *Priscianus inst. VI p. 204, 14 H.:* in i Latina siue Graeca inueniuntur et neutra sunt uel omnis generis et aptota: hic et haec et hoc frugi, nihili, mancipi, huiusmodi, nauci quoque, quod putamen nucis significat et pro nihilo accipitur. Plautus in Mustellaria 'qui .... erit'. 1042. *Festus p. 166, 14 M.:* naucum ait Ateius philologus poni pro nugis, Cincius quod in oleae * nucis quod intus sit, Aelius Stilo omnium rerum putamen. glossematorum autem scriptores fabae grani quod haereat in fabulo. quidam ex Graeco quod sit *ναὶ καὶ οὐχί* leuem hominem significari. quidam nucis iuglandis quam Verrius iugulandam uocat medium uelut dissepimentum. Plautus .... item in Mostellaria 'quod id .... nescio'.

Act. V Sc. 1 TRANIO *R: cf. ad v. 1063.* TRANIO · SERVS · SENES · THEVROPIDES · SIMO : LORARII *B.* SERVVS THRANIO. THEVROPIDES. SIMO SENES (ES *ex* EX) LORARII *Da in fine paginae. unius v. spat. C.* Seruuſ Tranio. Teuropideſ. Simo ſeneſ. Lorarii. Daniſta *Z et* (*om.* Seruuſ *et* ſeneſ) *F* 1041. TR. *praem. B* QVI HOMO *B.*]ui hom *C* tumiduſ *C ante ras.* dubiiſ *Priscianus, Camerarius.* dubii ſiſ *BaCD ante corr.* dubiiſ iſ *Bb cum ras., D ex corr., FZ* nauti *Z: item proximo v.* nouerat *C* 1042. *Sic libri, nisi quod* ecquidem *Z* QVIDID *A.* quod id *Festus ante* nauci *5 litt. spat. C* (*) 1044. *Sic libri, nisi quod* poſt quã *C* UTFILIUMSUUMARCESSEREM *A* (*vix dubio* UT). ut filium ſuum accerſerem *reliqui* (*sed* accerſęrem *Bb*): *ubi* ut *trai. Bothius* (*) 1045. ABIIILLAPER*NGIPORTUMADKORTUMNOSTRUMCLANCULŨ *A, ubi* Abilla *BCD.* Ab illo *FZ* (Abii illa *Camerarius cum A, ut vid.: ubi* illac *Brixius ad Mil. 63*) agni (g *ex* n) angi portum *B* ortum *FZ*

Óstium quod in ángiportost, pórro ei patefecí foris,
Eáque eduxi omném legionem, ét maris et féminas.
Póstquam ex opsidióne in tutum edúxi manuplarís meos,
Cápio consilium, út senatum cóngerronum cónuocem.
Quóniam conuocáui, atque illi me éx senatu ségregant.
Vbi ego me uideó uenire in meó foro, quantúm potest
Fácio idem quod plúrumi alii, quíbus res timida aut túrbidast:
Pérgunt turbare úsque, ut ne quid póssit conquiéscere.
Nám scio equidem núllo pacto iám esse posse haec clám senem.
Nón amicus álius quisquamst * * * * * * *

1049. *Huc rettulit Loewius Prodr. p. 267 glossam apud Maium VI p. 517 (CGL. IV p. 41, 3 G.):* congerronem: conpopionem et nugatorem.

1046. OSTIUMQUODINANGIPORTOESTKORTIPATEFECIFORES *A, ubi* Hoſtium *FZ* in angi portu eſt orti *Ba.* inangi portu eſ torti *CDa.* in angiportu eſt orti *BbDcZ.* in angiportum eſt orti *F* porro ei *S duce R* foreſ *libri* (*) 1047. *Sic libri, nisi quod* **Q· *A.* Ea que *BC* eduxi, x *ex* r *vel* c *B* *ante* eduxi *er.* dixi *C* fæminaſ *D* foeminaſ *Z* (*) 1048. POSTQUAMEXIIOBSIDIONE***UTU*EDUXIMANIPLA-R****OS *A* exopſidionem *B.* ex opſidionẽ *CDa* (˜ *del. Dc*). ex obſidione *FZ* intutum *BC* maniplareſ *libri* 1049. *Sic libri, nisi quod post* conſilium *spat. circ. 5 litt. B* ſe natũ *C* CONGERRONEM *As* (*ubi* UM *per ligat. visum est exstare*): *cf. testim.* congeronem *BaCDFZ.* congeronum *Bb: unde emendavit Camerarius, fortasse cum A* . 1050. *Sic A, ubi* Qm̃ c̃uocaui *CD* (Quoniam conuocaui *etiam F et codd. Pyladis*). Quoniam cum uocaui *Z.* Quom conuocaui *B* e ſenatu *FZ.* eſenat' *D.* eſenatuſ *inter 4 et 2 litt. spat. C.* eſænatuſ *B* ſegrægant *C* (*) 1051. UBIEGOMEUIDEO-UENIREIN***F***QUANTUMPOTE— *A* *Totum v. om. B* egomet *Z* uentrẽ *CD.* uerti rem *F.* utum rem *Z* meo *e corr. et cum ras. ex* medio *et* foro *ex* fore *C* (*) 1052. FAC*****MQUOD****IMI-ALIIQ ——————— U*TUR ——— *A* (Q— - - U—| *As,* uibusres(t)-timidaautt *spatio convenire notans*) Fatio *B* quid *Z* plurimi *libri* aliquibuſ (*vel* quib') *BCD.* quibuſ *FZ: corr. Camerarius* reſtimida *C* turbidaſt (*sic*) *B.* turbida eſt *Z* 1053. PERGUNT-TURBAREUSQ·UTNEQUIDPOSSITCO ——— *A* Pegunt *B cum 2 litt. spat.* ut ne quid possit *Camerarius cum A.* utnequid ſit *B.* ut quid ſit *CDFZ* 1054. *Sic A* (*sed* K*** CLAMSENEM), *ubi* Nãſcio *ex* Neſcio *Bb cum 2 litt. spat.* haec *om. BCDFZ* ſenẽ/// *C, er.* x

1055—1061. *Hos quinque versus unus servavit A, sed in prioribus haec tantum eruit As, in altero de* (o)FF(icium meũ) *cogitans, sed exitus omnes incertissimos esse adiciens: ubi post* AUT *notabam* UTSENE *dubitanter*):

Aut * * * * * * * * * * * * * *
Prosi * * * * * * * * * * * * * 1058
Ille qui * * * * * * * * * * * * *
Praeóccupato atque ánteueniam et foédus feriam: mé moror. 1061
Séd quid hoc est, quod fóris concrepuit próxuma uicínia?
Érus meus hic quidémst: gustare ego éius sermoném uolo.

THEOPROPIDES. TRANIO. LORARII

THEOPROPIDES

Ílico intra límen isti astáte, ut, quom extempló uocem,
Cóntinuo exiliátis: manicas céleriter conéctite. 1065
Égo illum ante aedis praéstolabor lúdificatorém meum,
Quoíus ego hodie lúdificabor córium, si uiuó, probe.

NONAMICUSALIUSQUIS — — RIUABOSE
AUT — — ES — FF — —
PROSI — M — Q — — SA*LL —
ILLEQUI — — — EROSIMUL —

Quae ad hoc exemplum supplet 𝔖*:*
Nón amicus álius quis⟨quamst: dé⟩riuabo ⟨irám senis⟩
Aút ut ⟨in me exprómat faciam: hóc⟩ es⟨t o⟩fficiúm meum.
Prósi⟨m ero meo: túm ueniam ali⟩q⟨ui gnáti cau⟩sa ill⟨íc dabit⟩:
Ílle qui⟨dem exorábilist. sic mi átque⟩ ero simul ⟨ópituler⟩
Praeóccupato *e. q. s.* (*)

1062. *Sic libri, nisi quod* quid *ex* qui *Bb.* qui *D et, ras. ex* quid, *C* PROXIMA *A, item reliqui* ui cina *C* (*) 1063. *Sic libri, nisi quod* QUIDEMEST *A cum reliquis* (*c. 2 litt. sp. B*) ſermone *BaCD.* ſermonẽ *BbZ.* ſermoneſ *F* *Post hunc v. nova scaena fit in A sic inscripta:* TKEOROPIDES TRANIO (*uno praeterea versu vacuo*): *sine ullo intervallo continuant reliqui: cf. ante v. 1041* 1064. *Sic libri, nisi quod* Illico *praeter morem BCD* contra *Z* LIMENISTASTATEUTÇUM *A.* limen aſtate illic ut cum *reliqui* (*sed* quom *F, B vero post* aſtate *5 litt. spat. ex rasura, in qua personae nota fuit*): *ubi* isti astate *corr. Vssingius duce Acidalio* exemplo *Bb et cum spat. C* (*) 1065. *Sic libri, nisi quod post* Continuo *2 litt. spat. B* exiliatiſ *C* manilaſceleriter *BCD* CONIECTITE *A.* cõnectite *DcFZ* 1066. TH *praem. B,* TE. *FZ* *Sic A, ubi* preſtabor *Ba.* preſtabor *Bb.* praeſtabo *BcCDFZ: corr. Pius cum ABb* 1067. *Sic libri, nisi quod* CUIIUS *A.* Cuius *reliqui* KODIELUDIFICABOR *A.* hic ludificabor *Ba.* hic ludificabo *Bb* (r) *CDFZ* ſiuiuo *B.* ſiui uo, *alt.* i *ex* o (*ut vid.*) *corr., C* (*)

TRANIO

Rés palamst: nunc té uidere méliust, quid agas, Tránio.

THEOPROPIDES

Dócte atque astu míhi captandumst cúm illo, ubi huc aduénerit.
Nón ego illi extemplo hámum ostendam: sénsim mittam líneam.
Díssimulabo me hórum quicquam scíre.

TRANIO

O mortalém malum:
Álter hoc Athénis nemo dóctior dicí potest.
Vérba illi non mágis dare hodie quísquam quam lapidí potest.
Ádgrediar hominem: áppellabo.

THEOPROPIDES

Núnc ego ille huc ueniát uelim.

TRANIO

Síquidem pol me quaéris, adsum praésens praesentí tibi.

1070. *Hieronymi Vita S. Hilarii XXV s. f.* (*II A p. 27*): mira domini gratia non prius abire passi sunt quam futurae ecclesiae lineam mitteret: *cf. Luebeckius p. 108.*

1068. TR. *om. B* *Sic libri, sed* palam eſt *omnes et* meliuſ eſt *BCDFZ.* MELIUSST (*vel* ET, *nullo modo vero* MEIIUS) *A* 1069. TH. *Pylades: om. libri* *Sic libri, nisi quod* A****EMIKICAPTANDUMSTCUMILLO *A.* aſtute mihi captandum eſt cum illoc *reliqui: ubi* astu *corr. Bothius,* illo *Camerarius* (*) 1070. *Sic A, ubi* exemplo *Z* itamum oſtendam ſenſim *Ba* (m^{e}um *et* ſenſũ *Bb*). ita meũ oſtendã (oſtændã *C*) ſenſũ *CDFZ: corr. Kayserus Annal. Heidelberg. a. 1854 p. 425 cum A* (*) 1071. *Sic A, ubi* ſcire o mortale *sine spat. reliqui:* TR. *add. Pylades,* mortalem *corr. Pius.* 1072. *Sic libri cum A, nisi quod* Aliter *B* 1073. *Totum v. om. Da: in marg. posuit Db addito* ⊙ UERBAILLINONMAGISDAREKODIEQUISQUAMQUAMLAPIDI *A* (POTEST *seorsum scripto cum reliqua parte fabulae deperdito*), *ubi* dare *om. reliqui* (*ante* illi *add. Camerarius*) non, *priore* n *ex* m *B* Quiſquã quã, i *longiore ex* ã, *C* lapide *D* 1074. Aggrediar *DcFZ* (*) 1075. ſquidẽ *C.* ſ^{1}quidẽ *Da.* ſquidẽ *Db* queriſ *BCD* adſum *BC: idque 'alibi legi' Pius dicit, ex 'codicibus antiquis'* iſ ſum *afferens.* ad^{ſũ} *D.* id ſum *FZ, codd. Pyladis* preſenſ *BD.* p̄ſenſ *C* preſenti *BCD*

THEOPROPIDES

Eúge, Tranió. quid agitur?

TRANIO

Véniunt rure rústici:
Phílolaches iam hic áderit.

THEOPROPIDES

Edepol mi ópportune aduénerit.
Nóstrum ego hunc uicínum opinor ésse hominem audacem
ét malum.

TRANIO

Quídum?

THEOPROPIDES

Quia negát nouisse uós —

TRANIO

Negat?

THEOPROPIDES

Nec uós sibi
Númmum umquam argenteí dedisse.

TRANIO

Abi, lúdis me: credo haúd
negat.

1076. euge ranio qd igitur *Com. spatiis* ranio *Da: corr. Db* ruri *libri: corr. R in edit. min.* 1077. *Totum v. om. C* adherit *B* (h *exp. rubr.*) TH *s. v. B: spat. om. D* mihi *libri* oportune *D.* opurtune *B* aduenerit *Buggius, Bentleius.* adueniet *BaD.* adueniet *Bb.* adueniet *F.* aduenit *Z et B m. saec. XV* (*) 1078. hūc *Bb.* hũc *Dc in marg. Z.* hoc *Da.* huc *BaCF* incinũ *C.* ⁿincinũ *D* opin///oreſ ſe *D* (*er.* i): eſſe *Dc.* opinoreſ ſe hominẽ, nẽ *ex* de *C* *Post hunc v. iteratur in Z v. 953 cum proximi initio: eadem in B adscr. m. saec. XV* 1079. quia *Bothius.* Qui *B.* qui *CDFZ* nouiſeuor *BaC.* nouiſſeuor *Da.* nouiſſe uoſ *BbDb* negat *sine spat. C* TE. negat. TR. nec *F* (*) 1080. Nummum quam *Ba* (um *s. v. Bb*). Nummũquã *C.* Nũ umquã *Da* (Nil *vel* na *supra* Nũ *Dc: in marg. aliquid* [Nũmũ unq, *ut vid.*] *er.*) argetei *Ba.* argentei *CD.* argetei *Bb* (*exp.* e *rubr.*). argenti *FZ* dediſſe abi *C.* abiſſe. TE. abi *F* crebro *F* haut *BaD.* haud *BbCFZ* nega *C ex corr.* (*del.* ieg, *ut vid.*)

THEOPROPIDES

Quíd iam?

TRANIO

Scio, iocáris tu nunc ístuc: nam ílle quidem haúd negat

THEOPROPIDES

Ímmo edepol negát profecto, néque se hasce aedis Phílolachi
Véndidisse.

TRANIO

Eho án negauit síbi datum argentum, óbsecro?

THEOPROPIDES

Quín ius iurandúm pollicitust dáre se, si uellém, mihi
Néque se hasce aedis uéndidisse néque sibi argentúm datum.

TRANIO

* * * * * * * * * * * * * * *

THEOPROPIDES

Díxi ego istuc idem ílli.

TRANIO

Quid ait?

THEOPROPIDES

Séruos pollicitúst dare
Suós mihi omnis quaéstioni.

1081. *Hunc v. unus B servavit* locariſ *B ante ras.* tu nunc istuc *B.* tu nunc tu *Ba: prius* tu *del. Bb* haut *Ba.* haud *Bb* (*) 1082. neq *C* haſce ędiſ *DbFZ.* haſ cediſ *BaCDa.* haſ///ędiſ *Bb* 1083. Vendidiſſe. TR. eho an *F.* Vendidiſſe. TR. eo *Z: quo* an *e 'codd. ant.' add. Pylades.* Vendidiſſe. TR. e‿ho an *B* (TR *in lit., ubi* re *fuisse vid.,* ‿ *Bb*). Vendidiſſe reeho *CD: sed* ṛẹ (se) *Dc* annegauit *B* 1084. Qui *BCD* iuſiurandum *B.* iuſ iurandum, r *ex* c *D* pollicituſ eſt *BCD.* pollicituſ eſ *Z.* policituſ eſt *F* (*corr.* R *Parerg. p. 470 cum Weisio*) dare ſe ſi *Dc.* dare ſiſi *CDa.* dare ſi *B ex ras. FZ.* dareſ (*vel* dareſi) ſi *B ante ras.* 1085. Neq (*et* neq) *C* ediſ *CD* datum *Pylades.* datum eſt *BaCDa.* datum eſſe *BbDcFZ* (*) 1086. *Lacunam agnovit Acidalius* (*suppleas velut:* Quín dixti te iús iurandum illíus flocci péndere?) 1087. TR. *praem. B* ⁝idem⁝iſtuc *D* TH (*ex* TR) Quid ait? TR Seruoſ *B: ubi spatia om. C* pollicituſ eſt *libri, nisi quod* policituſ *F* 1088. omneſ *libri* queſtioni *BCD* TR. *Camerarius.* TH *s. v. B: om. FZ neque spat. est in CD*

TRANIO

Núgas: numquam edepól dabit.

THEOPROPIDES

Dát profecto.

TRANIO

Quín illum inice, ín ius si ueniát, manum.

THEOPROPIDES

Éxperiar, ut opíno.

TRANIO

'Opino?' 'cértumst'. mihi hominém cedo.
Vél hominem iube aédis mancipáre.

THEOPROPIDES

Immo hoc primúm uolo,
Quaéstioni accípere seruos.

TRANIO

Fáciundum edepol cénseo.

THEOPROPIDES

Quíd si igitur ego accérsam iam homines?

TRANIO

Fáctum iam esse opórtuit.
Égo interim hanc aram óccupabo.

1089. TH. *Camerarius* TR. *BFZ* Dat, a *ex* ic (*etiam* D *e corr., ut vid.*) *C* TR. *Camerarius: om. libri sine spat.* illum inice in ius si ueniat manum ℰ. et illum in iuſſi ueniam mane *B et* (iniuſſi) *CD et* (iniuſſu) *F et* (in iuſ inueniam) *Z* (*) 1090. TE. *Z: om. BF* Ex periar *B* ut opino. TR. opino? certumst ℰ TH *praeeunte Grutero* (opinor *bis*). ut opinor certum eſt *B*. ut opinor certum eſt *CDFZ* (*) *Post hunc v. habent libri, quem post v. 1092 transposuit Acidalius* 1091. mancipare *Vssingius duce Lorenzio.* mancipio poſcere *libri* TE. immo *FZ*. Immo *B*, immo *CD sine spat.* hoc *B: om. CDFZ* (*) 1092. TH. *praem. B* Queſtioni *libri* ſeruoſ, *ultima litt. in ras.* (*er.* ſt) *Bb* ſatiundũ *C om. sp.* 1093. TE. *FZ: om. B: cf. ad v. 1090* Quid *ex* Quiſ *Bb* ſi igitur *libri* (igitur *ex* ego tu *B*) accersam iam ℰ. accerſam *libri*, cc *e corr.* (*prius ex* d) *C spat. om. C* eſſe iam *libri: trai. Camerarius* opportuit *Z* (*) 1094. occubabo *CDa* (occupabo *in*

THEOPROPIDES

Quíd ita?

TRANIO

Nullam rém sapis:
Né enim illi huc confúgere possint, quaéstioni quós dabit.
Híc ego tibi praésidebo, ne ínterbitat quaéstio.

THEOPROPIDES

Súrge.

TRANIO

Minume.

THEOPROPIDES

Ne óccupassis óbsecro aram.

TRANIO

Quór?

THEOPROPIDES

Scies:
Quía enim id maxumé uolo, illi ut ístoc confugiánt. sine:
Tánto apud iudicem húnc argenti cóndemnabo fácilius.

TRANIO

Quód agis, id agas: quíd tu porro sérere uis negótium?
Néscis quam metúculosa rés sit ire ad iúdicem.

1101. *Priscianus inst. IV p. 138, 27 H.:* notandum quod a metu metuculosus [*sic DHGLKr:* meticulosus *ABR, Hertzius*] fit. Plautus in Mustellaria 'nescis .... iudicem'.

---

marg. al. m. ant., non Db) ita TR nullam *B: spat. om. etiam CD* (*)
1095. Nọn^e *B* illi /// *B* (*er.* c) huc *Saracenus.* hic *libri* (h *e corr. B*) queſtioni *libri* 1096. preſidebo ne *Bb.* preſide bone *BaF.* p̄ſide bone *CD* (× *in marg. Dc*). praeſidē bone *codd. Pyladis.* praeſidere bone *Z: corr. Saracenus* interbitạt^e *Bb* queſtio *libri, praeced. spat. C* (*)
1097. TR. *in ras. B* Minine *B.* minime *reliqui, om. spatiis C* neoc‿tu^c paſſiſ *Bb.* neoctu paſſiſ *CDa: corr. Dc.* ne occubaſſiſ *Z* aram. TR. cur? TH. scies *Pylades.* arma TR cur. TH ſcieſ *B.* arma cur ſcieſ *C.* arma cur ſieſ *DF, codd. Pyladis.* armati cur ſienſ *Z.* armati cur ſient '*prisca exemplaria*' *Pii* 1098. id enim *B,* ni *ex* m maxime *libri* illi ut *Muellerus Pros. p. 584.* ut illi *libri* (*) 1099. Tanto, an *in ras. B* hunc *BbFZ.* hinc *BaCD* condemnabo *BbFZ.* condem ///dabo *Ba.* condemp dabo *D* (× *in marg. Dc*). condemdabo *C, alt.* d in *ras. ex* b, *ut vid.* 1100. Quod *C,* o *ex* i agis *Pylades.* agaſ *libri* uiſ ſerere *libri: trai. Bothius* (*) 1101. metuculoſa *BD et Prisciani*

THEOPROPIDES

Súrgedum huc igitúr: consulere quíddamst quod tecúm uolo.

TRANIO

Síc tamen hinc consílium dedero: nímio plus sapió sedens.
Túm consilia fírmiora súnt de diuinís locis.

THEOPROPIDES

Súrge: ne nugáre: aspicedum cóntra me.

TRANIO

Aspexí.

THEOPROPIDES

Vides? 1105

TRANIO

Vídeo: huc si quis íntercedat tértius, pereát fame.

THEOPROPIDES

Quídum?

TRANIO

Quia nil quaésti sit ei: íta mali hercle ambó sumus.

THEOPROPIDES

Périi.

TRANIO

Quid tibíst?

1102. [*Servius*] *in Aen. XI 343:* 'rem consulis' pro 'de re consulis'. Plautus 'consulere .... uolo'. 1103 *sq. Servius in Aen. IX 4:* secundum Plautum [autem *add. F*] sedere est consilium capere, qui inducit [in monte laria *add. F: corr. Daniel*] seruum dicentem 'sine iuxta aram sedeam, et dabo meliora consilia'.

DGLKr (*vide testim.*). metucoloſa *Prisciani H.* metucoloſa *C.* meticuloſa *FZ* reſitire *BaCDa: corr. BbDb* (*) 1102. Surge dum *BC* huc eſt conſulere igitur quiddam *libri: ubi* igitur *trai. Langenus* '*Beitr.*' *p. 311 sq.*, conſulere quiddam eſt *praebet Servius Dan.* quid dã qđ *C* *ante* volo *ras. unius litt. D* (*) 1103. Sic tamen *Pius.* Sitamen *B.* Sitam̃ *C.* Si tamen *DFZ* huic *F* ſaplo *CDa: corr. Dc* *Vide testim.* (*) 1104. Tum *B.* Tunc *reliqui* dedi uiniſ *C.* dediuiniſ *B* 1105. nenugare *B.* nenu gare *C* aſpice dum *BCD* me aſpexi *B.* me aſpexi *CD* uides *om. C cum spat. in fine v.* 1106. huc ////// ſiquiſ *B* (*er.* ſqui) intercedaſ *BaCD: corr. Bb* tciuſ *C* 1107. nihil *libri* quaesti sit ei: ita *H.* quaeſtiſ (e *e corr.*) id *C.* qua eſtiſ id *B* (queſtiſ *sup. scr. m. saec. XV* [*vix Cam.*]) *D* (× *in marg. Dc*) *F.* queſti ſit *Z* (*) 1108. Perii quid *C* tibi eſt *libri*

THEOPROPIDES

Dedisti uérba.

TRANIO

Qui tandém?

THEOPROPIDES

Probe
Méd emunxti.

TRANIO

Víde sis, satine récte: num muccí fluont?

THEOPROPIDES

Ímmo etiam cerebrúm quoque omne mi é capite emunxtí meo.
Nam ómnia male fácta uostra répperi radícitus:
Nón radicitús quidem hercle, uérum etiam exradícitus.

TRANIO

Númquam edepol hodie hínc abibo inuítus: desine aút abi.

1112. *Fronto ad M. Antoninum de orat. p. 156, 1 Nab.:* Confusaneam [*sic Hauptius:* confusam eam *cod.*] ego eloquentiam ... subuertendam censeo radicitus, immo uero Plautinotato [(plautino) trato *cod.: unde* irato *Maius.* irati *R.* translato *Riesius.* tralato *Hertzius.* utar *Iordanus.* farto *Hauptius.* raro *Eckstcinius.* et rato *Bachrensius: at cf. Studemundus apud Klussmannum p. XXXII*] uerbo exradicitus.

---

dedisti *ex* det iſti, *ut vid., corr. C* TR qui tandem? TH. *Camerarius.* qui tandem *sine spatiis libri* probe *codd. Pyladis.* probi *BaCDF.* probri *BbZ* 1109. Med *Bothius.* Me *libri* emunxsti *Pius.* emunxit *BaFZ.* emuñxit *C.* emuncxit *D.* emunxiſti *Bb* uiden *F* sis satine recte *Pylades.* ſiſ ſatin erecte *B.* ſi ſatin erecte *CD.* ſi ſatin et recte *F.* ſi ſatim recte *Z* num mucci *B* (n *ex* m) *et C.* nũmuca *D* (× *in marg. Dc*). nummi huc *FZ* fluunt *libri* (*) 1110. eciã *C: om. F* quoq *C* omne mi *Buggius.* omnem *libri* (*etiam Pyladis*), *sed* omne *ras. B* e capite emunxſti meo '*prisca exemplaria*' *Pii itemque, sed* emunxiſti '*codd. ant.*' *Pyladis.* ecapite munxit meo *Ba* (munxti *corr. Bb*, meum *m. rec.*). ecapitẽ uñxti meo *C.* ecapitem uncxi mero *D* (muncxi *copul. Dc*). e capitem unxi mero *FZ* (*) 1111. male fata *Ba*, c *s. v. Bb* ueſtra *BFZ.* urã *D et, praeced. spat., C* (*) 1112. *Hunc v. om. Z: ex* '*codd. ant.*' *add. Pylades* uerunetiam *F* eciã *C* eradicituſ *BCDcFZ.* eradititus *Da: corr. ex Frontone Osannus in Cic. de re p. p. 229* (*) 1113. TR *B: om. FZ* Num quam *B* hinc abibo inuitus: desine aut abi *S.* inituſ deſtinant tibi *libri, nisi quod* uiuituſ *C ante*

THEOPROPIDES

Iám iubeo ignem et sármen arae, cárnufex, circúmdari.

TRANIO

Né faxis: nam elíxus esse quam ássus soleo suáuior.

THEOPROPIDES

Éxempla edepol fáciam ego in te.

TRANIO

Quía placeo, exemplum éxpetis.

THEOPROPIDES

Lóquere: quoiusmodí reliqui, quom hínc abibam, fílium?

TRANIO

Cúm pedibus manibús, cum digitis aúribus, oculís labris.

THEOPROPIDES

Áliud te rogo.

TRANIO

Áliud ergo núnc tibi respóndeo.
Séd eccum tui gnatí sodalem uídeo huc rure incédere,
Cállidamatem: illó praesente mécum agito, si quíd uoles.

---

corr. indituſ *B* (d *ex* u) *spat. post* deſtinant *C.* deſtinauit *Z cum parte codd. Lambini.* deſtinabit *et* filius *s. v. m. Camer. in B* (*) 1114. TH *B: om. FZ* Nam *F* iubeo *Saracenus.* lubeo *B.* lubo *C.* iube *DFZ, cod. academ. Gronovii* sarmen arae *Seyffertus 'Berl. philol. Wschr.' IV p. 49.* ſarmen *B, cod. acad. Gronovii.* ſarnẽ *CD.* carnem *FZ* carnifex *libri* circum dari *BC* *in marg. nota velut* ḥ *cr. in D* (*) 1115. Nefaxiſ *BC* faxiſ *B ex ras. Z.* faxiſ ſiſ *BaCDF'* unam *C* quã| *C* (*incohata* ſ, *ut vid.*) ſolio *BaCDa: corr. BbDc* ſuauior *ex* ſuauio *Bb* 1116. fatiam *B* inte quia *B.* inter quia *D.* inẽ quia *C* (*) 1117. quoiuſ modi *B.* quo iuſ modi *D.* quo uiſ modi *C.* cuiuſmodi *FZ* hic *F* abibam, i *ex* l *vel* b *incohata D* 1118. Quom *B* manibuſq cum *C ante ras.* dicitiſ *Ba.* clititiſ *Da: corr. BbDc* oculiſ, o *in ras. Bb* (*) 1119. ergo *CDF.* ego *BZ* tjbi reſpondebo *D,* j *ex* e (*) 1120. eccum tui gnati *FZ.* haec cum tui gnati/// *B* (*er.* ſ). hic cũ tu ignat' *C.* hęc cũ ignat' *D* uideo huc rure *B.* uideo huic *BCD.* uideo hic *FZ.* uideo huc *codd. Pyladis* cedere *Z* (*) 1121. Calidamatem illo *B.* Callidã ate nullo *C.* Calidã ate mĩllo *Da.* Calidamatẽ mallo (*non prorsus certa* a *ex* i) *Db* preſente *BF.* p̄ſente *DcZ.* p̄ſenti *CDa* agite *BaCD: corr. Bb* ſiquid *B.* ſiqd *C*

CALLIDAMATES. THEOPROPIDES. TRANIO

CALLIDAMATES

Ṽbi somniculum sépeliui omnem atque édormiui crápulam,
Phílolaches uenísse dixit míhi suom peregre húc patrem,
Quóque modo dominum áduenientem séruos ludificátus sit.
Aít se metuere ín conspectum suí patris procédere.
Núnc ego de sodálitate sólus sum oratór datus,
Qui á patre eius cónciliarem pácem. atque eccum óptume.
Iúbeo te saluére, et saluos quom áduenis, Theópropides,
Péregre, gaudeo. híc apud nos hódie cenes: síc face.

THEOPROPIDES

Cállidamates, deí te ament: de céna facio grátiam.

CALLIDAMATES

Quín uenis?

Act. V Sc. 2 CALLIDAMATES · ADOLESCENS · THEVROPIDES · TRANIO · *B et, nisi quod* TEVR., *F. unius v. spat. C.* CALLIDAMATES ADULESCENS EIDEM *Da: quo* Teropideſ *ante* EIDEM *add. Db.* Callidamateſ adole. Teuropideſ ſen Tranio. S. *Z* 1122. CAL *praem. B* bi *c. sp. in. C.* Ibi *D* somniculum ℭ. omnium (*vel* om̃iũ) *BaCD.* omnium *Bb.* ſomnium *F.* ſomnum *Z* omnẽ atq *C.* omnemque *FZ* edormiui *Camerarius.* obdormiui *libri* (*) 1123. dixit *hoc loco Bothius* (*post* huc *Pylades*): *om. libri sine lacuna* ſuum *libri* peregce *D ante corr.* huic *CD* (*) 1124. Quo q *C.* Quoquo *F* dominum *Buggius.* hominem *libri* aduenientem seruos *Aldus.* ad ſeruoſ *cum lacuna B* (*14 litt.*) *C* (*6 litt.*) *D* (*12 litt.*), *sine lacuna Z.* a ſeruo *F* ludificatus sit *Aldus.* ludificatũ ſit *libri, sed* lu *e corr.,* difica *in ras. Bb* (*) 1125. Aut *Z* in conspectum sui patris procedere ℟ *praeeuntibus aliis.* inconſpe occedere *cum lacuna* (*c. 28 litt.*) *B, itemque, sed* occedere, *C* (*13 litt.*) *et D* (*18 litt.*), *qui* inc̃onſpe *habet.* in conſpectu accedere *FZ* (*) 1127. Quia *BaC.* Qua *C: corr. Bb* cociliarem *Ba:* n *s. v. Bb* optimi *BaCDb.* optime *BbFZ.* optim *Da* (*) 1128. ſaluare *CD* ſaluoſ cum *BaCDZ.* ſaluoſ quom *F.* ſaluoſ cum (*i. e.* ſaluum) *Bb* aduenif teuropideſ *FZ.* adueniſſet heuropideſ *CD.* adueniniſſet heuropideſ *Ba.* adueniniſſete· ·theuropideſ *Bb* 1129. hodieteneſ *C* ſic *BCD.* TE. ſic *FZ* face *Scioppius Susp. lect. I 3.* tale *libri, codd. Pyladis* 1130. TH *B: om. FZ* Callidamates ℟. Calidamate *BDc.* Calidam ate *Da.* Calidã ate *C.* Callidamate *FZ* dei te *BC.* dei *D.* te dii *Z.* dii *F* fatio *B* graciã *C* 1131. Quinueniſ *B* *spat.*

TRANIO

Promítte: ego ibo pró te, si tibi nón lubet.

THEOPROPIDES

Vérbero, etiam inrídes?

TRANIO

Quian me pró te ire ad cenam aútumo?

THEOPROPIDES

Nón enim ibis: égo ferare fáxo, ut meruisti, ín crucem.

CALLIDAMATES

Áge mitte ista: in tu ád me ad cenam?

TRANIO

Díc uenturum: quíd taces?

CALLIDAMATES

Séd tu, istuc quid cónfugisti in áram?

TRANIO

Inscitíssumu's.

Áduenìens pertérruit me. elóquere nunc, quid fécerim.

Núnc utrisque dísceptator éccum adest: age dísputa.

---

om. C prote *B.* ꝑte (si tibi.....me pro te *om.*) *C* ſi tibi *B Db* (*et clarius in marg. Dc*). ſibi *Da.* ſi ire *FZ inducti obscurioribus* it *litt. a Db sup. scr.* libet *libri* (*) 1132. TH *om. B* Verbo *Ba:* ero *s. v. Bb* inrides *BbDc.* inridenſ *BaDa.* irrideſ *FZ* Quia//// *B* (*er.* n). quian *D.* quin *FZ* prote adcenam *B om.* ire autumo *FZ, codd. Pyladis.* aut umo *B ex ras.* aut humo *B ante ras. C.* ·a· ut humo *D* 1133. ibiſ *ex* ibi *Bb* feṇẹ̀rare *C* meruiſti, m *ex* t *B.* meruiſtiꝫ *D* (× *in marg. Dc: quod spectet potius ad* ·a· ut humo) incrucem *BC* 1134. TR *FZ* in tu ad ℭ. acto ad *BaCD.* ac̣to ad *Bb.* hęc. et *Z.* nec et *F* admẽ *B* TR *B. spat. D: cm. CFZ* Dic uentu^{rũ} quid *Bb.* Dic uentũ quid *Ba.* dicun^{m} ũqd *CD* (× *in marg. Dc*). dic iturũ. quid *FZ* (*) 1135. iſtic *Z.* iſtuc *etiam codd. Pyladis* (*de distinctione cf. ad 522*) c̃ fuiſti *C* TR. inſcitissumu's *Fergerus de vocat. usu Pl. ed. Argent. a. 1889 p. 6 sq.* inſcitiſ ſi muſ *B.* inſcitiſſimuſ *CDZ.* incitiſſimuſ *cod. Scaligeri* (*) 1136. TR. *praem. BFZ: cf. ad v. 1135* Ad uenienſ *B* eloquere *Langenus* '*Beitr.*' *p. 193.* loquere *libri* feterim *B ante corr.* 1137. utriuſque *F, codd. Pyladis* etcum *D* (*)

THEOPROPIDES

Fílium corrúpisse aio té meum.

TRANIO

***) Quamquam interdum spatia in *CD* ad metricam potius distributionem spectare et ad v. 789 tetigimus et hoc loco monemus.

†) Fortasse v. 18 ita discribendus erat melius, ut dimeter troch. catal. (*Sátin ergo ex senténtia*) subiceretur tetrametris troch. cum

quidẽ tv iã — negotiũ edepol — apud molaſ — militia ẽ tua — ergo edepol — ſagitta — amant | — belligerẽ | — tuũ ne — qd iã — bene — victu | — loqui | — id ẽ hęc — an ſempit̃ nã — viſ ergo | — quẽ ad modum |

36—52: *— pendam | — Age — tuiame — veniã — apumice — facere — tufac — quęrã — ſi id — ſedulo — ego itẽ — reſecro — enicaſ | — atpol — ambulato | — inquęſtione | — malũ |*

53—80: *— obtineo — fuit | — ꝓauoſ — cibũ — neq' huſ — obtineo — uolo — reptũ bona | — publicę rei — poteſt — ĩpuplicũ | — quẽpiã — ęqua — appareant | — ſtultuſ — oporteat | — nerecte — obreptauerit | — graduſ |*

81—111: *— leno — ẽ op' | — vos adq' — ego intro — appara | — ille hic — lautũ credo — tenet — detiſ — gluttiaſ | — magrũ illud — colliricũ | — ꝓpe me — omi iuppiter | — oportune — decet | — iã intuſ — pernã quidẽ | — hallegiſ — ere | — murena — frigida |*

112—135: *— omĩſ eſſe — occeperiſ | — aduerte — mihi — & mihi — domi idẽ | — deſuo ſiqd — ꝓbe | — marſuppium — vitam — tuã | — adedi | — ſcieſ | — leno — norit — reperire — illã — ad legauero |*

136—167: *leno n̄ dũ — reliq̇e | — potẽ nũquã — facturũ — huc iã quã — decuria | — queſo hercle — ſaturũ vendaſ — benefaciſ — filię | — fuerint — autumet | — taceſ | — lepide — zonã — q̇ hanc — peregrin' — adduce — ornam̃ta — locauer̃ | — ſcio | — accipero | — habeat — curã — vt habeat — loquor |*

168—182: *— dicerẽ otienſ | — habitam — conſueui ſimul — censueram eſſe — hunc annum — iam fieri — fans non ędidiciſti · — et ſcio — animuſ — qui amat · — vita eſt | — ut ſit | — onerabo |*

183—213: *— teneſ | — caput | — apud illam — ni omnia — habeaſ hodie — ſilubidoſ — ſine me — cum ego — iſ nunc — tu pueri eſ — peculiabo | — opprobari · | — iudicem | — pegnium | — ire ego — facerem hanc — percircum — quae*

tetrametro cret. coniunctis et mox dimeter iambicus (*Si cuéniunt quae exoptó, satis*) praemitteretur septenariis iambicis.

me — hic quidē c̃ — nulluſ — commoranduſt — quid agiſ — quid me — habeant — dignaſ dico — ſceleſtam — peiorem — maledico — vmquam ita — heia — fateor — familiae · |

214—232: *— autumo | — ergo — prior — hinc haud longe — ſceluſ · | — ſciſ | — audiuero | — decd̃ me — quo iter — inmittaſ — quando — atq̃ppero — nihilequidē — altera eſt — neſcio quid — operam — amaſ | — aetatulam | — ſeruiaſ — confidentia | — pondere | — p̄dico |*

233—250: *— niſi ſcio | — quideo quid — niſi ſcio | — exterebrabiſ tu — miseriaeſt — quodtu — utloquerenī — necui-quam homini — attuhoc face | — leuifide — lenonia dic amabo — tecū habeto — toxilo — atego hanc — abietem | — fortaſſe — ambulaſ agariſtio |*

251—271: *— uiro potenti — merito | — copiam | — affe-ram | — cenſebam · | — mercarier | — decq̃lo dedit — qui hoc — nam hoc argentum — & amico meo — diu quod bene — non curo | — largiar | — hominеſ — aridoſ | — cum ſale | — mihi | — vapulet | — noui | — pregnū eccum |*

272—301: *— domuṁ — properaſ | — quem tibi — ut opinor — ſcelerate — eo iſtuc — tuuſeruſ — uenefice | — maiori — linguam — toxiluſ — tureſtibuſ — perciderim tibi — incubitatuſ eſ — gratiſ · — confido — potin vt — non quiſ | — parata — deſint — quid eſt · — liceat | — specta | — per-dant | — colaphiſ | — tunc me — di deaeq; — queam — ua-pulat — bilinguiſ — tcc cere aut̃ | — intuſ !*

302—328: *— iubeto — ubi ſe adluat — magiſ — abi domum — me infer — ambulat — ſed quid — tibi eſt ne — promoneto | — parce | — co oriuntur | — iubeaſ | — negotii | acornu — ſodeſ — inbubilem — bonum — ineſt quod — me uobiſ — domuſ — tibi hoc tutum — inſtruxiet — tanto melior | — argentum | — utuiſ |*

329—366: *— perhennitatiſq; — ſuꝑſtitet | — ſciſ — ad-hoc — mi paī | — filiam — attali | — tu pro — inuentriſ — non inme — tamen | — modeſte — admigrantīfamę | — odioſa eſ — patri | — cantq; — exiſtimo | — hominum — mortuam | — nolo — fiat · — miratuſ eſt — ſlagrum | — nunc quod — mulier nulla — parentibuſ |*

367—399: *— ſiquid — atſi ñ — uolo | — uirū ei —*

*dicat quod — at — libet — haud liccat — patri — et il ut — fucrint — faciſ · | — nuptiaſ |**) *— hic cum — uortitur | — indotatam — meũ | — plenum — dabuntur — acccperiſ — duciſ — lubd | — audicaſ |*

400—404: *— iuratuſ ẽ ſeſe — preterierit | — foreſ — foraſ |*

405—448: *— quid agitur — publicum | — accipiter — uerſibuſ | — accipe — teneſ | — iurato — et ibi ut — ſerui tritium | — tritor — · fugax · furax · | — poſſum ate — quintu mihi — poſcit — audiant | — ego — tibi | — omitto —mihi | — partim — aforo | — lepuſ | — hic er | — iam — ſcio | — rotula — adforum | — iam — ſane — oportuit |*

449—461: *— ſummanuſ — pccdit — agit | — callide | — hodie — ſagariſtio — tibi | — eperſia |*

462—469: *tiara ornatum — crepidula — comici | — adiuuaſ | — tace | — conloqui | — rite uoſ |*

470—496: *— lucri | — indieſ | — uicit | — demco | — maximã — benignuſ — credebã — abiuraſſit | — ego hominẽ — paratae — agiſ te — emiſiſti — auctuſ eſ · — libera eſt · | — non viſ | — omneſ — abi — apud meẽ — rem — occultabam — faciaſ — benedicif — tuum — facturum |*

497—527: *— attinent — ameo domino — ex ipſiſ — recitato — toxilo — ualeo — octo — cleuſi polim — atque — auctio — hoſpitium — uolet | — adme — gerant | — boni | — uolt — roga | — prior | — moneſ | —tua | — expetenda — penitiſſima | — iſemat — quiſquam — face | — uale |*

528—548: *— creditum | — attulit | — opuſeſt | — foraſ — mercimonio | — credidi | — complurienſ | — heream | — meaquidẽ — recte — habeo — nequiſ — illam — diciſ — ipſe addunt · | — hiceſt | — ſcio | — quiſ quiſ eſ | — carnufex | — tuum |*

549—596: *— ſpeclem — parum | — dicere | — ſapientiam | — oppidum | — arbitror | — exulant — obtrectatio | — indiligentia | — ſceluſ | — parũ ſit | — ſodalibus | — eſ | — hanc | — emeriſ | — opulentior | — familiiſ | — tuam | — in-*

*) Sic haec perscripta sunt:
Habeo inmemoria neceſſĩtate memala utfiã faciſ · ⌐nuptiaſ
Verum uideto me ubi u///oleſ nuptũ dare nehęc fama faciat repudioſaſ

tromitti | — *foreſ* | — *ferreiſ* | — *ſeram* — *inpingi* — *iſane* — *indicet* | — *hoſpeſ* — *noctu* — *hinc uolo* — *hanc* — *pulchre* — *tamquam* — *certuſ* — *fuit* — *tibi empta* — *nihil ẽ* — *merſ eſt* — *emere* — *uelle* — *mancupio* — *daturuſ* — *hercle* — *enimte* — *etqui* — *leno* — *geraſ* |

597—622: — *parentibuſ* | — *inpulſu meo* | — *maxime* | — *roga* | — *dare* — *adire vt* — *uolo* — *lubĕ* | — *gere* | — *impera* | — *auſpitium* — *age* — *adduco* — *perconctarier* | — *operam* — *adẽe una* — *tibi ibidem* — *heuſ tu* — *ſcio ego* — *eloquiar* | — *apud hunc* — *ſuum* | — *percontabimur* | — *id mirer* — *nequid mirer* — *callida* |

623—647: — *quid nomen* — *fuit* | — *emiſ* | — *quoq;* — *numquam* — *tibi* | — *addito* | — *mihi* | — *manum* | — *loco* | — *ſepiſſime* | — *dicerĕ* | — *tua* | — *quaero* — *quando fuit* | — *quęraſ* — *equidem* — *tua* — *equidem patriam* — *de iſtoc* — *miſeriarum* — *pater* — *bono* — *quiſ fuit* — *qui fuit* | — *nominarier* |

648—672: — *acceptior* | — *praedicaſ* | — *emam* — *arbitror* | — *memodo* | — *ſciet* | — *nunc* — *fractae* — *cadeſ* | — *uolo* | — *boloſ* | — *tibi* | — *perdere* | — *indica* | — *minaſ* | — *hinc* — *actutum* — *miniſ* | — *qui hac* — *probe* | — *trecentiſ* — *huc* — *non accedent* — *infectum ut* — *petiſ* | — *affero* · |

673—682: — *probam et* — *fit ẽe* — *vbi* — *innauem* — *recipito* | — *argento* — *me* — *foraſ* |

683—710: — *minuſ eſt* — *facere* — *miſer* | — *quando* — *diem* | — *hoc ſiſ* — *fiat* — *negotiumſt* | — *autem* — *redimã* — *videor* — *quippe qui* — *ſciaſ* | — *argentum* — *expalpo nideſ* | — *nomen* — *moreſ* — *voltiſ* — *potiuſ* — *vale* · |

711—729: — *illuxit* — *illequidẽ* — *uendidit* | — *adſeratur* — *fore* | — *habeo* — *immo ſerui* | — *hanc* — *admoneam* — *ulciſci* — *tace* | — *ſat ẽ* |

712—752: — *ſqualet* — *tibi* | — *aliud* — *iam ego* — *tua* | — *aedeſ* — *dedit* | — *igitur* — *ſceluſ* | — *ambula* — *dicam* — *carnufex* | — *hominеſ* — *ambula* | — *gnata* — *ſequor* |

753—777: — *extincto* — *iuppiter* — *ago* — *participeſ* — *hoſtium* — *ponite* — *ego oñſ* — *opera haec* — *eſt homo* — *mi cur* — *age dũ ergo* | — *magiſ* — *cõmendamuſ* | — *age ergo* · | — *pepigi* | — *ſuauẽ* | — *menſam* | — *puere* — *pro-*

pera — amice | — amplecti | — poculũ donant — inuidꝫ | — gaud · |

778—817: *— omnib; — hic mihi — diuexauit | — illum — perdant — argenti — incruciatum — redierit — fabulaſt — liberta — agite — locuſ hic — puere | — affligam | — tuum | — uerſauiſti | — additaſt | — ſciuiſti — p̄ uorti — cor mihi | — neardeſcat — pegnium | — baſilice — inridere — tibi | — lubet — quintumeiſ — quidẽ id? | — attigaſ — condono*

818—857: *— pol uoſ — uolt — mulſum — bibimuſ — tranſeat | — uide — diodoruſ quem — abitiſ — denuo | — adcurtem | — geminiſ ſumuſ | — perdidit | — uolo | — opuſt — emo | — me | — abſq; me — crope diem | — aduerſatuſ eſt — honeſtuſ | — repertuſ eſt | — parcam | — dedi | — ſedulo — conſulunt — dordaluſ ĩ — qui fuit — malum uobiſ — nateſ — loquere — adcacnam — uoco bene — igitur — male — ſatiſ — do | — parũ | — me | — plaudite pantio |*

De codicibus nihil habeo quod addam*) nisi hoc: me consulto plerumque omisisse, ubi *B* post personarum spatia maiuscula littera utatur (itemque si *CD* a *B* ex diversa discriptione in maiuscula tantum discrepent): voces autem syllabasque male coniunctas disiunctasve etsi (ex *B* maxime) saepe — et saepius fortasse quam opus erat — notavi, tamen nequaquam volui omnes omnino exscribere.

In priorum criticorum conaminibus afferendis ut non semper in Ritschelii copiis acquiescerem, duabus de causis adductus sum. Ac primum quidem saepius vidi Ritschelium sibi vindicasse, quae Guyetus, Bothius, alii occupaverant: unde apparet nequaquam consulto omnia ab illo omissa esse, quae omiserit. Tum vero non parva pars eorum quae omiserat interim ab aliis redintegrata est ignorata plerumque auctorum principum auctoritate. Itaque eo liberalius apparatum augere et volui et potui, quod vel inutiliora commenta iam in appendicem relegata vix incommodo sunt: atque aliis alia inutilia sunt vel videntur esse.

*) Vbi diversa quae praesto erant testimonia inter se discreparent, plerumque sponte apparuit, quisnam accuratius contulerit. Vnum commemoro ex *B* Hinckium v. 3 *ecſcetera* notasse, ubi *ex* pro *ec* Parens, Ritschelius, Studemundus habent. Reliquae discrepantiae cum leviores etiam sint, nolui propter eas amicos Romanos sollicitare.

Instrumento critico post editam Mostellariam accesserant manu scriptae adnotationes F. V. Reizii, Godofredi Hermanni, Caroli Lachmanni, de quibus sic dixit Ritschelius: 'hae, quas ultimo loco dixi, scriptae sunt in marginibus duorum exemplarium meo aere nuper emptorum, Taubmanniani anni MDCXXI et Bipontini anni MDCCLXXXVIII, sed multo pauciores in hoc quam in illo. Ex Hermanni autem bibliotheca depromptum exemplum Ernestianum anni MDCCLX commodauit Mauricii Hauptii amicitia: cuius quae dotes sint, optime intellegitur ex ipsius Hermanni verbis in fine alterius voluminis scriptis, quae infra ponenda duxi:

Quae in hoc libro calamo annotata ſunt, ea ex demortui praeceptoris mei Friderici Volgangi Reizii exemplare huius editionis transtuli in hoc meum exemplar cum maxima fidelitate, ita vt neque, ſicubi errauit Reizius, immutarem; & ubi a priore correctione receſſerat, ſi calamo eam expunxerat, idem facerem; ſi ſale delerat, in margine, quae priſtinae emendationis exſtarent veſtigia, indicarem. Ea autem quae iam antea ipſe alleueram, vel ſubducta lineola, vel appoſito meo nomine, vt ab Reizii notis internoſci poſſent, curam habui. Deſcriptae ſunt haecce notae Lipſiae in feriis vernis a die XV. Aprilis vsque ad diem IX. menſis Maii, anno a C. N. CIↃIↃCCLXXXX.

Ioannes Godofredus Iacobus Hermannus.

Hoc autem quod ipse testatur consilium dici nequit quam mirifica diligentia per viginti comoedias exsecutus sit, fidei et religionis per longaevam vitam tanta cum gloria comprobatae iam tum documentum edens honorificentissimum. Ac de Reizianae industriae indole universa satis iam aliunde constat: ad Persam paucae cum Reizii tum Hermanni emendationes pertinent, illius quidem metricae potissimum in canticis actus quinti, quarum partem maximam, ut specimen exstaret, in adnotatione perscripsi non nimio emolumento poetae. Ex Hermannianis potueram etiam illam commemorare quam versui 696 adhibuit: *Eum ego ut requiram adire atque ut redimam uolo*, tametsi probabilitatem habere nego. Quanquam de hoc genere universo ita sentio, ut haudquaquam putem sine delectu evulganda esse, quae quis sibi, non aliis scripserit. Idque non minus cadere in Lachmanniana volo.

Qui cum ipsam Persam fabulam item leviter tantum attigerit, in aliis compluribus longe longeque plus studii ac laboris consumpsit. Sed eius operae alia eaque sat magna pars in excerpenda scripturae discrepantia codicum Palatinorum editionisque principis constitit: alia etsi in corrigendis scripturae vitiis versatur, tamen saepe (id quod etiam in Persa accidit identidem) ea inventa progenuit, quae pridem ab aliis, quorum tum libros non consuleret, occupata essent. Vel sic tamen non deesse consentaneum est, quae spes sit non mediocriter quarundam fabularum emendationi profutura esse partim iam editarum a nobis partim tractandarum deinceps'.

Praeterea ad Persam spectantes lectiones Scaligeranas aliquo supplemento augebat Ritschelius 'quod ex impressis libris Leidensibus XIII. D. 203 et 204 et XIII. O. 244 ab Eugenio Mehlero nostro haustum nunc ipsum Bonnam tramittitur'. Protulit autem omnes, 'ut semel aliquo exemplo intellegatur, non immerito multa supprimi a me solere quae nulli esse usui videantur, quippe aut non satis digna Scaligerani nominis splendore (maior enim in illo recentioris fuit quam veteris artis metricae latinae peritia), aut nimis levia, aut prius inventa ab aliis sibique probata tantum. Vides ludibunda manu multa illum iecisse potius inter legendum quam, quod tum non agebat, meditate coniecisse'. Accedebant his Salmasiana e libro item Leidensi XII. Q. 177 et quae Leidensi XXI. Burm. D. 2 Iani Dousae manus ascripsit ex parte 'condonanda magis quam commemoranda' quodque Gronovius adnotavit in Gron. 17 et Rittershusius in D. 181: quae iam ex praefatione in appendicem transferenda erant.

De graeco fabulae exemplari nihil nec sciri nec conici posse videtur: neque quae de tempore actae primum Persae olim effecisse sibi visus erat Goetzius Mus. Rhen. XXX p. 162 sqq. (cf. Lorenzius Pseud. p. 243) satis firmis niti argumentis hodie ipse concedit. Sixii sententiam non novi.

De personarum nominibus haec repetenda atque ex parte persequenda esse videntur. 'Nec fidem nec rationem habet tralaticia LEMNISELENE forma, tam illa abhorrens a Plautini et generis et temporis indole, ut LEMNISELENA efferenda esset necessitate certissima. Verum neutrum horum

libri tuentur v. 196 et 248: qui priore loco dativum constanti testimonio *lemniſeleni* (*lemniſſeleni CD*) prodant, posteriore accusativum nec in *am* nec Graecorum (non Plauti) more in *en* syllabam terminent, sed eam formam praebeant quae non possit non tertiae declinationis esse, *lemniſelenem*. Hinc consequens fuit ut nominativum faceremus LEMNISELENIS. A *Λημνισεληνίς* autem vel *Λημνοσεληνίς**) oxytono etsi regulae sane convenienter non illi potius casus fiunt quam hi qui in *–idis –idi –idem* exeunt, tamen non tam angustis finibus vel ille locus qui est de *ἀναλογίᾳ* et *ἀνωμαλίᾳ* nominum, apud veteris latinitatis scriptores universos, vel hic qui est de formandis hominum nominibus, apud ipsum Plautum circumscriptus est, ut, quo usque latinae declinationis affectandae studium, proprium illud priscae aetatis, progredi potuerit, sine errandi periculo fidentius atque adseverantius definias. Hac igitur ratiocinatione ductus cum *Lemniseleni Lemniselenim* formas, ut *Theti Irim* barytona, latinissimo poetae tribui, non esse verendum putavi ne egisse inconsultius viderer'. Adde Opusc. phil. III p. 319, ubi cum Buecheleri assensum Mus. Rhen. XV p. 438 commemoravit Ritschelius, tum dubitari posse addidit utrum a *Λῆμνος* ductum nomen sit, ut a *Λέσβος* factum sit *Λεσβόνικος* — nisi forte huc adsciscas *Λῆμνον τὴν μεγάλην λεγομένην θεόν* teste Stephano Byzantio p. 413, 10 Mein. —, an (quod praestare putabat) a *λῆμνος*, quod etsi nunc auctorem non habeat, tamen e se procreaverit deminutivam *λημνίσκος* formam. Male Vssingius cum Camerario reduxit LEMNISELENAM, 'nisi alio prorsus nomine Plautus usus sit'. Nam Ritschelii rationem luculenter confirmat *A*, qui v. 248 LEMNISELENIM vel LEMNISELENEM, at nullo modo LEMNISELENAM recipiat. Minus etiam intellego, cur Klotzius nuper SAGARISTRIO formam plane barbaram adhibuerit, quae unius *F* 'auctoritate' nitatur! — 'Aliam ob caussam non paullum dubitationis DORDALVS nomen inicit, ut cuius veriloquium prorsus nullum in promptu sit. Quod etsi constans per totam fabulam optimorum testium,

*) De *i* pro *o* vide Fleckeisenum Mus. Rhen. VIII p. 228, Ann. phil. CXXXIII p. 263 adn. et Ritschelium Opusc. phil. II p. 488 adn., III p. 315, al.

etiam Ambrosiani, auctoritas effecit, ut interim non sollicitarem (nam leve est quod in *Db* aliquoties erratum est DORRALVS vel DORALVS), tamen non me praeterit fieri posse ut in solo argumento fabulae veram nominis scripturam codices servarint DORPALVM'. Ad hanc scripturam addendum, quod in scaenae III 3 inscriptione *B* utrum DORDALVS an DORPALVS habeat dignosci non posse Studemundus adnotabat (DORDALVS legit Hinckius cum Ritschelio). Atque de PORDALO Camerarius cogitaverat idemque Schneidewino 'non male oluisse' Ritschelius narrabat Opusc. phil. III p. 309. 341 sq. argutam acutamque dicens hanc coniecturam. Ac multo sane minus acute vel potius satis inepte *Ὄρδαλον* efficiebat Benselerus: neque magis audiendus Koenigius Quaest. Plaut. ed. a. 1883 p. 10 vel *Δορίαλον* vel *Δώῥαλον* (*δωρ* = *δορυ* = *δορϝ*) commendans = *δοριάλωτον*, quo plus sapere sibi visus est Haulerus in Woelfflini Archio I p. 304 sq. *Δώραλον* (coll. *Δωρίων*, *Δωριάς* et *Χρύσαλος*: *Χρυσίων*, *Χρυσιάς*) a *δῶρον* derivans. Nam cum *A* v. 482 clare DORDALE exhibeat itemque DORDALUS in scaenae IV 8 inscriptione, utriusque recensionis consensu haec forma tam luculenter stabilitur, ut scripturis singularibus ne tantillum quidem tribuendum sit: neque vero est quod de corruptela antiquiore cogitemus propter originationis difficultatem, praesertim cum lenonis nomini facile vox obscaenior obscuriorque subesse possit (cf. BALLIO ex Heronda VI 69 Buech. illustratus). Atque prima tantum littera ab hoc nomine differt 'Cordalus' cum 'Cordalione' in Captivis, de quo item inanes suspiciones moverunt, cum Ritschelius de 'Cordulo, Cordulione' (a *χορδύλη*) vel etiam de 'Condalo, Condalione' (a *χονδύλιον*, condalium) cogitaverit — quod in editione notare omisi — et nuper quidam perversissime 'Cordolionem' effinxerit. Quamquam hoc nomen non modo a *χορδή* derivari potest (quode idem Ritschelius dubitanter admonuit), sed etiam ad eandem stirpem cum *κόρδαξ* redire vel ad (*σ*)*κόρ*(*ο*)*δον*, ut alli plenum significet. — Praeterea parasiti filiae VIRGINI in personarum saltem indici nomen indere LVCRIDI visum est cum Ritschelio: 'quando illa ea in scaena, in qua hoc sibi nomen esse narrat v. 624, constanti consilio ita respondet sciscitanti lenoni, ut, cum

honesta calliditate meras *ἀμφιβολίας* captet, tamen ficticia et contraria veritati dedita opera declinet'. Adde Fleckeisenum Ann. phil. CI p. 847 et Koenigium, qui non male coniecit nomini subesse *Λοχρίς* gentilicium non sine lusu propter 'lucrum' a Plauto detortum. Ceterum decepti nomine PERSA in editionibus veteribus VIRGINI male tributo ipsam fabulae inscriptionem de illa multi intellegebant (velut Lessingius 'Beitr.' p. 50: cf. Rappius p. 1488 et Reinhardstoettnerus p. 719), quamquam iam Scaliger monuit 'nomen gentilicium virile, non femininum' esse Persa.

In actuum distributione non dubitavi Spengelii vestigia sequi, cum Ritschelius non putarit a tralaticia consuetudine recedendum esse. 'Quae quanquam habet sane quaedam incommoda, tamen haec leviora visa sunt prae longe gravioribus difficultatibus, quae in commendatam nuperrime [a Schmitzio scilicet] divisionem cadunt. Ac fortasse aliquid huius rei cum condicione universa huius fabulae coniunctum est, qualis quidem ea nunc habetur. In qua ut Plautinum ingenium, quod supra professus sum, agnosco sensu certissimo, ita vel nitere omnia vel Plautina arte satis digna esse minime contendam.*) Nihil nunc dicam de singulari metrorum varietate, quae cum in cantica Plautina plurima cadat, tamen in hac fabula haud scio an in insolentiorem licentiam vertat: id quod de prima potissimum et paenultima scaena significavi, item de IV 3 v. 489 sqq. Vbi ut valde ambigua est metrorum discriptio omnis et varios saepe dimetiendi modos admittit, ita ad maiorem illa aequabilitatem quandam non nimis difficulter ab eo adduci poterit, qui a codicum memoria, quam nos nunc dedita opera servavimus plerumque, aliquanto liberiore coniectura recedere voluerit. Sed tamen ut non talem qualis exstat prodiisse fabulam e manibus poetae credam, sed aliquam cum iniquitate temporum tum hanc insecuto *διασκευαστοῦ* artificio mutationem subiisse, illud potissimum me movet, quod post venditam Saturionis filiam mirum in modum nec usitata Plauto festinatione ea in scaena,

*) Non praetereundum esse videtur in hac re ex recentioribus poetis neminem quod sciamus Persam partesve Persae expressisse.

quae vulgo nona numeratur actus quarti, exitus fabulae praecipitatur. Hanc igitur scaenam cum probabile sit amissis partibus quibusdam in brevius contractam esse, simul hinc insolita brevitas totius fabulae aliqua saltem ex parte repeti poterit. — Contra molestia non caret, quod in quarta scaena eiusdem actus nimia ac prope putida diligentia virginis cum lenone sermo praeparatur tantumque morae inutiliter nectitur antequam huic illa coram sistitur'.

'Leviori factarum olim turbarum indicio, quam cui multum tribuas, memoria Glossarii Plautini illius est, cuius testimoniis identidem non sine fructu usi sumus. In quo e Persa excerpta adverbia hoc se ordine excipiunt, quem infra posui additis versuum numeris:

quadriduo 37 here 108 temperi 229 amiciter 255 tuttax vel tutax 265 frugaliter 449 (454) complurienf 534 contemptim 547 prognariter 588 interibi protinam 680 prorsus pro continuo 677

E quibus solum interibi non habet hodie quo referatur: quando ad v. 172. 174 spectare minime credibile est. Vt inter v. 588 et 677 (nam casu ante prorsus conlocatum protinam putarim [cf. testim. ad v. 680 et 704]) aliquo in loco aliquid sane intercidisse videatur'. Festinantius sane Spengelius T. M. P. p. 51 hanc coniecturam approbari posse praefracte negavit, cum v. 165 interibi fere certa Acidalii emendatione recuperatum sit. Contra quem quam recte Ritschelius Opusc. phil. II p. 266 in sententia perstiterit, nunc inde patet, quod ipse Ambrosianus inter versus supra circumscriptos novum praebet (671b), qui quam facile interibi recipiat, exemplo declaravimus.

Multo difficilius intricatiusque iudicium est de fabula per *διασκευήν* contracta. Nam cum Ladewigius Philol. XVII p. 474 sqq. in priore maxime fabulae parte lacunas complures indagasse sibi videretur, recte has argutias Goetzius refutavit Act. soc. phil. Lips. VI p. 297 sqq.: neque quidquam valent quae in Ladewigii sententiam Ijsendijkius disputavit de T. M. P. Persa ed. Trai. ad. Rh. a. 1884 p. 52 sqq., qui ex argumentis futtilibus de contaminatione statuenda hariolatus est. Cf. Seyffertus in Burs. Annal. XLVII p. 111 sq.,

qui suo iure contendit quaedam quae mira nobis videantur velut singularem condicionem Toxili servi*) cum Paegnio puero suo parasitoque facile potuisse per prologi argumentum dilucidari. Iam quamvis sano iudicio Ritschelius Goetziusque senserint et post v. 136 quaedam intercidisse, quibus Saturionem Toxilus de ludo per filiam peragendo edocuerit, et v. 739 sqq. nimis abrupte rem omnem expediri, tamen utroque loco pauciores versus desiderari putaverim, quales etiam aliis locis per librariorum incuriam amissos esse et ex Ambrosiani testimoniis et ex rationibus satis certis effici potest. Vide etiam Langenum Stud. Plaut. p. 180 sq. et 335, qui clare de compositionis vitiis exposuit. Atque quaedam incommoda inde repeti possunt, quod poeta brevius argumentum, quod exodii rectius vice fungeretur, ad iustae fabulae ambitum dilatare, in quinque diducere actus voluit: id quod hodie quoque haud raro accidit comoediographis qui vesperum, ut aiunt, explere student, similiter ac pictores nostri res pusillas per telae magnitudinem ad historiarum gravitatem rerumque veritatem extendentes verae arti plerumque officiunt.

Sed de eiusmodi quaestionibus ut suapte natura semper anceps erit iudicium et lubrica coniectatio, ita paulo firmiore nos niti posse fundamento puto in eis lacunis designandis, quas non 'iniquitate temporum et hanc insecuto *διασκευαστοῦ* artificio' fabula subierit, sed iniquitate potius omnem si qua fuit *διασκευαστοῦ* retractationem itemque grammaticorum recensionem insecuta.

Nam quod de Rudente et Casina in harum fabularum editionibus deque aliis fabulis — imprimis de Epidico Poenuloque — in Novis Annalibus Heidelbergensibus II (a. 1892) p. 37—54 exposui de archetypi Plautini fissuris scissurisque,

---

*) Ceterum etiam in ea depingenda ad meras nugas descendit Ijsendijkius p. 88, quem vel illud offendit, quod 'uicinum suum' Toxilum dicit Dordalus (v. 400) et quod ad cenam vocat 'Persam' (v. 710), quem hospitio accipiendum curandumque 'dominus Timarchides' per 'litteras' iusserat (v. 510. 527). Quin etiam miratur p. 70 non mirari Dordalum, quod Persa Persisque optime latine loquantur: ubi ante omnia leno mirari debuit se ipsum ceterosque latine loqui Athenis Atticis.

id in Persam quoque cadere iam accuratius demonstrandum erit. Quae statim in primi secundique versus exitu talem labem contraxit, quam v. 1 unius morae, v. 2 unius syllabae defectus prodit. Quod vero huic defectui non respondet simile initiorum detrimentum, mirum non est, siquidem haec olim aut in pagina versa scripta erant eius folii, quod in pagina recta argumentorum vel prologi senarios praebuerit, aut in paginae rectae parte inferiore ipsi versui 17 opposita exstabant monometris dimetrisve in media pagina discripto sicut in *A*, ubi post v. 1. 2 unus occupat v. 21—23.

Longe luculentius exemplum eadem scaena praebet v. 33 et 35, quos ab initio truncatos esse tam libri quam versus sensusque ostendunt, cum qui intercedat versus longior non minus a metro laboret. Iam vero a fine decurtatos habemus v. 52 et 53, inter quos scaena intercedit: unde intellegimus quattuor (vel saltem tres) versus continuos abscisso margine utroque loco exstitisse breviores.*) Falsa igitur specie v. 33 unius litterae spatiolum post *Haec* habet *B* (cum minus etiam valeat spatium in fine versus post *hęc* in *CD*) neque rectius ex speciosa Camerarii coniectura omnes *Haec dies summa* effecerunt ex *Haec de summa*, qua coniectura recepta aliis deinceps opus erat mutationibus: immo servatis ceteris ab initio velut *Pactio* adiciendum erat: quo adiecto optime tam versus quam sententia decurrit, 'de summa' cum revera Toxilus pepigerit cum lenone (v. 401 sq., 412 sqq., 423 sqq.). Item v. 34 tam metricorum offensiones quam criticorum violentiae evanescunt, ubi primum intellexeris ex duobus eum constare ab initio truncatis. Nam iambicus octonarius hypercatalectus neque per se probabilis est neque hoc loco, praesertim cum *sémpiternam séruitutem séruiat* sponte trochaicis septenariis sese accommodet. Neque quidquam in ipsis tamen verbis, quae coniecturis temptarunt, suspicionem movet. Quodsi quis opponat non magis quidquam desiderari ad sententiam huius versus vel horum versuum (ut in eo qui antecedit et qui sequitur itemque v. 52 [?] et v. 53), perlustret tantum-

*) Intercedunt inter (4) versus truncatos ex codicis *B* discriptione 15 versus (ubi v. 48 sine dubio olim bipartitus fuit vel potius ex binis constat): 16 sunt ex Ritschelii, 17 ex nostra discriptione.

modo paginas quasdam: facile inveniet haud raro versuum principia vel exitus demi posse salva sententia cum metri damno: velut in proximis ut me contineam, si v. 29a *Basilice*, v. 29b *Quid iam*, v. 32a *Vah iam*, v. 32b *Sed hoc*, v. 36 *Vt mihi*, v. 40 *Impudens* abscissa essent multaque eiusmodi — quisnam ex ipsis verbis de integritate dubitationem moveret graviorem? Sed praeterea non modo consentaneum est, sed etiam demonstrari potest demonstratumque est interdum librarios ipsos, ubi facile fieri poterat, litteris syllabis vocibus quibusdam suppletis damna huius generis aut reparasse aut obscurasse.

Sed idem folium etiam antea bis perforatum erat in archetypo. Nam v. 47 pro *iam* (*ut scias*) scribendum esse *faciam* sententia docet, cum versus ultro *te* ante *faciam* requirat: itemque proximus versus ita laborat, ut necessario fere ab initio tam versus quam sermonis gratia lacuna statuenda fuerit, ne violentius cum aliis omnia perturbemus: atque hoc quoque loco *BD* spatio ante *resecro* relicto fortasse vestigium lacunae produnt, sed minus accurate signatae. Iam vero num casui tribues, quod qui totidem versibus (tribus ex Ritschelii, quattuor ex nostra discriptione) a priore lacuna seiungitur v. 29 similibus incommodis laborat? Vbi verba *Basilice agito eleutheria* (quibus verbis in *A* terminatur pagina proximis amissis) dimetiri recte nemo potuit — nam anapaesti qui hoc quoque loco ultimum refugium praebuerunt, Klotziani sunt, non Plautini —, mutatis autem verbis ipsis homines docti vim fecerunt non librariis, sed linguae: iam post *eleutheria* si trochaeum adieceris a vocali incipientem*), convenienter illi lacunae quam *te fac* syllabis explevimus, habebis quae tam verbis quam metro pulcherrime respondeant versiculo 31 *Basilico accipiere uictu*. Iam sane quae

*) De *hodie* addendo cogitaveram, ubi *usque* potius quadrare Seyffertus monuit propter verba *quia erus peregrist*: iam igitur *egomet* substitui in adnotatione (possis etiam *apud nos*). Sed omnino parum refert, quid ludamus, cum maioris momenti sit iudicium de sede corruptelae stabilitum: non modo propter singulos locos, verum etiam propter artem poetae recte aestimandam. Quamquam hodie multi nihil antiquius habent, quam ut librorum memoriam artificiis cuiusquemodi servent, ignari scilicet quae qualisque sit illa 'memoria'.

restant *Quid iam?* ⟦ *Quia erus peregrist.* ⟦ *Ain tu peregrist?* versum non explent: sed hic si lacunam in fine statueris congruam initio v. 48a truncato, simul habebis, qui *Sicut* v. 30 teneas apteque explices, quod adhuc molestiam peperit sani iudicii interpretibus.

Huic exemplo gravissimo, de quo dubitationem omnem exemptam esse contenderim, alterum fortasse adiungi potest ex proximis quamvis minus grave. Nam memorabile est, cum ducibus Brixio Goetzioque v. 68 ex duobus male contractum esse fere certa ratione intellexerim, Seyffertum item iustis dubitationibus motum similem opinionem concepisse de v. 87. Iam cum post v. 80 scaena intercedat, quam bene spatium inter has duorum hemistichiorum lacunas intercedens solitum paginae ambitum (vel XX vel XXI versibus) expleat, in oculos incurrit, ut facile duplex damnum unum potius esse suspicemur.

Multo sane luculentius priorique similius exemplum in scaena II 2 redit. Vbi cum v. 203 inepte exeat in *apud hanc obieci* mirum est quanta pertinacia per Vallae Piique mutationem *apud hanc obicem* conservatam importunam obicem sibi obiecerint plerique: quae lenis est coniectura, sed neque versum restituit neque ab arte grammatica satis commendatur. Quin etiam Langenus, qui *commorandumst* pro *commorandust* tradito item plerisque probatum suo iure reiecit, *obicem* retinens in medio versu *gradus mihi* supplevit. At *gradus* vocem quam requirimus sub finem potius versus eodem detrimento abscissam esse, quod *obieci* illud sensu cassum peperit*), et per se probabilius est et inde fere certum, quod statim v. 205 aperte creticum finalem amisit. Inter quos qui integer legitur v. 204, ideo facile a labe communi immunis remanere potuit, quod vicinis paulo brevior est, nisi forte *ut uales* formulam ex vestigiis recte librarii

*) Non praetermittam Seyffertum male habere et *apud hanc* ad *commorandust gradus* additum et *ob ioculum* (cum aliam significationem habeat *ob industriam* Cas. 805). Neque exemplum gemellum exstat. Sed iustam offensionem vix praebet locutio singularis: quam si quis senserit, debebit de violentiore neque venustiore remedio cogitare velut *commorandust gradus*: *haec obiecit moram* vel *hanc obiecit locus*.

demum suppleverunt. Iam vero his versibus in archetypo respondisse v. 221—223 cum ex ambitu congruo colligimus tum ex ipsorum versuum condicione. Nam v. 221 sq. cum a metro laborent, bis Camerarius *ne* particulam post prima vocabula affixit (*Quid ais? certum⟨ne⟩* et *Offirmasti⟨ne⟩*) tam leni probabilique remedio, ut omnes recepisse minime mirum sit. At priore loco reputandum erat extrema v. 220 verba *me quidem haud decet*, cum a metro salva sint, a sententia non sufficere variisque et vanis criticorum commentis divexari: quibus si initio v. 221 velut *Secus* addimus*), et reliqua servare possumus et habemus, quod priori lacunae v. 203 respondeat. Iam cum sequentem quoque versum continua labe imminutum esse probabile sit, eo libentius reposui *Quid tu? offirmasti occultare, quo* e. q. s., quo concinnius sic se verba adplicant ad *Quid ais? certumst celare, quo* e. q. s. Denique tertius qui restat versus 223 nihil sane detrimenti accepisse videtur, sed videtur tantum falsa specie. Nam *dicto*, praeter consuetudinem rationemque sollemni formulae *par pari respondes* additum, manifestum est additamentum librariorum, quod nimis diu tolerarunt homines docti: quo deleto vacuum initium iam respondet exitui v. 205 abscisso, quod exempli gratia per *Eugae* explevi (cf. Pseud. 692).

At hoc quoque folium iam antea perforatum fuit in archetypo. Nam v. 217 (qui est quartus a primo versu trunco in pagina versa vel quintus si unum [v. 218] olim bipartitum fuisse conicimus) apertam lacunam ante extremum vocabulum habet non modo metro linguaque, sed etiam libris testibus: eodemque loco versus qui antecedit laborat, in quo cum alii alia temptaverint, recte imprimis placuit Acidalii coniectura *At post⟨erior⟩ scies* supplentis (nisi quod *post⟨erius⟩* ex loco parallelo praeferendum erat): nam et verborum concinnitas hanc scripturam unice commendat et augetur probabilitas ex cohaerente insequentis versus lacuna (de qua item haud pauci, ut nuper Klotzius, inanes rationes

*) De *loqui* adiciendio primo cogitaveram, ut eadem esset sententia, quam Epid. 59 sq. et Mil. 477 legimus: at suo iure Goetzius Seyffertusque eam hoc loco excludi altercationis concinnitate opposuerunt.

excogitarunt). Iam v. 198, qui est quintus a primo versu trunco in pagina recta, post initium versus labem ostendit, ubi pro *i∫anego* (sic *B*) aut *i sane et ego* cum Muellero corrigendum aut alia medela quaerenda est. Huic vero versui antecedit versiculus 197: quem etiamsi in archetypo (ut in *B*) versui 196 adiunctum fuisse sumamus, tamen hic versus non potuit non bipartitus esse. Quare si versus 217 lacunam probabiliter cum v. 197 defectu coniungimus, mirum non est quod v. 216 detrimento nihil respondet, quippe quod in vacuum spatium v. 197 inciderit. Simul autem intellegimus minus recte Ijsendijkium de totius hemistichii defectu cogitasse, quo clausulam illi loco aptissimam removere voluit.

Praeterea in eadem scaena v. 239 exitu destitutus est, quocum apprime convenit*), quod in proxima scaena v. 254 aperte initio truncatus est: qua responsione observata et Ritschelii et aliorum commenta sponte concidunt, etsi primus Ritschelius perspexit ex lacuna statuenda *danunt* quod sequitur subiecto donandum esse.

Iam qui uno interposito post hunc sequitur v. 256 item supplementum exigit, quod probabiliter invenisse mihi visus sum. Hoc etsi ita comparatum est, ut propter litterarum similitudinem intercidere potuerit, tamen cogitari potest etiam de perforatione aliqua, cui ideo nihil respondeat, quia v. 240 bipartitus fuerit: idemque cadit fortasse in v. 251, ubi suadente metro et confirmante *A* post *incluto* vocabulum supplendum erat, quod sane potuit propter terminationis similitudinem omitti in *P*, sed item potuit in pagina recta oppositum habere spatium vacuum.

Similiter res se habet in proximis exemplis, de quibus certius est iudicium, quia *A* a labe immunis remansit. Ex quibus levius est quod v. 259 *me iam* cum lacuna exhibent *CD* omissis *eretr* litteris, pro quibus *er&f* habet *B*, ex coniectura ut videtur: nam in proxima scaena v. 272 loco congruo**) etiam *B* cum *CD* exhibet *pro* pro *propero*: quod vitium quam-

*) Intercedunt decem versus longiores, ex quibus complures (velut quattuor) bipartitos fuisse probabile est, tum (duorum versuum) titulus et versus lyrici tres (?).

**) Antecedunt duodecim versus cum titulo, qui in *A* tam saepe bipertiti sunt, ut inter ERETRIAM et PROPERO vel XXIII versus intercedant.

vis facile aliter explices, tamen propter illius loci congruentiam non librario, sed membranis imputandum erit.

Iam cum v. 622 ab initio in *P* voces *Noli flere* ⁋ *ah* et v. 623 *Vt sapiens* abscissae sint, quis dubitare poterit, quin cum hoc defectu cohaereat, quod sub finem v. 606*) *B* pro *inproelium* habet *inproe* (ex quo *impera* vocabulum iustum, sed sensu cassum, effectum in *CD*). Neque casu accidere potuit, ut Lambinus et v. 622 et v. 606 veram plenamque scripturam ex *A* confirmatam praebeat, etsi priore loco neglegentius, ut solet, de libris suis dicat, altero omnino taceat: sed certa ratione hinc concludimus membranas Turnebi, ex quibus disertis verbis nullum ad Persam adfertur testimonium, aliquid ex hac quoque fabula continuisse. Quod vero alteri versui altero loco mutilato (de quo nihil habet Lambinus), nulla respondet lacuna, variis rationibus explicari poterit, ut aut v. 605 bipartitum fuisse sumamus, aut olim recte expletum esse ab eo qui *P* recensuerit, aut denique hoc loco rescissam, non abscissam membranam fuisse. Certiore ratione declarabimus, cur solitarium sub finem eiusdem scaenae post v. 667 dimidiatum versum habeamus, qui perperam a Bothio, Ritschelio, aliis plane remotus est. Nam iusto spatio interiecto**) novam scaenam habemus, ut defectum altero loco vacuum spatium attigisse manifestum sit. Contra dubitabimus de v. 705, ubi extremas syllabas *desemtibi* unus servavit *A*, qui post viginti senarios novam scaenam indicat. Quod etsi neglegendum non est, tamen post *eripi* potuisse *desemtibi* facillime oculis aberrantibus omitti non negabimus. Nihil certe respondet apertae lacunae quam *A* cum *P* antea v. 696 monstrat: attamen illud non improbabile est cum hac ipsa lacuna cohaerere mendum in versu proximo: ubi *hau male* ex v. 593 suppletum esse sumpsi pro *commode*, quod una cum verbo sub finem v. 696 supplendo in communi archetypo obscuratum rescissumve fuerit.

Quo luculentius postremo loco commemorandum est exemplum de extrema scaena desumptum. Vbi v. 843 ab

*) In *A*, qui in hac ipsa pagina duobus versibus auctior est, inter v. 606 et 622 viginti versus intercedunt.

**) viginti versuum in *A*.

initio lacunam ante *hicc* habent libri per *grap(hice)* a Lambino (ex membranis Turnebi?) propemodum recte expletam: iam iidem sub finem v. 856*) *me* praebent recte a Camerario ad *memineris* adhibitum (cui *uale* adiunximus).

Sed huius quoque folii labes latius patuisse videtur, siquidem v. 849 mancum esse iam Ritschelius recte iudicavit, quamquam praeter necessitatem et duobus locis supplementa inseruit et nimiam omnino lacunam statuit. Sufficit enim tale additamentum, quale in altera versus parte exempli gratia proposui (velut *mi abducta*) idque facile conciliari poterit cum eiusmodi supplemento, quale in v. 835 parte priore tam versus quam lingua requirit (velut *aegre est*). Sed non minus veri similiter Seyffertus lacunam v. 848 post *Licet* detexit, cui quod nihil respondere videatur quibusnam rationibus explicari possit, satis supra adumbravimus.

Denique non praetermittam locos quosdam, de quibus paulo maior est dubitatio. Atque v. 284 *attinet***) in utraque recensione diversa, sed pariter intolerabili ratione traditum Seyfferto movit iustam interpolationis suspicionem: quam si vetus lacuna procrearit, eandem olim pertinuisse ad v. 271 conicere possis, cuius exitus (seorsum olim perscriptus eodem quo exitus v. 284 membranae loco) item plane perturbatus est in utraque recensione: quamquam potuit etiam v. 284 incidere in inscriptionem ante v. 302.

Tum casui tribuendum esse vix videtur, quod *A* et sub finem v. 485 servavit syllabas in *P* abiectas et in altera parte v. 500 post *pellego* unus servavit vocabulum *recita* (vel *recito*): unde huic ipsi vocabulo (quod pro interpolatione nonnulli habent) aliquid auctoritatis accedit.

Non minus veri simile est exitum v. 568 in *P* abscissum (*uotuero*) olim in medio versu seorsum perscriptum fuisse, cum antea v. 549 *A* in medio versu vocabulo velut *autem* auctior fuerit respondente lacuna. Atque eadem ratione v. 794 defectus cum v. 817 detrimento cohaerere potest.

---

*) Intercedunt ex nostra discriptione octo versiculi ex parte dubii et novem longi, ex quibus complures bipartitos fuisse fere necessarium est.

**) Fortasse antiquae lectionis vestigium remansit in *A*, quod *ante* (*attinet*) pro *ad te* habet, si velut *anser* pro convicio olim positum fuerit.

His expositis etsi non desunt quae adici possint, tamen nolim augere praefationis ambitum. Itaque unum restat, quod esse et grave et gratum solet: ut praedicem operam adlaudabilem, probam et sapientem et sobriam, quam in hac fabula edenda mihi obtulerunt tres viri Plautinissimi. Nam praeter consuetum socii amicissimi auxilium ALFREDVS FLECKEISENVS benigne impertire voluit huic negotio partem otii, quod non modo cum dignitate summa, verum etiam cum insigni bonarum litterarum utilitate nactus est. Tum vero OSCAR SEYFFERTVS liberaliter atque ingenue opem praestitit, quam Goetzius meus aliique saepe experti sunt, bonae frugis plenam: qui et ex copiis suis apparatum correxit auxitque et dubitationes observationesque adiunxit utilissimas. Quas Fleckeiseni, Goetzii, Seyfferti sententias simplici nomine indicavi, eas sciendum est per plagulas correctas*) illos mecum communicasse: praeterea saepius Seyfferti 'censuram' commemoravi simpliciter, quam ille de Vssingio scripsit in Ephemeridibus a se Belgeroque editis a. 1887 p. 390 sqq.

Haud pauca novavi, quae multis placitura esse ut sperem, non sum satis temerarius. RITSCHELIVM nostrum scio universam conatus mei rationem non improbaturum neque aegre laturum fuisse, quod tam saepe ab eius vestigiis discedere ausus sum, quamvis in singulis rebus permulta aliter multoque melius administrasset ipse. Illud vero persuasum habeo me prorsus ex praeceptoris unici animo instituisse, quod in fronte libri WELCKERI sui memoriae immortali adiunxi eius viri nomen, quem in paucis coluit, amicum indefessum, fidum firmumque habuit, HENRICI BRUNNII.

Scripsi Heidelbergae m. Mart. a. MDCCCXCII.

F. S.

---

*) Omnes errores typothetae (quem sollertissimum diligentissimumque expertus sum) ne summa quidem diligentia evitari posse, nemo mirabitur, qui sciat vel absoluta correctura novos interdum nasci solere. Quamquam adhuc leviuscula tantum animadverti, velut accentus abiectos v. 17 (Vt), 36 (Vt), 224 (Ásta), 248 (A), 639 (Íta), 660 (Ádulescens); comma adiectum v. 266, stellulam omissam ad v. 219, numerum perturbatum in testim. ad v. 346 (*6, 20 15* pro *206, 15*).

INDEX LOCORVM

arg. I 5	p. XVIII	v. 284	p. XXVIII
v. 1 sq.	XXII	485	XXVIII
3	XIV adn.	489 sqq.	XIX
18	IX adn.	500	XXVIII
18 sqq.	XIX	549	XXVIII
29 sq.	XXIII sq.	568	XXVIII
33 sqq.	XXII	591 sqq.	XX
47 sq.	XXIII	605 sq.	XXVII
52 sq.	XXII	622 sq.	XXVII
68	XXIV	624	XVIII sq.
87	XXIV	627	XVIII sq.
136 sqq.	XXI	667	XXVII
165	XX	671 b	XX
197	XXVI	696	XV. XXVII
198	XXVI	697	XXVII
203 sqq.	XXIV	705	XXVII
216 sq.	XXV	710	XXI adn.
221 sqq.	XXV	739 sqq.	XIX sq. XXI
239	XXVI	753 sqq.	XIX
248	XVII	794	XXVIII
251	XXVI	817	XXVIII
254	XXVI	835	XXVIII
256	XXVI	843	XXVII sq.
259	XXVI	848	XXVIII
271	XXVIII	849	XXVIII
272	XXVI	856	XXVIII

T·MACCI·PLAVTI

PERSA

ARGVMENTVM I

Profécto domino suós amores Tóxilus
Emit átque curat léno ut emittát manu:
Raptámque ui emere dé praedone uírginem
Subornáta suadet suí parasiti fília
Atque íta intricatum lúdit potans Dórdalum. 5

INCIP̃ PERSȧ · ARGVMENTVM · *B.* INCIPIT PERSA · ARGVMENTVM *D.* INCIPIT PERSA *cum unius versus spatio C.* PLAVTI POETE CL^{mi} PERSA INCIPIT *F.* Plauti Persa *Z* 1. amor eſto xilus *B* 2. EMittat que *B* 3. Ramptamque *C* ui emere S. uie mer& *B.* ui (vi *C*) emeret *ceteri* depraedone *B.* depredone *CD* (*) 4. Sub ornata *ex* Sub ornato *C.* Subornatam *Z* (*) 5. Intrichatum *B.* intrichatum *D.* inthrichatū *C* potanſ, t *ex* r, *D* Dordalum *Camerarius.* dorpalum *BD et*, o *ex* a, *C.* dorpalium *Z.* dorphalum *F* (*)

ARGVMENTVM II

TUR RUU

UMN MM

MAT RCE

M ERU Q

FINCUNT

ANT EREC DŨ

RU

TA RSI

DE RGI

CAMUEN

ETIO ARU

Ex laciniis, quas Persae argumentum olim continuisse additum ab eadem manu qua Pseudoli argumentum II Ritschelius docuit Parerg. p. 297 (cf. Loewius in praefat. Poenuli p. VI adn.), has reliquias eruit Studemundus reliquos paginae versus scriptura semper vacasse testatus: quamquam versum decimum quintum exspectaveris. Quas reliquias hoc exemplo illustrat ☎:

(Erús dum peregriná)tur, (se)ruu(s Tóxilus)
(Delúctatur cum aer)úmn(is i)mm(odéstia:)
(Nam suós amores quí e)mat (ei a)rgé(nto opust.)
(Defraúdat suom pro a)m(íco) eru(m Sagarísti)o.
(Lenónem ut fallant,) fíngunt (raptam uírginem)
(Subórnatamque d)ánt uerec(undam ádmo)dum
(Parasíti probi pa)rú(m parentis fíliam.)
(Fertúr tum adla)ta (e Pé)rsi(a una epístula,)
(Vnde léno illam) de uírgi(ne audit fábulam.)
(Lepidám per tri)cam uén(dit Persa uírginem)
(Et fúgit cum pr)etio. (p)áru(o post natám pater)

ỤẠ FACI
ARE PITẸ
TUẸ ENO

(Manu ádserit s)uá(m) faci(tque líberam.)
(Seruós cum praed)a ré(ci)pit e(t bene áccipit)
(Suós participes. fá)tue (l)eno (clámitat,)
(Et lúditur, quom illísce agunt conuíuium.)

PERSONAE

TOXILVS SERVOS
SAGARISTIO SERVOS
SATVRIO PARASITVS
SOPHOCLIDISCA ANCILLA
LEMNISELENIS MERETRIX
PAEGNIVM PVER
LVCRIS VIRGO
DORDALVS LENO

ACTVS I

TOXILVS

Qui amáns egens ingréssus est princéps in Amoris úndas,
Superáuit aerumnís suis aerúmnas Herculí sex.
Nam cúm leone, cum éxcetra, cum céruo, cum apro Aetólico,

1—5. *[Seruius] ad Verg. Buc. X 69:* omnia uincit amor et nos cedamus amori] cuiuis enim facilius quam Amori repugnatur, quod eleganter Plautus explicuit 'qui amans ... quam cum amore.'

3. *Huc traxit Deuerlingius Placidi p. 41, 2* excetra: multiplex serpens *coll. Seruio ad Aen. VI 287.*

Per totam fere fabulam sciendum est personarum nomina cum pleraque in scaenarum inscriptionibus tum omnia in mediis sermonibus non in CDa tantum, sed etiam in B desiderari: ut abesse, nisi quae adesse testemur, credenda sint. Praeterea quae in mediis versibus vacua spatia relicta esse solent notas personarum captura, tam parvo saepe ambitu sunt in B, vix ut satis dignoscas. Correcturae nisi contrarium testamur eiusdem manus sunt Act. I Sc. 1 TOXILUS *A uno praeterea versu vacuo itemque versu vacuo inter v. 6 et 7 relicto, qui haud dubie novam scaenam indicat.* TOXILVS · SAGARISTIO · SERVI · II · *B, quibus praecedunt singulari versu scripta* Toxilus Sagaristio. *unius versus spatium CDa.* SERVI · II · SAGARIstius Toxilus· *Db et, nisi quod* Sagariſtio, *Z.* Toxilus Sagariſtrio ſerui duo *F*

1. QUIAMANSÁEGENSINGRESSUSESTPRINCEPSINAMOR**ỤI— *A* Quia man ſegenſ *B* Quia manſ *D* eſ *BCD* In *B* amoris undas ☙. amoriſ uiaſ *BCDFZ.* amoriſ uiam *Seruius* (*) 2. SUPERAUITAERUMNISSUISẠẸRUMNASKERCUL— *A* aerumniſ in ſuiſ *Seruius* Herculi sex *Seyffertus in Bursiani Annal. XLVII p. 111 adn.* herculi *BCDaF.* herculiſ *DcZ, Seruius* (*) 3. NAMCUMLEONECUMEXCETRACUMCERUOCUMAPR—— *A* cum excetra *cum A et Seruio* (excetera) *Pius.* et cumecſcetera *B.* et cum exſcedra *CZ.* et cum excedra *Da* (excedra *Dc*). et cum ydra *F* curi ceruo *C. om. Seruius* aetolito *B.* etholico *CDF.* etolico *Seruius*

Cum auibús Stymphalicís, cum Antaeo déluctari máuelim
Quam cúm Amore: ita fió miser quaerúndo argento mútuo:
Nec quícquam nisi 'non ést' sciunt mihi réspondere quós rogo.

SAGARISTIO. TOXILVS

SAGARISTIO

Qui eró suo seruíre uolt bene séruos seruitútem,
Ne illum édepol multa in péctore suo cónlocare oportet,
Quae eró placere cénseat praesénti atque apsentí suo.
Ego néque lubenter séruio neque sátis sum ero ex senténtia:
Sed quási lippo oculo me érus meus manum apstinere hau quít tamen,
Quin mi ímperet, quin mé suis negótiis praefúlciat.

TOXILVS

Quís illic est, qui cóntra me astat?

---

4. *Sic A, nisi quod* MAUEḶḶ (*non apparente* ~) ſtimphaliciſ *CDF.* ſtymfaciliſ *Seruius* anthaeo *Seruius.* antheo *DF et,* t *ex* a, *C* deluctari, u *ex corr., C.* delluctari *B.* me deluctari *Seruius* ma uelim *C.* malueram *Seruius* (*) 5. *Sic libri, sed* quaerendo *omnes* (quer. *D*) *et in fine* MṲ— *A* (*)

6. NECQUICQUAMNISINONS^{E}TUESṬḶṲNṬMIKIRESPỌNDERE||QUOSROGO *A, in quo* NONS^{E}TUĖS^{C}TIUNT *correctorem voluisse probabile est, sed neque puncta neque* ^{C} *littera comparent* Neque *F* quicquam, ic *e corr., B* ñ ẽ *C.* nonem *B* 7 *sq. Sic A praecedente versu vacuo* (*vide supra*):

QUIEROSUOSERUIREUOLTBENESERUUSSẸṚṲITUTEM
NEILLUMEDEPOLMULTAINPECTORESUOCONLOCAREOPORTET

desidat. Plautus 'neque .... lenonia'. *Dubium est an huc spectet glossa a Loewio protracta Prodr. p. 289:* tippula: uermis aquaticus: *at non dubium est, quin aliud Plauti fragmentum respiciat Nonius p. 180, 12 M.:* tippula: animal leuissimum, quod aquas non nando sed gradiendo transeat .... Plautus 'leuior es quam tippula': *quode post Bucchelerum Mus. Rhen. XIV p. 451 et alios cf. Winterus 'Pl. fragm.' ed. a. 1885 p. 17. 73.* 248. *Fortasse huc redit Quintilianus inst. or. VIII 6, 20:* nam prosa ut 'mucronem' pro gladio et 'tectum' pro domo recipiet, ita non 'puppem' pro naui nec 'abietem' pro tabellis, et rursus, ut pro gladio 'ferrum', ita non pro equo 'quadripedem'.

---

245. dicam abo dicamabo noloameſ *B* 246. Tecumabeo ettuhoctaceo (*sic*) *B* 247. tabella eſt uoero *B*. tabellaſ hero tuo *F* Abiecillum *B*. abiecillum *CD* 248. *Spat. ante* at *C* ATEGO-KANCADLEMN***LEN**TU******OPSIGNATAMABIETE~ *A* huc *om. libri cum A* lemniſſe lenem *D*. lemniſſelenem *FZ* obſignatam *BCDFZ* (*)

SOPHOCLIDISCA

Quíd istic scriptum?

PAEGNIVM

Iúxta tecum, sí tu nescis, néscio:
Nísi fortasse blánda uerba.

SOPHOCLIDISCA

Abeo.

PAEGNIVM

Ábi: et ego abiero.

SOPHOCLIDISCA

Ámbula.

---

249. QU*D**T****R——MSI**NESCISNESCIO *A* (*in priore parte* Q**D *tantum As, in media aliquando* X *ex* iuxta *dispicere videbar:* scriptum, *non* scriptum est *exstitisse ex spatia concludens*) iſtuc *F* Iuxtatecum ſituneſſcif *B* (*) 250. NISIFORT*S*****N**-UERBA#A——GOABIERO#A**ULA *A* (*inter* FORT *et* #A *tantum* UER *As*) fortaſſæ (e *ex* a, *non* &) *B* Abeo. PA. Abi: et ego *Muellerus Pros. p. 661.* Abeo //// At ego (*er.* a) *B.* abeo at ego *CD cum A, ut vid. ex spatio.* abeo. PE. at ego *FZ* abiero *voce versum terminat B atque in proximo collocat* Ambula ſagariſtio: *pro quo* ambulaſ agariſtio *C cum unius versus spatio.* ambula ſagariſtio (*ex* ambulaſ agaſtio) *D, quo* ſeruuſ *addidit Db in versu vacuo* (*)

ACTVS III

SAGARISTIO

· Ioui ópulento, incluto, óptumo,
Ope gnáto, suprémo, ualidó, uiripoténti,
Opés, spes bonás, copiás commodánti
* * * * * lubéns uítulorque mérito,
Quiá meo amico amíciter hanc cómmoditatis cópiam
Danúnt, argenti mútui ut amánti egenti opem ádferam.

255 *sq. Nonius p. 510, 21 M.:* amiciter pro amice. Plautus in Persa 'quam meo .... dauunt'. *Priscianus inst. XV 13 p. 70, 20 H.:* inueniuntur et alia, quibus tamen non est utendum... Plautus amiciter *e. q. s. Idem adverbium hinc excerptum in glossario Plautino et apud Placidum p. 4, 17 D.:* amiciter: amicabiliter.

Act. II Sc. 3 Duorum versuum spatium est in A, quorum in priore servi nomen olim videtur locum habuisse. De BCD cf. ad v. 250. Sagariſtio ſeruuſ *Z.* Sagaristrio ſeruuſ *F* 251—254. *Sic A (in quo quae v. 251 post* TO *adumbravit et v. 253 enotavit Studemundus non potui dispicere):*

IQUIOPULENTO**CLUTO_____
SUPREMO**LIDQUIRI****N_____
OPESS**S**NASCO***S***MO_____
_____Q·M_____

sic autem B:

Iouio pulento incluto opegnato ſupraemo ualido uiripotenti
Opeſ ſpeſ bonaſcopiaſ commodanti lubenſ uitulorque merito

itemque ceteri (*sed* Ioui opulento, ope gnato, bonaſ copiaſ) *nisi quod* induto *CD.* inclyto *FZ,* ſuppremo *CZ.* ſuppmo *D.* ſupremo *F* uiro potenti *C* lubenſ *ex* bibenſ *C: ubi* optumo *suppl.* S *dein post* bonas (*vulgo post* spes) *distinguens lacunamque initio v. 254 indicatam ad hoc exemplum explens:* Disque áliis ago gratís (*) 255. QUI*****MICOAMIC***RKA——— *A* Quia meo (*ex* mea *corr. B*) *libri cum A.* quam meo *Nonius* copiam *ex* cipiam *corr. B* (*) 256. DANU**ARGENTIMUTUIUTI***NTIOPEM——— *A litteris post* ARGENT *plus minusve incertis* Danuntar getimutui *B.* Danunt argenti minuti *reliqui* ut amanti egenti S *coll. v. 1, al.* uti egenti *FZ cum A, ut vid.* utlegenti *BCDa.* ut ulegenti *Dc* afferam *CD* (*non B*) *FZ* (*)

Quód ego non magis sómniabam néque opinabar néque censebam,
Eám fore mihi occásionem: ea núnc quasi decidít de caelo.
Nám erus meus me Erétriam misit, dómitos boues ut síbi mercarer:
Dédit argentum: nam íbi mercatum díxit die esse séptumei: 260
Stúltus, qui hoc mihi dáret argentum, quoíus ingenium nóuerat.
Nám hoc argentum abútar alibi: 'bóues quos emerem nón erant'.
Núnc et amico prósperabo et génio meo multá bona faciam. 263
Diú quo bene erit, die úno absoluam. túxtax tergo erit meó: non curo, 265
Dúm amico homini bínis domitis mea éx crumina lárgiar. 264

---

265. *Hinc habet glossar. Plaut.* tuttax [*sic A D.* tutax *C E. om. B*], *cui* gratulantis uox *sup. scr. E,* gratulantis aduerb. dicitur esse *D* (*sicut in Excerpto ex Cominiano quod Keilius exhibet in adn. ad Charisii inst. gr. II p. 238, 19 legitur* tux pax gratulantis): *cf. R Opusc. phil. II p. 254. 265 sq. Richterusque in Studem. Stud. I p. 628. Ceterum memorabile quod* tacs tacs (*cf. F Z*) *exstat sub finem inscriptionis imprecatoriae a de Rossio editae 'Bullett. dell' Inst.' a. 1880 p. 6 sq.*

---

257. QUODEGONONMAGISSOMNIABA***Q·OPIN ĊENSEBAM *A* 258. 259 *hoc ordine Lipsius Ant. lect. II 21 cum A: inverso reliqui libri* 258 EAMFOREMIKIOC**SIONEMEANUNCQUASIDEC——— *A* fore ſibi *F* occaſione mea *B Ca Da: corr. Cb Dc* decęlo *C D.* decelo *B* (*) 259. NAMERUSMEUSMEERETRIAMMISITDOMI**SBOUESUTI***I MERCARER *A* Nam *Pius cum A.* Num *B* (Numeruſ) *C D Z.* Nunc *F* me Eretriam *Camerarius cum A.* meer&ſiam *B.* me iam (*sic cum lacuna*) *C D.* ad me iam *F Z* ut sibi *Bothius cum As.* utiſibi *B.* uti ſibi *C D F Z* (*) 260. **DITARGENTUMNAMIBIMERCATUMDIXITESSEDIESEPTUMI *A* argentem namibi mertatum *B* die esse *Bothius.* eſſe dieſ *B.* eſſe die *reliqui cum A* ſeptimei *B C D.* ſeptimi *F Z* (*) 261. *Sic libri cum A, sed* cuiuſ *omnes* 262. *Sic libri, nisi quod* ALIBIABUT** *A.* alibi abutar *reliqui: trai. Guyetus* (*) 263. NUNCAMICOPROSPERABOETGENIOM**MULTABONAFACIAM *A, ubi* Nunc et amico meo *reliqui* (meo *del. Guyetus cum A*) properabo *B* (*) 265. *Sic A, ubi* quod *reliqui* (quo *Dousa*) tuxcax *B.* tux cax *C D.* tax tax *F Z: cf. testim.* t̄go *C.* ergo *F* meo *cum spat. C* (*) 264. NUNCAMICOKOMINIBINISDOMIT*SME*EXCRUMINA LARGIAR *A*,

Nam íd demum lepidúmst: triparcos hómines uetulos áuidos
ardos,
Béne admordere, quí salinum séruo obsignant cúm sale.
Virtúst, ubi occasio ádmonet, dispícere. quid faciét mihi?
Verbéribus caedi iússerit, compédes inpingi. uápulem:
Ne síbi me credat súpplicem fore. uaé illi, nil iam míhi
noui
Offérri potest, quin sím peritus. séd puerum eccum Paégnium.

---

ubi Nunc amico hominibuſ domitiſ *CD itemque, sed* homibuſ *B.* Nunc amico bobuſ *FZ.* NUNCAMICOKOMINIBIBUSDOMI**S *As* (*vix recte*)*: initio* Dum *pro* Nunc S *et* homini binis *coll. v. 317* (*) 266. NAMIDDEMUMLEPIDUMSTTRIPARCOSKOMINESUETULOSAUI*O**-RID** *A, ubi* eſt *reliqui* (*cum spat. C*) tripar coſ *C.* tripacoſ *B* hominef *cum spat. CD dein* uetuloſ auidoſ aridoſ *uno versu comprehendentes cum spat. maiore* auido arido *Z* ardos *pro* aridos *Seyffertus Stud. Pl. p. 6* (*) 267—269 *sic tribus versibus recte concludit B, qui satis mire sic discripti sunt in A:*

BENEADMO**EREQUI*ALINUMSERUOOBSIGN***CUMSALE
UIRTUSESTUBIOCCASIO
ADMONETDISPICEREQUIDFACIETMIKI
UERBERIBUSCAEDIIUSSERITCOMPEDESIMPINGIUAPULET

ubi v. 267 quiſ alienum *BCD.* qui alienum *FZ: corr. Camerarius cum A* obſignauit *F* Cum *praecedente spat. B* *v.* 268 Virtuſ eſt *etiam BCDFZ: corr.* R ocaſio *D* diſpecere quid faciaet *B* *v.* 269 Veboribuſ *B* cedi *BCD* iuſſirit *B* compediſ Inpono (*sic*) *B.* compedeſ imponi *CDFZ* uapulet *etiam BCD.* uapulem *FZ* (*) 270. *Sic A, nisi quod* NIKIL ſuplicem *BC* rore *B* uę *B.* ue *CDF.* ne *Z* mihi iam (Iam *B*) nihil *libri praeter A* 271. OFFERREPOTESTQUINSIMPERITUSSEDTOXILIPUERUMPAEGNI UMECCUM *A itemque reliqui, nisi quod* Oferi *B.* Offerri *CDFZ* qui ſim *F* peguium *B* (g *ex* n) *D.* pregnũ *C* ecccum *B* Toxili *del. et* eccum *trai.* S *duce* R (*) *Ceterum B et in fine praecedentis paginae et in ea quae v. 262—271 complectitur inter singulos versus vacuum reliquit unum et post v. 271 mediam ferme paginam intactam habet: scilicet inde a proximo folio novus successit librarius: cf. ad v. 781 et ad Rud. II 4*

PAEGNIVM. SAGARISTIO

PAEGNIVM

Pénsum meum quod dátumst confeci: núnc domum propero.

SAGARISTIO

Máne, etsi properas.

Paégnium, aụscultа.

PAEGNIVM

Émere oportet, quém tibi oboediré uelis.

SAGARISTIO

Asta.

PAEGNIVM

Éxhibeas moléstiam, ut ego opínor, si quid débeam,
Quí nunc sic tamen és molestus.

SAGARISTIO

Scélerate, etiam réspicis? 275

PAEGNIVM

Scío ego, quid sim aetátis: eo istuc máledictum inpune aúferes.

Act. II Sc. 4 PAEGNIUM SAGARISTIO *A uno praeterea versu vacuo et B.* PICNIŨ PUER SAGARISTIO SERV̀ *Db.* Pegnium puer. Sagariſtio ſeruuſ *Z et,* r *addens, F. duorum vers. spat. C* 272. S *praem. Db* PENSUMMEUMQUODDATUMESTCONFECINUNCDOMUM | PROPERO♯MANEETSIPROPERAS *A, ubi* datumſt *CDFZ.* datumſi *B et* nunc pro domum ‖ mane etſi properaſ *B.* pro domum ‖ Mane et ſi properaſ *CDa* (*in BCD post haec verba spatium est reliqui versus*). propero domum. SA. mane etſi properaſ *FZ: contra* $\overset{\text{deo}}{\wp}$ domum *Dc* (*)
273. *Sic libri cum A, nisi quod* Paepnium *B.* Pepnium *C.* Pegnium *D* P *ante* emere *Db* obedire *FZ* ♯ASTAS *A.* aſta (*om. pers. sp.*) *B* (*) 274. *Sic libri cum A* (*sed* Exibeaſ *B*), *nisi quod* ut opinor *omnes: ubi* ego *inser.* ℟ ſiquid *BC* (*) 275. S *praem. DbFZ, spat. CDa: del. Pius personis deinceps permutatis* *Sic A, ubi* ſic tam *reliqui* (tamen sic *Bothius*) P *DbFZ* 276. S *DbFZ* *Sic libri cum A, nisi quod* ſiſ *FZ* PE. eo *Z* impune *BFZ* (*)

SAGARISTIO

Vbi Tóxilus est tuos érus?

PAEGNIVM

Vbi illi: lubet néque te consulit.

SAGARISTIO

Étiam

Dicís ubi sit, uenéfice?

PAEGNIVM

Nescíto, inquam, ulmitríba tu. 278b

SAGARISTIO

Male dícis maiorí?

PAEGNIVM

Prior proméritus perpetiáre:
Seruam óperam, linguam líberam erus iússit med habére. 280

SAGARISTIO

Dicín mihi, ubi sit Tóxilus?

PAEGNIVM

Dico út perpetuo péreas.

---

277 *sq. Sic permire dispescuit A remotioribus initiis:*
UBITOXILUSESTTUUSERUS
UBIILLILIBETNEQUE
TECONSULIT#ETIAM
DICISUBISITUENEFICE
NESCIOINQUAMUIMITRIBATU
ubi alterum v. ab Etiam *incohat B* *v.* 277 SA. *Z.* P *Db. om. F* eſt tuuſ *libri* PE. *FZ.* S *Db* illi libet *libri, nisi quod* lubet *F* *v.* 278 P *Db.* SA. *FZ* Etiamedicif *B.* etiam edicif *CDFZ* (*corr. Bothius cum A*) PE. *FZ.* S *Db* nescito S. neſcio *libri* inquam ulmitriba tu *'alibi codicum legi' Pius dicit* (*sic Valla, Saracenus*). in qua mulmit ribatu *B.* inquam mul mitribatu *CDZ.* inquam in ulmitribatu *F* (*) 279. *Sic libri cum A, nisi quod* Malidicif *B* promeritif perpetiar *F* 280. SERUAMOPERAMLINGUAMOPERAMERUSIUSSITMEQKABERE *A*, Q *ut vid. aut ex* D (*sic As dubitanter*) *aut in* T *correcta: ubi* linguam liberam *reliqui et* iuſſit me *B.* me iuſſit *CDFZ:* iussit med *R* (*) 281. *Sic libri, nisi quod* DICISNEMIKI *A.* Dicif ne mihi *BZ.* dicif nemihi *om. spat. CD.* Diceſne mihi *F: corr. Muellerus 'Nachtr.' p. 103* P *Db*

SAGARISTIO

Caedére hodie tu réstibus.

PAEGNIVM

Tua quídem, cucule, caúsa
Non hércle, si os percíderim tibi, métuam, morticeíne.

SAGARISTIO

Video égo te: iam incubitátus es.

PAEGNIVM

Ita súm: quid id ad te attíngit?
At nón sum ita ut tu, grátiis.

SAGARISTIO

Confídens.

PAEGNIVM

Sum hercle uéro:
Nam ego mé confido líberum fore: tú te numquam spéras.

SAGARISTIO

Potin út molestus né sies?

PAEGNIVM

Quod dícis facere nón quis.

SAGARISTIO

Abi ín malam rem.

---

282. *Sic libri, nisi quod* Cedere *cum CZ etiam A.* Credere *DFZ* odie *B* tuaquidem *B* cucule *C* CAUSSA *A* *Interpungebatur ante* R *in fine versus* (*) 283. *Sic libri, nisi quod* KERCLESIKOS *A itemque Da* (*corr. Db et Dc*). her clisios *B et* morticine *BCDFZ* (*) 284. uideo *sine spat. CD* UIDEOEGOTEIAMINCUBITATUSSUM#ITASUMQUIDIDANTEATTINET: *ubi* es *pro priore* SUM (*cf. ad v. 285*) *et* quid (qđ *B*) id attinet ad te (adte *BC*) *reliqui:* ad te attingit *Muellerus Pros. p. 64 coll. Merc. 32* (*) 285. *Sic A, nisi quod* SUM *om.* (*cf. ad v. 284*): *ubi* ita uitu (*vel* iutu) *et* gratis *B,* ita uita *et* gratis *CDFZ: illud corr. Camerarius, hoc Bentleius in Adelph. IV 7, 26 cum A* P *ante* sum *Db* 286. *Sic libri cum A, nisi quod* foret ut enumquã *B.* fore ut enumquam *CD.* fore ut te nũquam *FZ: corr. Scutarius* (*) 287. S *et* P *Db* *Sic libri, nisi quod* NESIS *A.* nesies *D* 288. S *ante* at *Db* (*spat. ante* Abi *in fine v.*) *Sic libri cum A, nisi quod* Abi im *B.* Abin (*incohata* m *pro* n) *Da: corr. Dc* rém (*sic*) *B*

PAEGNIVM

At tú domum: nam ibi tíbi parata praéstost.

SAGARISTIO

Vadátur hic me.

PAEGNIVM

Vtinám uades desínt, in carcere út sis.

SAGARISTIO

Quid hóc?

PAEGNIVM

Quid est?

SAGARISTIO

Etiám, scelus, male lóquere?

PAEGNIVM

Tandem ut líceat, 290
Quom séruos sis, seruóm tibi male dícere.

SAGARISTIO

Itane? spécta,
Quid dédero.

PAEGNIVM

Nil: nam níl habes.

SAGARISTIO

Di deaéque me omnes pérdant, —

PAEGNIVM

Amícus sum: eueniánt uolo tibi quae óptas.

SAGARISTIO

Atque id fíat, 294
Nisi te hódie, si prehéndero, defígam in terram cólapheis. 293

---

preſtoſt *CD et,* r *ex* c *corr., B* (*) 289. P *et* S *Db* *Sic libri, nisi quod* deſint in *praecedente spat. CD.* DESINITIN *A itemque Z* 290. *Sic libri, nisi quod* et tam *D et* TANDE⁀|UTILICEAT *A.* tandem udiceat *B* (*) 291. *Sic AB, ubi* Cum ſeruuſ ſiſ ſeruum *CDFZ* maledicere *BC* 292. *Sic A, nisi quod bis* NIKIL *cum ceteris: ubi* Qui *CD.* Quin *FZ* iam *DFZ* (nam *etiam codd. Lambini*)

dii (di *Z*) deaeque te *BFZ.* dii dẽte te *C.* dii dęte *Da, sed* deętq *corr. Db: ubi* tq *expunctis* q' *sup. scr. Dc* (me *cum A Acidalius*)

oms̃ *BCD* 294. 293 *hoc ordine A: inverso reliqui, omissis ideo ante* atque *v.* 294 *et* Tu *v.* 295 *personis: quas restituit Brixius Em. Pl. ed. a. 1854 p. 14 sq.* 294. *Sic libri, nisi quod* EUENIAT *A itemque F*

que *B* atq' *D cum A.* adq' *C* (*) 293. *Sic A, sed* DEFERAM *pro* defigam: *ubi* te *om. CDFZ* p̃hendero *BD* intr̃a *B* colaphiſ *BCDFZ*

PAEGNIVM

Tun mé defigas? té cruci ipsum adfígent propediem áliei. 295

SAGARISTIO

Qui té di deaeque — scís quid hinc porró dicturus fúerim,
Ni línguae moderareí queam. potin ábeas?

PAEGNIVM

Abigis fácile:
Nam umbrá mea hic intus uápulat.

SAGARISTIO

Vt istúm di deaeque pérdant:
Tamquám proserpens béstiast bilínguis et sceléstus.
Hercle ístum abiisse gaúdeo: foris óperit. — eccere aútem, 300
Quem cónuenire máxume cupiébam, egreditur íntus.

---

295. *Sic A, ubi* Tunc me *BCDZ* te, *B* propediem adfigent *Z.* propediem adfient *B.* propedienti adfigent *D.* propedienti affigent *C.* propendenti adfigent *F* alii *BCDFZ* (*) 296. *Spat. om. C* *Sic A, ubi* Quinte *B.* quin te *CDFZ* dii *DF* deeq' *D* 297. NILINGUAEMODERAREIQUIAM#POTINABEAS#ABIGISFACILE *A* (*sed* MODERARIS *As: ubi* S *litterae species fallax visa est*): *ubi* Nil ingrue *B*, *sed litteris* il in *e corr. post ras.* nil linguae *DZ.* nillinguę *C* (*corr. Pius*) moderari queam *CDFZ et, cum spatio, B* habeaſ *BCDF* 298. NAMUMBRAMEA***INTUSUAPULAT#UTISTUMDIDEAEQ· PERDANT *A, ubi post* mea *exstitisse* IAM (*sic suppl.* R *praeeunte Bothio*) *probabile visum As, mihi* KIC *codice iterum iterumque inspecto probabilius: omittunt vocem reliqui* intú apulat (*sic*) *B* (*scilicet ex* int' uapulat) iſtunc *BCDFZ* dii *F* (*) 299. *Sic A* (*sed* TANQUAM *cum C*): *ubi* beſtiae *C.* beſtie *B.* beſtię *D.* beſtia *FZ* (bestia est *Camerarius*) celeſtuſ *B* 300. *Sic A, nisi quod* APERIT: *ubi* hercle illum abiiſſe *CDFZ.* Herde illum abiſſe *B* gaude oforeſ aperi teccere *B.* gaudeo foreſ aperiteccere *D* (aperite *lineola separ. Dc*). gaudeo foreſ aperi tcc cere *C.* gaudeo. foreſ aperite. ecce *FZ* operit *pro* aperit ℞ *coll. Ter. Heaut. 906, al.* (*) 301. *Sic libri, nisi quod* Q*EMCONUENIRE-MAXIME *A.* Quem cum (cũ *C*) uenire maxime *BCDa* (*corr. Dc*) intuſ *etiam libri Lambini.* foraſ *Z. om. F*

TOXILVS. SAGARISTIO. SOPHOCLIDISCA

TOXILVS

Parátum iam esse dícito, unde argéntum sit futúrum.
Iubéto habere animúm bonum: dic me íllam amare múltum.
Vbi se ádiuuat, ibi me ádiuuat. quae díxi ut nuntiáres,
Satin éa tenes?

SOPHOCLIDISCA

Magis cálleo quam aprúgnum callum cállet. 305

TOXILVS

Propera, ábi domum.

SAGARISTIO

Nunc huíc ego graphicé facetus fíam:
Subníxis alis me ínferam atque amicíbor glorióse.

---

305. *Charisius inst. gr. I p. 72, 2 K.:* callum neutro genere dicitur ... Plautus in Milite [*sic N:* in Persa *vulgo*] 'magis tabello... callet'. *Seruius in Verg. Acn. XI 65:* uimine querno] sunt aliquae durae deriuationes, tamen eis sic utimur ut 'quernum uimen' .... item 'aprugnum callum' [*ubi cod. D add.:* pro-aprinum ut Plautus]: *cf. Laemmerhirtius p. 315. 395. Nonius p. 258, 13 M.:* callet significat scit ..... Plautus in Persa 'plus calleo .... callet': *cf. Reblinius p. 109, Caesar p. 59.*

Act. II Sc. 5 TOXILUS SAGARISTIO SOPKOCLIDISCA *A*, ToxiLVS SAGARISCIO SoPHocLi·DiScA *B uno praeterea versu vacuo uterque. duorum versuum spatium C.* TOXIL' SAGARISTIO SERVI·II· SOPHOcLDIS CA ANG *D: ubi* Sagar. *post* anuſ *F*, ancilla *Z* (*) 302 PARATUMIAME**EDICITOUNDEARGENTUMSITFUTURUM *A* dicito *F et 'emaculata exempl.' Pii cum A.* dicto *reliqui* 303. ****TOKABEREANIMUMBONUMD*****LLA****REMULTUM *A* (*sed fortasse* I]LLU[M) 304. UBISEADIUU**IBIMEA**U***QUAEDIXIUTNUN*I*R— *A* Vbi ſe adluat ibi me adluat *BCDFZ: corr. Valla, alii cum A, ut vid.* nunciareſ *C.* nutriareſ *B* (*) 305. SATINETENES#MAGISCALLEOQUAMAPRUGNUMCALLU**ALLET *A* Satinea *BC* magiſ calleao *B.* magiſ tabello *Charisius.* pluſ calleo *Nonius* aprignum *F.* aprunum *Nonius* (aprinum *L2H corr.: cf. testim.*). prunum *Charisius* calet *Z.* cilet *CD* 306. PROPERAABIDOMUM#NUNCKUICEGOGRAPKICE*****USFIA *A* ego huic *BCDFZ: trai. Bothius duce Guyeto cum A* facet *B* (*) 307. *Sic libri cum A, nisi quod* me// (*litt.* r *erasa*) *B* infer amatque *B.* infer || Amatque *CD*

TOXILVS

Sed quís hic ansatus ámbulat?

SAGARISTIO

Magnífice conscreábor.

TOXILVS

Sagarístio hic quidemst. quíd agitur, Sagarístio? ut ualétur? Ecquíd, quod mandauí tibi, in te spéculaest?

SAGARISTIO

Adíto:

Vidébitur: factúm uolo. ueníto: promouéto.

TOXILVS

Quid hoc híc in collo tíbi tumet?

SAGARISTIO

Vomicást: pressare párce:
Nam ubi quí mala tangít manu, dolóres cooriúntur.

TOXILVS

Quando ístaec innatást tibi?

SAGARISTIO

Hodié.

TOXILVS

Secari iúbeas.

---

308. *Nonius p. 479, 15 M.:* conscreabor Plautus in Persa 'sed quis ... conscreabor': *cf. Reblinius p. 85, Caesar p. 35.*

---

308. 309 *inverso ordine A* 308. SETQUISKICANSATUSAMBULAT#-MAGNIFICECONCREABOR *A* (*sed fortasse* SED, *nullo modo* CON]S[REABOR) anxatuſ *F.* conatuſ *Nonius* ambulat magnifico *B om. spat.* ambulat ‖ Magnifice *CD* conſcreabor *Nonius.* conſtabor *BC.* conteſtabor *DFZ* (*) 309. *Sic A, sed* QUIDEMEST, *ubi* quidem ſed *BCDZ.* quidemſt ſed *F* (quidemst *R*) Sagariſcio *et* ſagariſcio *B* 310. ECQUIDQUODMANDAUITIBIESTNEINTESPECUL**#A**TO *A itemque reliqui, nisi quod* tibi eſt ne inte ſpeculę (ſpecule *C*) adito *BCD: ubi* tibi in te speculaest *R in adn.* (*) 311. *Sic A, sed* PROMONETO *cum BCD, ubi* promoueto *FZ* Videbitur factum. uola *FZ: corr. Saracenus* (*) 312. *Sic libri cum A, nisi quod* hoc id in *DFZ* preſſareparce *C.* preſſa reparce *Da: corr. Dc* (*) 313. *Sic A, ubi* tetigit *reliqui* cooriuuntur *B* 314. *Sic libri, nisi quod* ISTAECINNATAESTTIBI *A.* iſtae cinnata ſtntibi *B.* iſtec innataſt tibi *reliqui* odiȩ *B*

SAGARISTIO

Metuó ne inmaturám secem: ne exhíbeat plus negótei.

TOXILVS

Inspícere morbum tuóm lubet.

SAGARISTIO

Ah, áh, abi atque cáue sis
A córnu.

TOXILVS

Quid iam?

SAGARISTIO

Quía boues bini híc sunt in crumína.

TOXILVS

Emítte sodes: ne énices famé: sine ire pástum.

SAGARISTIO

Enim métuo ut possim réicere in bubíle, ne uagéntur.

TOXILVS

Ego réiciam: habe animúm bonum.

SAGARISTIO

Credétur: commodábo.
Sequere hác sis: argentum híc inest, quod mécum dudum orásti.

---

315. *Sic A, sed* PLVṢNEGOTẹI, *ubi* pluſ negotii *CD.* pluſnegocii *BFZ* in maturam *CD.* immaturam *BFZ* exibeat *B* 316. *Sic A, nisi quod* MORBUMTUUMIUBẹT, *ubi* merbum tuum lilb& *C* (*i. e.* lubet *ex* libet *incohato, ut vid.*). morbum tuum lubet *reliqui et* ahbi *B,* abi *reliqui om.* ahah (*) 317 *sq. Sic libri, nisi quod* BOUẹSBIṆI *A.* boueſ boni *B* CRUMẹṆA *A.* crumena *DcFZ.* crimina *B* emit te *D* eniceſ fameſ in eire *B.* eniceſ fameſ inire *CDa.* eneceſ fame ſine ire *Dc.* enicet fameſ: inire *FZ: corr. Camerarius duce B cum A* (*sed* SINẹIRẹ) 319. ENIMMETUOUTPOSSIMINBUBILẹREẹICERENEUAGẹNTUR *A, ubi* in bubilem (bubilẽ *B*) reicere *BCD.* in bubilem reiicere *FZ* neuiagentur *B.* ne uagientur *C.* ne uagient̃ *D* (*sed* ˜ *del. Dc*) nc uagentur *FZ* in bubile *corr. Valla, alii,* reicere *trai. Bothius* (*) 320. EGOREICIAMKABEANIMUMBONUM#ḌREḌ***RCOMMḌODABO *A* reitiam habe *C.* reiiciam. SA. habe *FZ om. pers. post* bonum: *corr. Gruterus* credetur *Guyetus.* creditur *libri* (*de A non liquet*) 321. SEQUEREẹKACSISARGENTUMK***NEST *A.* Seque hacſiſ argentur hic ineſt *B.* ſeque hac ſiſ argentũ hic ineſt *C.* ſeque (ſequẽ *Dc.* ſequere *FZ*) hac ſiſ argentum hic eſt *DFZ* QUODMECUMDUDUM ORASTI *A.* quod me dudum rogaſti *reliqui* (*)

TOXILVS

Quid tú ais?

SAGARISTIO

Dominus mé bouis mercátum Eretriam mísit:
Nunc mi Éretria erit haec túa domus.

TOXILVS

Nimis tú facete lóquere:
Atque ómne ego argentúm tibi hoc actútum incolume rédigam.
Nam iam ómneis sycophántias instrúxi et comparáui,
Quo pácto ab lenone aúferam hoc argéntum, —

SAGARISTIO

Tanto mélior.

TOXILVS

Et múlier ut sit líbera, atque ipse últro det argéntum.
Sed séquere me: ad eam rem úsus est tua míhi opera.

SAGARISTIO

Vtere út uis.

SATVRIO. VIRGO

SATVRIO

Quae rés bene uortat mi ét tibi et uentrí meo
Perénnitassitque ádeo huic perpetuó cibum,

---

322. *Sic A, ubi* uobiſ mercatumere triam *B.* uobiſ ‖ Mercatumere tria *Da.* uobiſ ‖ Mercatum ere tria *CDc.* bouef mercatum eretria *FZ* (*) 323. *Sic libri cum A, sed* mihi *omnes* ere tria *CD* nimiſtu *B* 324. ATQ·EGOOMNEARGENTUMT***KQCACTUTUMINCOLUMEREDIGÃ (*vix* KUC) *A, ubi* tibi hoc tu tum *B.* tibi hoc tutum *CDaF.* tibi actutum *DcZ:* omne ego *trai. Bothius, Bentleius* (*) 325. *Sic A, ubi* omneſ *BFZ.* oms̃ſ *CD* ſychophantiaſ *B.* ſicophantiaſ *C ante corr.* 326 *sq. Sic libri cum A* (*) 328. *Sic libri, nisi quod* ſeq; remeadeam *B* MIKIOPERA#UTER|UTUIS *A.* mihi opera utere ut uiſſaturacio *B spat. om.* (*)

Act. III Sc. 1 SATYRIO *A uno praeterea versu vacuo. unius versus spat. B (cf. ad v. 328) CDa.* PARASIT VIRGO *in spatio versus post* P Quę reſ bene *Db.* Saturio paraſituſ. Perſa uirgo *F.* Paraſituſ. Virgo Perſa *Z* 329. *Sic libri cum A, sed* mihi *omnes* Quereſ *B.* uęreſ *c. sp. in. C* uortant *DFZ* 330. PERENNITATEIQ·ADEOKUICPERPETUOCIBO *A itemque ceteri nisi quod* Perennitatiſque *BDZ.* perhenni-

Vt míhi supersit súppetat supérstitet:
Sequere hác, mea gnata, mé cum deis uoléntibus.
Quoi rei ópera detur, scís tenes intéllegis:
Communícaui técum consilia ómnia.
Ea caúsa ad hoc exémplum te exornáui ego:
Veníbis tu hodie, uírgo.

VIRGO

Amabo, mí pater,
Quamquám lubenter éscis alienís studes,
Tuin uéntris causa fíliam uendás tuam?

SATVRIO

Mirúm quin regis Phílippi causa aut Áttali
Te pótius uendam quám mea, quae sís mea.

VIRGO

Vtrúm pro ancilla mé habes an pro fília?

SATVRIO

Vtrum hércle magis in uéntris rem uidébitur.
Meum opínor imperium ín te, non in mé tibist.

---

tatiſq; *C.* perennitatiſ quod *F et* cybo *B*: *ubi* Perennitassitque *et* cibum *Buechelerus Mus. Rhen. XIV p. 322* (*) 331. *Sic libri cum A, nisi quod post* ſuperſit *et post* ſuppetat *vacua spatia C habet et* puppetat ſupérſtitet (*sic*) *B* 332. *Sic A, ubi* me agnata *BC* mecum *BCFZ* (*corr. Camerarius*) diſ *CDZ.* diiſ *F* diſ̣ lentibuſ *B* 333. *Sic A, ubi* Cui *ceteri* intelligiſ *DFZ* 334. *Sic A, ubi* Commonicauite cum *B.* communicauite cũ *CDa* (te *lineola separ. Dc*) conſilia omnia *etiam B.* conſiliomeo *C.* conſilio meo *D.* conſilia mea *FZ* (*) 335. *Sic libri, nisi quod* CAUSSA *et* EXEMPTUM *A* 336. *Sic libri cum A, nisi quod* Venibuſ *B ante ras. et* odie *BD ante corr.* V *praem. Db* 337. *Sic libri cum A, sed* libenter *omnes* ęſciſ *CD* 338. *Sic A, sed* TUIUENTRISCAUSAM, *ubi* Tu inuentriſ cauſa *BC.* tuin uentriſ cauſa *Da* (tuin̩ *Dc*). tuine uentriſ cauſa *FZ* uendiſ *BCDFZ* (*) 339 *sq.* P *praem. Db Sic libri, nisi quod* CAUSSA *A* quaeſiſ *B.* quęſiſ *C* 341. V *praem. Db Sic A, ubi* Vtrum tu *ceteri* (*) 342. *Sic libri cum A, sed omisso hic spatio CD* 343. P *praem. Db, spat. C* MEUMOPINORIMPERIUMSTINTENONINMETIBI *A.* Meum opinor imperiumſt (imperium ſt *B*) inte non (inteñ *B*) inme (im *incohaverat D*) Tibiſt (tibi ſt *B*) *reliqui: ubi* (e)st *priore loco del. Camerarius* (*)

VIRGO

Tua istaéc potestas ést, pater: uerúm tamen,
Quamquám res nostrae súnt, pater, paupérculae,
Modice ét modeste méliust uitam uíuere.
Nam ad paúpertatem si ádmigrant infámiae,
Grauiór paupertas fít, fides subléstior.

SATVRIO

Enim uéro odiosa's.

VIRGO

Nón sum neque me esse árbitror,
Quom párua natu récte praecipió patri.
Nam inimíci famam nón ita, ut natást, ferunt.

SATVRIO

Feránt eantque máxumam malám crucem.

---

346. *Charisius inst. gr. II p. 6,20 15 K.:* modice ... Plautus in Bacchidibus ... idem in Persa 'modice et mo.... uitam uiu*ere*'. *Nonius p. 342, 26 M.:* modicum in consuetudine pausillum uidemus significare. modicum ueteres moderatum et cum modo dici uolunt. Plautus in Bacchidibus .... idem Persa 'modice ... uiuere'.
347 *sq. Festus p. 294, 33 M.:* sublesta antiqui dicebant infirma et tenuia. Plautus in Persa 'ad paupertatem ... sublestior' id est infirmior: *cf. Leidolphus p. 201. 223. Nonius p. 177, 8 M.:* sublestum est leue frinolum. Plautus 'nam ubi ad paupertatem .... sublestior': *cf. Reblinius p. 30, Caesar p. 34, Baierus p. 94. 156.*

---

344. V *praem. Db* *Sic libri cum A, sed* iſtec *CD.* iſta & *B* poſtaſ *D* *spat. post* pater *C* 345 *sq. Sic libri cum A, nisi quod* modicę et modeſtę *Z* meliuſ tui tam *BD.* meliuſ tuttam *C.* meliuſ eſt ita *F.* meliuſ eſt tamen ita *Z.* eſt meliuſ uitam *Nonius: de Charisio non liquet* (*)
347. *Sic A, ubi* Nam ubi ad paupertatem *Z cum Nonio* (Nam *om. Festus*) admigrantim famiae *B.* ad migrantĩ famę *C.* admigrantim fame *D.* adnigratur fama *F.* immigrant infamiae *Festus.* acceſſit infamiam *Nonius.* acceſſit infamia *Z.* admigrant *etiam codd. Lambini* (*)
348. *Sic libri testesque, nisi quod* paupertaſ grauior *Nonius* SUBTESTIOR (*vel* I, *non* L) *A.* ſubleſtior *Z.* ſubleſtior *Dc* 349. P *praem. Db* ENIMUEROODIOSAES#NONSUMNEQ·ESSEARBITROR *A, ubi* uero dioſa eſ *B* nequeme *B.* neque me *CDFZ* 350. *Sic A, nisi quod* QUM, *ubi* Cum *reliqui* praua *Z* natur ec te *B.* natura eete *C.* natura ẽẽ te *DZ* (eſſe). nã eſſe te *F* precipio *BC.* percipio *Z* pater *Z.* patri *etiam codd. Lambini* 351. *Sic libri, nisi quod* inimiciſ *D* NATAEST *A, FZ.* nata ſi *BCD* (*) 352. V *praem. Db* *Sic A, sed* EANTQ·MAXIMAM, *ubi* eantque in maximam *reliqui*

Ne ego ínimicitias ómnis flocci exístumo,
Quasi ménsa inanis núnc si adponatúr mihi.

VIRGO

Patér, hominum inmortális est infámia:
Etiám tum uiuit, quom ésse credas mórtuam.

SATVRIO

Quid? métuis ne te uéndam?

VIRGO

Non metuó, pater:
Verum ínsimulari nólo.

SATVRIO

At nequiquám neuis.
Meó modo istuc pótius fiet quám tuo.

VIRGO

Heiá!

SATVRIO

Quae hae res sunt?

VIRGO

Cógita hoc uerbúm, pater:

355. *Nescio qua ratione ductus ad hunc maxime versum Deuerlingius revocet Placidum p. 53, 16:* infamia non dubium est quin generis sit feminini: nam si neutro dicas, ut uerbi gratia 'infamia locutus est uerba' stabit quidem **: *quae probabilius est referri ad locum quendam* 'infamiã locutust' *exhibentem ita, ut sententia stet* 'verba' *si subaudiatur, versus ruat.*

353 *sq. Sic A:* NONEGOINIMICITIASOMNESPLURISEXISTIMOQUAMMENSAINANISNUNCSIAPPONATURMIKI (*vix* IAISTIMO *et* ADPONATUR) *itemque reliqui, nisi quod* inimititiaſ *D* omniſ *BCFZ.* omĩſ *D: ubi* Ne — flocci — Quasi *pro* Non — pluris — Quam ☞ (*) 355. P *praem. Db Sic libri, sed* immortalis *ACFZ et* imfamia *B* 356. *Sic libri, sed* tum, m *ex* t *incohato, C et* cum *omnes* (*) 357 *sq. Sic libri cum A* (V *ante* non *Db*), *nisi quod* Atuequiquam *C ante corr.* At nequicquam *F* (*) 359. *Sic libri, nisi quod* modo, mo *ex* me, *D* ISTUC (*vix* C) *A.* iſtud *DFZ* fiet *om. Da, sup. scr. Db* 360. FIAT#QUAEEAERESSUNT#COGITAKOCUERBUMPATER *A* (UM *per ligat.*) *itemque reliqui, nisi quod* Fiat#quę hereſ ſunt (*spatio, non spatiolo, post* Fiat *relicto*) *B.* fiat ‖ Quae hereſ ſunt *C.* P fiat ‖ Quę hereſ ſunt *D.* fiat Quae hae (Que he *F*) reſ ſunt *FZ: ubi* EIA (*melius* Heia) *pro* FIAT ☞ (*)

Erus sí minatus ést malum seruó suo,
Tamenétsi apturus nón est, ubi captúmst flagrum,
Dum túnicas ponit, quánta adficitur míseria.
Ego núnc, quod non futúrumst, formidó tamen.

SATVRIO

Virgo átque mulier núlla erit, quin sít mala,
Quae praéter sapiet quám placet paréntibus.

VIRGO

Virgo átque mulier núlla erit, quin sít mala,
Quae réticet, si quid fíeri peruorsé uidet.

SATVRIO

Maló cauere méliust te.

VIRGO

At si nón licet
Cauére, quid agam? nám ego tibi cautúm uolo.

SATVRIO

Malusne égo sum?

VIRGO

Non es néque me dignumst dícere:
Verum eí rei operam do, ne álii dicant quíbus licet.

---

361. *Sic libri, sed* MNATUS *A* (*ubi inter* T *et* U *interdum* I *supra-scripta visa est .apparere incertissima.* MINATUS *As, non recte*)
362. TAMENESIAURUSNONESTUBICAPTUMESTFLAGRUM (ID FVTV, *ut vid., a correctore suprascriptis, unde de* M *olim supra* S *scripto cogitat Studemundus: fortasse etiam* T *supra* ES *exstitit*) *A*. Tamen etſi id futurum non eſt ubi captumſt flagrum *reliqui, nisi quod* tam̃&ſi^{id} *D*. Tametſi id *FZ et* captum ſt *BC: ubi* Tamen etsi apturus ☙ *duce A et* ℜ (*)
363 *sq. Sic libri, nisi quod* afficitur *CDFZ et* FUTURUMEST *A*
365. *VIRGINI continuat D itemque F cuius similes in proximis errores praetermittimus* 365 *sq. Sic libri cum A, nisi quod* nulla eſt *F* preter *C* paretibuſ *F* 367 *sq. Sic libri cum A, nisi quod* nulla erat *BCD* que *D* ſiquid *BC* peruor ſeuidet *B* uidet *ex* uidit *D* P *et* V *Db recte praescr. usque ad v. 375*
369 *sq. Sic libri, nisi quod* MELIUSESTTE#ATSINONLICEAT *A* meliuſt te *BZ*. meliuſ ſt te *CD*. meliuſ te *F* lic& cauere ‖ Quid *B*
371. MALUSNEEGOSUM#NONESTNEQ·MEDIGNUSTDICERE *A* Maluſ ne *C* dignũſt *Z*. dignuſſt *B*. dignuſ ſt *CD*. dignum eſt *F* 372. *Sic libri, sed* UERUM *A*. Virum *B*. uirum *CDF*. uerum *Z* done *B*. donec *CDF: corr. Z* (*)

SATVRIO

Dicát quod quisque uólt: ego de hac senténtia
Non démouebor.

VIRGO

Át, meo si liceát modo,
Sapiénter potius fácias quam stulté.

SATVRIO

Lubet.

VIRGO

Lubére tibi per mé licere intéllego,
Verúm lubere hau líceat, si liceát, mihi.

SATVRIO

Futúra's dicto oboédiens an nón patri?

VIRGO

Futúra.

SATVRIO

Iam scis, tíbi quae praecepi?

VIRGO

Ómnia.

SATVRIO

Et ut uí surrupta fúeris?

VIRGO

Docte cálleo.

373. *Sic A, ubi* uult *reliqui* 374. *Sic libri, nisi quod* MEOSIICEAT *A.* ſi meo liceat *F* 375. SAPIENTERPOTIUSFACIASQUAMSTULT*‡LUB** *A* faciaſ *ex* facif *C.* faciam *DFZ* lubet *B.* libet *CDFZ* 376. *Sic A: ubi* Iubere *an* lubere *B non satis liquet.* libere *FZ* per me tibi *CDFZ.* perme tibi *B* VIR. licere intelligo *FZ: ubi pers. ad initium versus Camerarius reiecit* 377. *Sic A (sed* MIK-*) cum Vssingio, ubi* hau liceat ſi iubeat *B.* haud liceat ſi lubeat *CDFZ* (*) 378. V *praem. Db Sic libri, sed* futura eſ *omnes et* obedienſ *FZ* annon *B* PATRI *A* 379. FUTURA‡SCISNAMTIBIQUAEPRAECEPI———A *A quadrante* ‡OMNI *itemque ceteri, nisi quod* precipi ‡ omnia *B.* praecepi omnia *D.* precepi omnia *C: ubi* iam scis (*ut v. 589*) *duce Seyfferto* (*) 380. V *initio eras. et* V docte *Db Sic A, sed* UISURRUPTA, *ubi* id ut ſurrepta *B.* id ut Surrupta *CDZ.* id ut ſubrupta *F* (*)

SATVRIO

Et quí parentes fúerint?

VIRGO

Habeo in mémoria.
Necéssitate mé, mala ut fiám, facis.
Verúm uideto, me úbi uoles nuptúm dare,
Ne haec fáma faciat répudiosas núptias.

SATVRIO

Tace, stúlta. non tu núnc hominum morés uides? 385
Quoiuísmodi hic cum fáma facile núbitur.
Dum dós sit, nullum uítium uitio uórtitur.

VIRGO

Ergo ístuc facito ut uéniat in mentém tibi,
Me esse índotatam.

SATVRIO

Cáue sis tu istuc díxeris. 389
Pol deúm uirtute dícam et maiorúm meum — 391
Ne te índotatam dícas, quoi dos sít domi —: 390

---

391. *Nonius p. 495, 13 M.:* accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo pluralis .... Plautus Persa 'pol deum .... meum': *cf. Reblinius p. 7. 36, Caesar p. 17. 45. 117.*

---

381. *Sic libri, sed* IN******IA *A* 382. NECESITATEMEMALAUTFIAM-**C—— *A* me *om. F* *spat. post* facil *C* 383. UERUMUIDETOMEUBI-UOLESNU———— *A* uidetome *B* uideto *ex* uideo *C* uioles *C ante ras. D a Z: corr. Dc* (*) 384. NEKAECFAMAFACIATREPUD———— —— *A* Nehaec *B.* nehec *C* 385. P *praem. Db itemque in v. 389 et ante v. 399* P, *ante v. 388 et 397 (non in v. 399)* V *habet* TACESTULTA-NONTUNUNCKOMINUM****SUIDES *A* ſtultam *B* uides? *Acidalius.* uides, *vulgo* (*) 386. CUIUSMODIKICCUMMALAFAMAFAC*******TUR *A* Quoiuis modi *Lorenzius Philol. XXXI p. 176 sq. duce Guyeto.* Quo iuſ modi *B.* quo uiſ modi *D.* quouiſ modi *C.* quoiuſmodi *FZ* hiccum *BC* fama *Camerarius.* mala fama *libri* (*) 387. DUMDOSETNUL-LUMUITIUMUITIOU*****UR *A* (*) 388. ERGOISTUCFACITOUTUENIAT-INMENTEM—— *A* 389. MEE**EINDOTATAM#**UESISTUISTUCDIXE-RIS *A* 391. 390. *Hoc ordine libri: ubi altero versu parenthesin significavit* ☞ POLDEUMUIRTUTEDICOETMAIORUM***M ‖ NITEINDOTATAM-DICASCUIDOSSITDOMI *A* uirtutem *Nonius* dicam *BCD, Nonius om. FZ* maiorum, *non* malorum, *in codd. ant. scriptum esse Pius adnotat* Ne te *CDZ.* Nete *B.* Nec te *F* quo id oſ *BCD.* quoi doſ *F.* cui doſ *Z* oſſit *B* (*)

Librórum eccillum habébo plenum sóracum:
Si hoc ádcurassis lépide, quoi rei operám damus,
Dabúntur dotis tíbi inde sescentí logei,
Atque Áttici omnes: núllum Siculum accéperis.
Cum hac dóte poteris uél mendico núbere.

VIRGO

Quin tú me ducis, sí quo ducturú's, pater?
Vel tú me uende uél me face quid tíbi lubet.

SATVRIO

Bonum aéquomque oras. séquere hac.

VIRGO

Dicto sum aúdiens.

DORDALVS

Quidnam ésse acturum hunc dícam uicinúm meum,
Qui míhi iuratust sése hodie argentúm dare?

---

392. *Festus p. 297, 14 M.:* Soracum est quo ornamenta portantur scenicorum. Plautus in Persa —— rum iccillum ————: *cf. Leidolphus p. 223 sq.* 394 *sq. Pseudo-Asconius in Cic. diuin. § 39 p. 115 Or.:* Si litteras Graecas Athenis, non Lilybaei, Latinas Romae, non in Sicilia didicisses] Dicit illum Graecas litteras simul et Latinas in Sicilia didicisse: in ea insula, quae neutra lingua bene utatur. Ita enim Plautus in Persa 'dabantur .... acceperis'.

392. LIBRORUMECILLUMKABEOPLENUMILLUMSORACṼ *A* Liberorum *F* ec cillum *B.* iccillum *Festus.* ecce illũ *CDFZ* habebo plenum soracum ℜ: *cf. 437, al.* habeo plenum (p *ex* b *B*) ſoracum *BCDFZ* (*) 393. *Sic libri, nisi quod* accuraſſiſ *FZ.* accurraſ ſiſ *BCD* cui *omnes* (cuirei *B*) 394. *Sic A, ubi* dabantur tibi (*om.* dotis *et* inde) *Asconius* ſexcenti *F, Asconius* logi *cum Asconio Pius et Saracenus.* longi *BCDFZ* (*) 395. *Sic libri cum A, nisi quod* om̃ſ *D. om. Asconius* acceperef *C ante corr.* 396. *Sic AB, ubi* poteraſ *reliqui* (*) 397. *Sic libri cum A, sed* ducturuſ: *corr.* ℜ 398. *Sic libri cum A, sed* uel face *omnes: ubi* me *inser.* ℜ *in adn.* lube *B* (*) 399. ***ṾMAEQUMQ·ORASSEQUEREKACENDICTOSUMAUDIENS *A* (UM *per ligat.*): *ubi* bonum aequumque (ęquumq' *BD*) *reliqui* ſequere hac (oraſſequerehac *B*) ♯ dicto *BCD et FZ* (Vi.) audi eaſ *CD* (*corr. FZ*). audi eaſ dordaluſ *B* (*)

Act. III Sc. 2 Vnius versus spatium AB (cf. ad v. 499) CDa. DORRA LVS LENO *Db craso* TOXILVS *ante* DORRA *et* SERV *ante* LENO (*et* II *ut vid. in marg.*). Dordoluſ leno *F.* Dordaluſ leno *Z* 400. Q – —— CTURU*DICATKUNCUICINUMMEṼ *A quadrante spatio* Quid nam *B* (*) 401. QU*********TUSESTSEKODIEARGENTUMDARE *A, ubi* iuratuſ eſt ſeſe *reliqui: corr. Bothius* (*)

Quod sí non dederit átque hic dies praetérierit,
Ego árgentum, ille iús iurandum amíserit.
Sed íbi concrepuit fóris: quisnam egreditúr foras?

TOXILVS. DORDALVS

TOXILVS

Curáte isti intus: iam égo domum me récipiam.

DORDALVS

Oh,
Toxíle, quid agitur?

TOXILVS

Óh, lutum lenónium,
Commíxtum caeno stérculinum públicum,
Inpúre, inhoneste, iniúre, inlex, labés popli,

---

408. *Nonius p. 10, 10 M.:* inlex et exlex est qui sine lege uiuit. Plautus Persa 'inpure....popli'. *Idem p. 447, 2 M.:* inlix et inlex hoc discernuntur: ab inliciendo 'inlix', 'inlex' a quo lex non seruetur. Plautus Poenulo ... idem Persa 'iniure inlex [hoc est uiuens sine lege sine iure] labes populi': *ubi verba uncis inclusa post verbum* populi *collocans cum Quicherato del. L. Muellerus. Cf. Reblinius p. 36. 78. 81, Caesar p. 15. 34. 43.*

---

402. QU*********ḌẸRITATQ·KICDIESPRAETERIERIT *A* hic *sup. scr. B* preterierit *C.* preteri erit *B* 403. EGO******ỤṂỊLLẸIUS-IUR***UMAMISERIT *A* iuſiurandum *C.* iúſ^{iu}..randum (*sic*) *B post ras.*

404. SED*******REPUITFORISQUIS**MEGREDỊTURFORAS *A* foreſ quiſnam *B.* foreſ Quiſ nam *CDZ.* foriſ quinam *F: corr. Pius cum A*

Act. III Sc. 3 ToxilVS DORDALVS (*vel* DORP.) *superiori scaenae subscr. B versu qui sequitur vacuo. unius versus spat. A, duorum CDa.* TOXIL' SERV' DORRAL' LENO *Db.* Toxiluſ ſeruuſ Dordaluſ leno *FZ*

405 *sq.* T *praem. Db* *Sic A* (*sed* ÇỤRAṬẸ): *ubi* Curate iſtic *B.* Curate iſtuc *CDFZ* (*corr.* R *cum A*) recipiam ‖ Obtoxile *B.* recipiã otoxile *C.* recipiam D. o toxile *DFZ* eo lutum *BCDFZ* lenon$^{i}_{,}$um *B* (*)

407. COMMỊXTUMCAE**STERCULỊNUMPUBLICUM *A* Commixtum caenoſter cilinum *B.* commixtum noſter cilinũ *cum spatio* (*in quo* T *Db*) *CD.* cõmixtum. eo ſterquilinium *Z.* commixtum ſterquilinum *F* (*)

408. IṂPUREINKONESTEPERIUREINL**ṬABESPOPLI *A, ubi* Inpure *D* iniure inlex labeſ *B cum Nonio* (*sed priore loco* illex *HL₁.* lex *L₂.* illex *G*). iniure inlex inlabeſ *CDF.* in iure. ĩlex iure labeſ *Z* (iniurie labeſ '*membranacea exemplaria*' *Pii*) popli *priore loco plerique libri Nonii,* populi *altero cum BCDFZ* (*)

Pecúnias accípiter auide atque ínuide,
Procáx, rapax, traháx: trecentis uérsibus
Tuas ínpuritias tránsloqui nemó potest:
Accípin argentum? accípesis argentum, ínpudens.
Tené sis argentum. étiam tu argentúm tenes?
Possúm te facere ut árgentum accipiás, lutum?
Non míhi censebas cópiam argentí fore,
Qui nísi iurato míhi nil ausu's crédere?

DORDALVS

Sine réspirare me, út tibi respóndeam.
Vir súmme populi, stábulum seruitrícium,
Scortórum liberátor, suduculúm flagri,
Compédium tritor, prístinorum cíuitas,
Perénniserue, lúrco edax, furáx, fugax,

419. *Festus Pauli p. 336, 7 M.*: Suduculum [*sic* **R** *duce* **A**. seduculum *boni codices* (*ex praecedente glossa* Sediculum: sedile). sudiculum *Pius, Meursius*] genus flagelli dictum quod uapulantes sudantes facit: *cf. Leidolphus p. 220 et Seyffertus Burs. Annal. XLVII p. 16.*
421. *Nonius p. 11, 6 M.:* lurcones dicti sunt a lurcando: lurcare enim est cum auiditate cibum sumere .... Plautus Persa 'perennis .... fugax': *cf. neglectis Hennigii somniis Reblinius p. 36, Caesar p. 14. 35.*
Marius Plotius [M. Claudius] Sacerdos art. gr. II p. 475, 25 K.

409. PECUNIAEACCIP*T*RAUIDEATQ·INUIDE (ADQ· *As*) *A* Pecunias *Buechelerus de decl. p. 32.* Pecuniȩ *B.* pecunię *C.* pecuniae *DFZ* (*)
410 *sq. Sic A, sed* T**ĶẠẊTR***NTIS *et* INPU***IAS, *ubi* impuriti aſtra loqui *BCD.* impuritiaſ loqui *Z.* impuritateſ loqui *F* (*) 412 *sqq. Sic libri, sed* accipe ſiſ *et* Teneſiſ *BC et* tu argentum, e *ex* n *corr., B et* ARGENTUMTENE— *A* (*) 415. *Sic A: om. reliqui* (*) 416. *Sic libri, sed* nihil auſuſ *omnes: corr. Bentleius ad Andr. IV 3, 13* (*) 417. D *praem. Db Sic A* (*sed* MEUTTIBI) *ubi* Sene *BCD a: corr. Dc* reſpirarem & ibi ut *B* (utreſpondeam) *C* (et) *Da* (reſpirarẽ): *corr. Dc Z.* reſpirare tibi ut *F*
418. UIRSUM******LIſTABULUMSERUITRITIUM *A* Virſum me popli *B* ſeruitritium *B.* ſerui tritium *C.* ſeruitricium *DFZ* (*) 419. SCORTORUMLIB*R*TORSUDUCULUMFLAGRI *A: cf. testim.* ſubiculum *BCDFZ* (*)
420. COMPEDIUMTRITORPRISTINORUMCIUILAS *A* Compedium *BD.* compendium *C.* compedum *FZ* priſtinorum *etiam B.* Piſtrinorum *reliqui* 421. PER***IſSERUELYRCKEE**XFURAXFUGAX *A* (IS *et* KE *valde dubiis*) per enni ſerue *C.* perhenni ſerue *F.* perenniſ herbae *Nonius* lurco edax *Nonius, Z.* lurchedax *C.* lurche dax *Da.* lur chedax *B.* lurche edax *DcF: cf. testim.* furax fugax *etiam B, Nonius.* ·fugax· furax· *C.* fugax furax *DFZ*

Cedo sís mi argentum, dá mihi argentum, ínpudens.
Possúm te exigere argéntum? argentum inquám cedo.
Quin tú mi argentum réddis? nilne té pudet?
Lenó te argentum póscit, solida séruitus,
Pro líberanda amíca: ut omnes aúdiant.

TOXILVS

Tace, óbsecro hercle: né tua uox ualidé ualet.

DORDALVS

Referúndae ego habeo línguam natam grátiae.
Eodém mihi pretio sál praehibetur quó tibi.
Nisi me haéc defendet, númquam delingét salem.

(cf. 491, 1) = Probus Cathol. I p. 10, 18 K. (cf. 14, 33. 38, 29): 'ho' finita producuntur [producentur *Probus*] in genetiuo, ut [ut *om. Sacerdos*] 'lurcho lurchonis' lectum nomen in Plauto significans ganeonem [nepotem deuoratorem *add. Probus*]. *Adde Seruium in Aen. VI 4:* thus et orchus ueteres dicebant et lurcho id est uorax, quibus sequens aetas detraxit aspirationem.

---

422. *Sic A (sed* mihi *bis), ubi* Coedo *BC.* cędo *DZ* argnntum damihi argentam *B* (n *post* g *in* e *mutato*) impudenſ *BC* 423. POSSUMTĘĘXIGE***RGĘNTUMARGENTUMINQUAMCEDO *A, ubi* Poſſum ate exigere *BC et* coedo *B* *Contra hic versus cum vicinis sic perscriptus erat in Da:*

Cędo ſiſ mihi argentũ inquã cędo quintu mihi
Argentũ reddiſ nihil ni te pud& leno te argentũ poſcit

omissis mediis (quae prorsus ita transierunt in Z, nisi quod ea argentum. argentum *et* cedo *habet v. priore): ubi cum post medius interpositus esset a Db hic versus:*

Exigere argentũ. argentũ inquã cedo quintu mihi

haec inde manavit eorundem in F species:

cedo ſiſ $\overset{i}{m}$ argentum inquam cedo quin tu mihi
Argentum reddiſ nihil ne pudet quin tu mihi exigere argentum
Argentum inquam cedo: leno te argentum poſcit

424. *Sic A, sed* MIKI *et* NIKIL *cum reliquis, ubi post* reddiſ *unius litt. ras. B* nihil nite *BC (corr. Pylades)* pudet *ex* putet *B* 425 *sq. Sic libri, nisi quod* Lenote *B* ſolita *DZ.* ſollicita *F (corr. Valla, Pius)* OMNĘS *A.* om̃ſ *BD* 427. *Sic libri, sed* OBSECRO *A* herclene *B*

428. *Sic libri, sed* REFERENDAE *A.* referendę *D.* Referundę^{a} *B* GRAŢI*E *A.* gracię^{a} *B* 429. *Sic libri, sed* PRĄETIO *A.* p̄tio *CD* PRĄĘĶIBETUR *A.* p̄hibet̃ *C.* prehibetur *B.* phibetur *DFZ. partim* præibetur *partim* praehibetur *codd. Lambini* 430. NISIKAECMĘDEFENDETNUNQUAMDELINGETSAL** *A, ubi* Niſi me haec (hęc *B*) *et* numquam *reliqui* delinquet ſalem *CDFZ: em. Valla, Pius cum AB*

TOXILVS

Iam omítte iratus ésse. id tibi suscénsui,
Quia té negabas crédere argentúm mihi.

DORDALVS

Mirúm quin tibi ego créderem, ut tu idém mihi
Facerés, quod partim fáciunt argentárii:
Vbi quíd credideris, cítius extempló foro
Fugiúnt, quam ex porta lúdis quom emissúst lepus.

TOXILVS

Cape hóc sis.

DORDALVS

Quin das?

TOXILVS

Númmi sescenti híc erunt
Probí, numerati: fác sit mulier líbera,
Atque húc continuo addúce.

DORDALVS

Iam faxo híc erit.
(Non hércle, quoi nunc hóc dem spectandúm, scio.

---

431. *Sic A, ubi* omitto *ceteri* ſubcenſui *F* 432. *Sic libri, nisi quod A pro* TE *litteris spatio maiores habuit, fortasse* TU (*vix* DTE *cum As*) 433. *Sic libri, sed* ut idem *omnes: ubi* ut tu idem *Bothius* (*) 434. *Sic libri, sed* AR**NTARI* *A* (*) 435. UBIQU*DCREDIDERISCITIUSEXTEMPLOFORO *A, ubi* ciciuſ *B* extemplo a foro *BCDFZ* 436. FUGIUNTQUAMEXPORTALUDISEMISSUSLEPUS *A, ubi* ludiſ cum emiſſuſt (emiſſuſ ſt *C*) lepuſ *reliqui* (*) 437. CAPEKOCSIS#QUINDAS#NU**ISEXCENTIKICERUNT (NT *per ligat.*) *A, ubi* To. Cape *FZ*. Scape *B*. Sape *CD* hocſiſ quindaſ *B* ſeſcenti *Z*. ſexcenti *ex* ſeccenti *C*. ſexcenti *BDF cum A, ut vid.* erunt *Z*. eꝝ *B*. eꝛ *C*. erχ *D*. ſunt *F* (*) 438. PROBINUMERATIFACSITMULIERLIBER— *A* Brobi *B*. *om. C* nevmerati facſit *B* *pro* libera ‖ Atque *fuit* liberautque *vel* liberauique *in C ante corr.* 439. ATQ·KUCCONTI*****DUCEI#IAMFAX****ERIT *A* adluce *B*. abduce *F* (*) 440. NONKERCLECUINUNCKOCDEMSPEC****UMSCIO *A* *spatium praecedit in C* erde *B* quoinunc *B*. cuinunc *C*. cui nunc *DFZ* *Versus* 440—448 *retractatori tribuit Langenus Stud. Pl. p. 333 sq., ex quibus v.* 442 *sq. dittographiam continere* [*vel fortasse locum parallelum ad v. 433—436 adscriptum*] *iam Osannus senserat Anal. p. 202 sq. post Guyetum v. 441—443 delentem* 441—443. *Sic A:*

TOXILVS

Fortásse metuis ín manum concrédere?
Mirúm ni citius iam á foro argentárii
Abeúnt, quam in cursu rótula circumuórtitur.
Abi istác trauorsis ángiportis ád forum:
Eadem ístaec facito múlier ad me tránseat
Per hórtum.

DORDALVS

Iam hic faxo áderit.

TOXILVS

At ne própalam.

DORDALVS

Sapiénter sane.

TOXILVS

Súpplicatum crás eat.

DORDALVS

Ita hércle uero.

TOXILVS

Dúm stas, reditum opórtuit.)

FORTASSEMETUISINMAN**CONCREDERE
MIRUMQUINCITIUSIAMAFORO**GENT***I
ABEUNTQU**INC***UROTULA**RCU**ORTITUR

sic autem B:

Fortaſſę me tuiſ inmanum concredere
Mirum quinciciuſ iam aforo argentarii
Abeunt quamincurſu rotula circum uortetur

contra sic CD et praem. To. *FZ omissis duobus hemistichiis:*

Fortaſſe metuiſ iam a foro argentarii abeunt qua incurſu rotula
Circum uortitur abi *e. q. s.*

nisi quod iam *om. C* aforo argentij *Da: ubi* ti *del. et* tari *sup. scr. Db* Circũ uortiť *D* Circumuortitur. abi *FZ: ubi v.* 441 ni *pro* quin *corr. Langenus* '*Beitr.*' *p. 136* (*) 444. Abi iſtac trauorſiſ *codd. Lambini, item cod. Scaligeri.* Abiiſ tracta uorſiſ *B.* abiſ tacta uorſiſ *C.* abi iſtacta uorſiſ *D.* abi iſtac aduorſiſ *FZ* adforum *BC* (*) 445. Eadem iſta haec *C.* Eadẽ iſta hęc *DZ.* Ad eſt iſta haec *B* adme *B* admetranſeat *C* 446. perhortum *C.* Perortum *B.* per ortum *F* atne *BC* 447. craſeat *B*

ACTVS IV

TOXILVS

Si quám rem accures sóbrie aut frugáliter,
Solet ílla recte súm manus succédere.
Atque édepol firme ut quísque rem accurát suam,
Sic cí procedunt póstprincipia dénique.
Si málus aut nequamst, mále res uortunt quás agit:
Sin aútem frugist, éueniunt frugáliter.
Hanc égo rem exorsus súm facete et cállide:
Igitúr prouenturam hílare confidó mihi.
Nunc égo lenonem ita hódie intricatúm dabo,
Vt ípsus sese, quá se expediat, nésciat.
Sagarístio, heus, exi átque educe uírginem:

449. frugaliter *hinc (vel ex v. 454?) excerptum in glossar. Plaut.: cf. R Opusc. phil. II p. 266.* 452. *Donatus in Ter. Hecyr. III 3, 33:* an 'post duobus' pro post duos? ut Plautus 'post principio denique' et 'post paulo': *cf. Bergkius 'Beitr.' p. 163.*

Act. IV Sc. 1 TOXIL' *Db.* Toxiluſ *Z et, add.* ſeruuſ, *F. om. BCDa cum unius versus spatio* 449. Siquam *BC* (*) 450. ſum manuſ *B.* ſũmanuſ *Da.* ſummanuſ *C.* ſub manuſ *FZ.* ſ̃ manuſ *Dc* ſubcedere *F* (*) 451. accurrat *D* (*) 452. procedunt postprincipia *Scaliger in Varr. de re rust. p. 254 ed. Steph.* procedit (procedat *F*) poſt principio *libri cum corruptela Donato qui fertur antiquiore* (*) 453. nequam ſt *BC.* nequam eſt *F* uõrtunt *B.* uertunt *CDFZ* (*) 454. frũgiſ te ueniunt *BCDa: corr. Dc* 455. facite *Da.* facite *Dc* 456. ꝓuenturam *B.* prouentura *CDFZ* hilare *B.* bene *libri* confido, o *post* d *in lit., B* (*) 457. hunc '*codd. antiqui*' *Pii* hodiae *B* 458. ſe *om. F* 459. Sagariſcio *B* educ euirginem *B.* educ uirginem *CDZ*

Et istás tabellas, quás consignauí tibi,
Quas tu áttulisti mi áb ero meo usque e Pérsia, —

SAGARISTIO. TOXILVS. (VIRGO)

SAGARISTIO

Numquíd moror?

TOXILVS

Eugae, éxornatu's básilice.
Tiáratum ut te lépida condecorát schema.
Tum hanc hóspitam autem crépidula ut graphicé decet.
Sed sátin estis meditáti?

SAGARISTIO

Tragici et cómici
Numquam aéque sunt meditáti.

TOXILVS

Lepide hercle ádiuuas.
Age illúc apscede prócul e conspectu ét tace.

---

463. *Priscianus inst. VI p. 200, 3 H.:* neutra eiusdem terminationis Graeca sunt et addita 'tis' faciunt genetiuum....haec tamen antiquissimi secundum primam declinationem saepe protulerunt et generis feminini, ut .... Plautus in Persa 'theatrum lepida condecorat schema'.

---

461. at tulisti *D.* adtulisti *F* mihi *libri* epersia *BCD: ubi interruptam orationem significavit* ☞ (*)

Act. IV Sc. 2 SAGARISCIO TOXILVS *B versu qui sequitur vacuo relicto. unius versus spatium CDa.* SAGARISTIO TOXIL' SERVI *Db et addito* II *Z,* duo *F* 462. T Numquid moror S *Db* Euge, exornatu's *R.* euge euge exornatus *libri* basillice *BC* (*) 463. *Sic* ☞ *adhibito Prisciani testimonio: ubi* Tiara ornatum lepide condecorat tuum *libri, nisi quod* thiara *F* conde corattuum *C.* condecoratuum *D.* condecora tuum *FZ* (*) 464. T *praem. Db* at *pro* autem *Z* trepidula *FZ* grafice *D* dec& *sup. scr. Db: om. Da* 465. traici *B.* tagici *D* comitj *D* (*) 466. eque *BC* 467. SA. *praem. FZ: del. Dousa fil.* abscede procul e conspectu *Dousa: ut v. 727.* aspice deprocul inconspectum *libri* et tace *continuans* TOXILO *Acidalius.* # tace *BCDa.* S tace *Db.* To. tace *FZ* (*)

Vbi cúm lenone mé uidebis cónloqui,
Aderít adeundi témpus. nunc agite íte uos.

DORDALVS. TOXILVS

DORDALVS

Quoí homini di própitii sunt, áliquid obiciúnt lucri.
Nam égo hodie compéndi feci bínos panes ín dies:
Íta ancilla mea quaé fuit hodie, súa nunc est: argénto uicit.
Iám hodie alienúm cenabit, níl gustabit dé meo.
Súmne probus, sum lépidus ciuis, qui Átticam hodie cíuitatem
Máxumam maiórem feci atque aúxi ciui fémina?
Séd ut ego hodie fúi benignus, út ego multis crédidi,
Néc satis a quiquam hómine accepi: ita prósum credebam ómnibus:
Néc metuo, quibus crédidi hodie, né quis mi in iure ábiurassit.
Bónus uolo iam ex hóc die esse: quód neque fiet néque fuit.

TOXILVS

Húnc hominem ego hodie ín trasennam dóctis deducám dolis:

---

non ecastor uilis emptus est TB

ibid. III 2, 22 Adv. VIII 11:

catillae tum T
catillatum A(?)B, Fulgentius

ibid. III 5, 16 Adv. VIII 11:

nisi haec meraclo se uspiam percussit flore libyco T
nisi haec meraglose uspiam percussit flore libico B
Liberi A

ibid. III 6, 9 Adv. VIII 11:

---

*) Paucula quaedam nos fugisse monuit inter corrigendum amicus quidam: Aul. III 5, 37 = Adv. VI 24; III 2, 24 = Adv. XV 5. Asin. prol. 5 = Adv. XXIV 31; Capt. I 2, 80 = Adv. XIV 7; III 4, 108 = Adv. XIV 7; Cas. V 2, 8 = Adv. XVI 3.

erat... plane et literate perscriptum *dabo μέγα κακὸν*
dabo tibi ΜΕΓΑΚΑΚΟΝ A
B *tibi* om.

id. V 4, 4 Adv. VIII 11 et XVI 3:
caninam scaeuam T

urculionis v. 485 Adv. XXVII 27:
operiam T
oppiam BEJ

ostell: v. 760 Adv. XIX 32:
laudasse TBCD (Ritschelius cum Bothio *laudauisse*)
hasce TB. om. CD
architectonem TB¹. *architectorem* B²CD

oenuli v. 19 Adv. XIX 12:
praeter os obambulet TBCD

id. v. 30 Adv. XIX 12:
peritent T. *pertant* B. *pereant* CD

id. v. 47 Adv. XIX 12 (cf. XVI 7):
[*sitis*] *gnarures* T
siti signa rures BCD

id. v. 55 Adv. XIX 12:
rationes TB. *orationes* CD

id. 137 Adv. XV 6:
lyrae lyrae T. *lyrae lyre* B. *lire lire* fere CD

id. v. 231 Adv. III 5:
[*facere*] *en iam* T
faceren niam B
facere CD

id. v. 245 Opp. I p. 61, 35:
eius seminis TBCD
eiusce modi FZ

id. v. 319 Adv. XV 6:
prima cum ut TB
prima cum CD: *Primae ut* A

id. v. 371 Adv. XV 6:
ninnium T. nin nium B
nimium CD

id. v. 413 Adv. XV 7:

partem minore (*parte in ore* A) *habitas mea* T. item BCD, nisi quod melius *parte*

ibid. v. 471 Adv. XV 7 'ex uetusta membrana, aliquantulum tamen scriptura conturbata':
lenulle T, Priscianus
lennuite B. *lenuite* CD
denullo A ut vid. (v. apparatum)
de illa A, Priscianus. *de illac* T(?)BCD: unde corr. adn.
pentethronnica T. *pentetronica* ABCD

ibid. v. 478 Adv. XV 7:
farferi TABCD

ibid. v. 530 Adv, III 11 (coll. XV 7):
uel (ita XV 7; *et* III 11) *clauatorem* T
el clabatorem B. *uel glabatorem* CD
uel gralatorem Varro
et grallatorem Festus

ibid. v. 580 Adv. XV 7:
condocta TAB
conducta CD

ibid. v. 581 Adv. XV 7:
condoctior TAB
conductior C
indoctior D

ibid. v. 770 Adv. XIX 12:
id nunc his cerebrum uritur TA
id nunc hisce crebro auritur CD
id nunc B

ibid. v. 778 Adv. XIX 12:
refert rauio TAB correctus
refert auio B non corr., CD

ibid. v. 977 Adv. X 24 (cf. Opp. I p. 61, 42):
punica est guggast homo T
punicast guggast homo A. om. BCD

ibid. v. 1033 Adv. X 24:
micdilix T
micdilia BCD
migdilix (vel *-a*) A

ibid. v. 1168 Opp. I 61, 37:

'legendum puto *graecae sunt hae columnae, sustolli solent* subscribente huic lectioni veteri libro': nihil de libro Adv. X 24. Cf. eius versus adnotationem nostram.

id. V 1312 Adv. X 24:

Deglupta maena sarrapis sementium
Mastruga hals agoras hama tum autem plenior
Alli ulpicique quam romani remiges

oc versus, qui in exemplaribus sic scribuntur, ut non intelligan-
r, excudendos sic curavi ut reperi'. Cf. adnotationem nostram.

seuduli v. 738 Opp. I p. 64, 53:

hircum ab aliis (*alis* Adv. XX 10) T
hirquuum ab aliis B
hiscum ab aliis CD
irchum (?) *ab alis* A

id. v. 743 Adv. XX 10:

lamberas TABCD

d. v. 1051 Adv. XX 10:

versum servarunt TAB, om. CD

l. v. 1100 Adv. XX 10:

ad molas coloniam TBCD

dentis v. 122 Opp. I p. 103, 51:

exicasque T

Opp. I p. 61, 16. 193, 13. Adv. XXI 2. XXVII 27.

- v. 363 Opp. I p. 60, 64:

anancaeo T

- v. 461 Opp. I p. 61, 2:

praeficiscine T

- v. 525 Opp. I p. 61, 13:

at velitatione T, unde *advelitatione* Turnebus

i glossam *aduelitatio*: *iactatio quaedam verborum est* ad
versus formam spectare posse idem intellexit, quod contra
uis proferat eiusdem locum *uelitatio dicta est ultro citroque*
orum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnae, monemus videri
is Festum hoc loco Asinariae v. 307 respicere, ubi libri cum
io *uerbis uelitationem fieri compendi uolo.*

l. v. 578 sqq. Adv. XXI 12:

eho an te poenitet in mari quod claui nisi hic in terra iterum eluam T (?)

ibid. v. 613 Adv. XXI 12:
'integratum .. inveni versum hunc, qui vel mutilus vel nullus est in exemplaribus *sed quid hic in Veneris fano meae viciniae*'
ibid. v. 641 Adv. XXI 12:
obsecro hoc praevortere ergo T, quode verbis accurate intellectis dubitari nequit
ibid. 724 Adv. XXI 12:
non licet est lex apud nos
ibid. v. 671 Adv. XXI 12:
quin scelestus sacerdotem anum praecipes T
ibid. v. 767 Adv. XXI 12:
'lego ex veteri libro: *quin ut humanum exurias tibi*'
Stich. 732 Adv. IX 21:
morticinae (?) membranae *catali ut ludum* TBCD

Praeterea autem certum uti Turnebum codice illo fonte non allato. Nam ut nonnullis locis scripturas profert T librum non indicans quas alibi disertis verbis in eodem exstare testatur (velut cf. supra locos ad Poenuli v. 977 indicatos), ita interdum codicibus nostris in comparationem adhibitis suspicamur ab eo prolata ad T, non ad solum Turnebi ingenium redire. Velut Poen. 1355 legendum censet *haud verbum quidem*, ubi *aduersum quidem* Palatini, A contra *haud uerbum quidem*. Similiter comparati loci Poen. v. 373 et 384 Adv. XV 6; Rud. v. 767 Opp. I 61, 9; Casinae epil. 3 Adv. VIII 11; alii, quamquam de nonnullis dubitari posse concedimus. Diutius autem in hisce non haesimus, quamquam haud pauci addi possunt: nihil enim fere lucri ex operosa hac investigatione redundat.

Iam quo modo ille codex comparatus fuisse videatur quispiam quaesiverit. Non integrum librum viginti vel adeo viginti unius fabularum fuisse censemus. Neque enim casui tribuimus, quod earum comoediarum inde afferuntur scripturae quarum litterae initiales ad certas alphabeti series spectant. sunt autem hae:

Asinaria
Captivi
Casina

Curculio
Mostellaria
Poenulus
Pseudulus
Rudens
Stichus

Videntur igitur codicis cuiusdam Plautini initio et in medio, fortasse etiam in fine mutili reliquiae fuisse. Quocum vide num illud congruat, quod uno loco (Adv. XVI 3) de 'membranulis' loquitur. Neque obloquemur, si cui certae harum comoediarum partes (velut quaternionum aliquis numerus) tantum servatae fuisse videantur, unde facilius explicaveris quod vestigium eorum remansit nullum, eodemque spectare possunt quae ipse dicit: 'aliquando in aliquot membranas pervetustas incidi' (Adv. XIX 12). Praeterea cum levicula quadam argumenti specie id in rem afferri possit, quod de sola Poenulo diserte testatur eam comoediam in membranis illis pervetustis scriptam fuisse (Adv. XIX 12). Quae res utut se habet, certum est nec a quoquam hucusque observatum, Turnebo, dum Adversaria scribit, pretiosissimum illum librum non iam praesto fuisse. Id quod inde sane non consectaneum, quod nusquam velut ita scribit: 'membranae, quae penes me sunt' 'quas in manu habeo' 'quae mihi praesto sunt', quamquam hic illic tale quid sane exspectaveris, quod contra semper talia profert qualia sunt: 'ita in libro antiquissimo scriptum reperi' (Opp. I p. 60, 64): sed probabile illud inde, quod Adv. XIX 12 sic legimus: aliquando in aliquot membranas pervetustas incidi, in quibus scriptus erat Poenulus'. Nam cui in manu liber est, vix ita loquitur. Certum autem fit omnisque rei dubitatio eximitur loco illo, ubi sic ait: 'aliquot membranae quas aliquando habui' (Adv. XV 7). Videtur igitur olim excerpsisse librum, quo postea uti nequibat.

Iam quae summa rei est, indoles illius codicis 'pervetusti' (sic tantum non semper appellatur) accuratius videtur definienda esse. Fuit autem liber optimae notae, id quod ei qui supra conlecta perlustraverit, in oculos incurrit. Verba in BCD omissa, integrum versum, qui in CD deest, conservat, cum A saepius consentit in egregiis scripturis diversa BCD librorum

memoria, saepissime cum B, discrepantibus CD. Dubitaverit igitur quispiam utri recensioni adscribendus videatur esse: quo de nos non dubitamus. Certe codex Palatinorum recensioni adscribendus est, non palimpsesti, id quod non negaveris collatis velut versibus ex supra allatorum numero hisce: Cas. III 5, 16. 6, 9. Poen. 471. 1033. 1313, neque neglegenda est recensionis discrepantia Poen. v. 530, quae inter TBCD et Varronem Festumque intercedit. Fuit igitur Palatinae recensionis codex praestantior certe multis locis — quoniam consentaneum de propriis vitiis Turnebum non rettulisse — quam ei libri qui nunc praesto sunt. Egregie igitur crisis Plautinae difficultatem minuet, qui schedas Turnebi in recondita aliqua Galliae bibliotheca indagaverit.

Turnebi codex ut indagetur fieri sane potest: alius autem eiusque plane adhuc ignoti recuperandi spes prorsus abicienda est. Qui quamquam ad Poenulum nihil pertinet, hoc loco tamen deperditae illi membranae adiciatur. Exstitit enim usque ad huius saeculi a. 1848 codex quidam Messanensis saec. XIII, qui priores octo Plauti fabulas continebat. Cuius quidem notitia hoc modo ad nos pervenit. Cum enim in eo esset ut Loewius iter Italicum Poenuli causa pararet, comiter certior factus est a Martino Hertzio, exstare in Benedictinorum Messanensium bibliotheca codicem Plautinum saec. XIII, quem suis ipse oculis a. 1847 vidisset. Iam quamquam multum novi ex illo peti posse probabilitate carebat, decrevimus tamen codicem examinare, aemulum fortasse eius, quem Mediolani a. 1878 repperimus. Ut tamen caveremus ne frustra illuc proficisceremur, a Papa Philippo Matranga, parrocho graeco-catholico Messanensi accuratiora de illa Messanensi bibliotheca petivimus. Qui quaerentibus nobis amabiliter respondit, a. 1848 (hoc est anno postquam Hertzius illic fuit) S. Placidi libros igni absumptos esse. Itaque nihil nunc de eo scimus nisi quae Hertzius enotavit:

C 23 saec. XIII. 8°. *Plauti in amphytrione incipit prologus. In faciem uorsus* cet. [argum. II]. Explicit: *Plauti epidicus explicit*

et ea quae ante eum a. 1834 Blumius in Bibliotheca librorum manuscriptorum Italica p. 227 ex schedis Goettlingii attulit:

Plauti Amphitruo Asinaria Aulularia Captivi Curculio Casina Cistellaria Epidicus membr. 4 folior. 9 (?)*)

Sufficiunt autem paucula ea quae Hertzio debemus ad demonstrandam aliquam deperditae membranae bonitatem

Titulus *incipit prologus in amphitrionem plauti poetę* B
plauti in amphytrione incipit prologus cod. Messanensis
Titulo carent DE. Initium fabulae intercidit J. Arg. I 1:
uersus BDE (in J servatus non est v.)
uorsus cod. Messanensis.

Punica recensere ipsi non potuimus: ne tamen officio nostro deesse videremur, Ioannem Gildemeister de hac re adivimus: qui quod partem saltem recensuit ut ipsi laetamur ita alios laetaturos esse scimus.**) Scripsit autem de recensionis suae ratione haec:

"Ritschelius cum anno huius saeculi sexagesimo et tertio aut quarto de edenda Poenulo cogitaret, me arcessivit, qui in Punica verba tractanda et ad normam linguae revocanda operam conferrem. Praeparavi tunc decem versus priores

*) Alterum codicem Plautinum S. Placidi Messanensis, quem Blumius eodem loco sic describit: 'Plauti Bacchides, Mostellaria, Menechmi, Miles gloriosus, Charinus, Mercator, Pseudolus, Penulus, Persa, Stichus, Trinummus, Truculentus. membr. et 'chart. fol. folior. 178'. B 10 signatum fuisse et saec. XV scriptum idem nos docuit Hertzius.

**) De verbis *mycthibarui mysehi* (s. *ischi*) quam vario et miro modo docti iudicaverint, non inutile erit scire: qua de re quae composuit Gildemeister tacere nolumus: "Petit: filias generavi (potius: concepi), robur meum. — Bochart: ex ductu eorum negotium meum. — Sappuhn: [ad] gaudendum in negotio meo. — Verbrugge: iuvenem meum, si virum meum. — Dorhout: [pro]pter res meas, heri. — Velthusen: [ob] quod transfretavi inde. — OGTychsen: [exe]quantur rem meam in salutem meam. — Bellermann: ex edictis illorum negotium meum. — Lindemann: [in] angustiis meis rite procedat opus meum. — Gesenius: iussu eorum desiderium meum, (vel:) cum desiderio eorum. — Wurm: quoniam de rebus meis est profectio mea. — Wex: pro rebus meis; utinam potestas fiat. — Idem: ex verbis eorum; desiderium meum est. — Idem: rite; respicite desideria mea. — Benary: e decreto vatum; desiderium meum. — Ewald: von Fehler frei und von Versehen. — Movers: kommend in diese Stadt und zu deren Bewohnern. — Hitzig: mein Finden Frömmigkeit und gestern (quod esse vult: nachgerade) gelinge es. — Meier: ohne Schaden, rein und ohne Unrath. — Iudas: rite desiderium meum. — Schroeder: gut; sehet, das ist mein Wunsch. — Derenbourg: [vers] le but pour lequel je suis venu. — Neubauer: by coming into the town and that I may find. — Rodwell: [that] so I may be spotles".

prorsus fere tales, quales nunc a novis editoribus denuo evocatus, ne promissis deesse videar, in hoc volumine exhibeo.

In animo erat ex eis, quae per tria iam saecula a doctis viris tentata sunt, probabiliora quaeque aut, cum tot scrupuli restarent, minus improbabilia seligere et si qua omnino tolerari non posse viderentur, mea qualicunque coniectura meliora facere.

Postulanda sunt, id quod saepius non observatum videmus, duo: alterum, ut quae enucleentur, sermonem praebeant simplicem naturalem, qualem comoedia requirit, verbis usitatis tantum compositum nec contortum fucatumve; alterum, ne quae arripiantur linguarum Semiticarum et imprimis Hebraicae analogiam in formarum et verborum usu positam nimis excedant. In hac re una tantum exceptio est: qui Punica scripsit, singula verba transtulit, eorum ordinis apud Semitas legitimi ratione non habita, sed latinam consuetudinem ubique secutus, unde factum est, ut praemitteretur accusativus v. 1. 2. 6. 7, a nomine suo disiungeretur genetivus v. 1, sententiae verbis finirentur v. 5. 8, inverterentur vocabula v. 1. 9. 10. Quod fieri vix potuit, nisi Plautus interprete usus est, qui Punicam linguam in quotidianum et forensem usum didicerat, at vocibus iuste struendis impar erat.

Sed ne hac quidem cautione adhibita fieri potest ut maiora assequamur, quam ut quodammodo loci Poenis restituendi umbram et imaginem nobis depingamus, nec plura exspectare licet. Causa est in ignoratione linguae Punicae, quae nobis in vitam revocanda est ex solo loco Plautino, cum inscriptiones ab hoc argumento satis alienae nec vocalium signis instructae parum adiuvent. Qua in re saepe ab una littera fortasse perperam scripta pendet interpretatio. At quis sibi persuadebit, in codicibus undecimi saeculi omnia ad nos pervenisse immutata? Altera ex parte eis, quae eidem codices praebent, astricti sumus, nec negari potest verba praeter exspectationem integra videri. Omnino tamen omnibus lectionis mutationibus nemo hucusque supersedere potuit, quae fere ubique ita comparatae sunt, ut ex scriptura minuscula explicari possint. Infra ea, in quibus alii coniectura a codicibus discedendum putarunt aut ipse putavi — utrumque septies octiesve factum est — litteris obliquis distincta sunt. In vocalibus fortasse

etiam alia emendanda essent, dummodo de sonis, qui apud Poenos fuerunt, plura constarent, quam quae ex nominibus propriis, imprimis eis quae inscriptiones bilingues praebent, colligi possunt. Non desunt quidem, qui rationem qua latine apud Plautum scriptae sunt (ut etiam alia, velut aspirationem consonarum) ad certas leges referri posse sibi persuaserunt, sed frustra, cum continuo exceptiones statuere coacti fuerint. Itaque quae in his librarii peccarint, perspici nequit. Eorum quoque irriti fuerunt conatus, qui ipsa Punica verba ad metrum revocare studuerunt. Poenorum linguam in nativis vocalibus deminuendis et omittendis Hebraicam aequasse, nisi superavit, apparet; qui apud illos numeros longarum et brevium syllabarum discrimine modificatos quaerit, idem facit ac qui olim similia apud Hebraeos tentarunt, quorum incepta iam dudum omnium consensu explosa sunt. Poetae artem interpres ita tantum imitatus est, ut versus eiusdem fere ambitus, qui senario responderet, quindecim aut sedecim syllabarum faceret; etiam hiatum plerumque vitavit. Nihil tamen impedit, quominus statuamus, histrionem in scaena verba arbitrario modo ad numerum iambicum accommodata recitasse. Hoc, non ipsorum Poenorum locutionem spectare videtur, quod Sisenna (Gramm. lat. VI 561 ed. K.) tradidit, in vocabulo *alonim* vocalem (puta primae syllabae) propter metrum producendam esse; apud Poenos ne brevis quidem vocalis, sed dimidia tantum audiebatur, quam productam pronuntiare nemo Poenus poterat.

Si igitur in versibus decem prioribus non improbabilia erui possunt, longe aliter res se habet in reliquis eisque multo magis depravatis et lectu in antiquissimo codice arduis et incertis. In his ea tantum verba vere intellegimus, quae in illis quoque inveniuntur; quae interiecta sunt, nemo adhuc ita restituit et explicavit, ut veri similitudinem quandam praeberent. Quod ne iniquius dictum videatur, uno exemplo utar. Quae v. 6 inter *fel* et *lifil* leguntur, valere volunt Movers, cui astipulantur Schroeder (huius verba sunt) et Hitzigius: du hast gethan *die Pflichten eines in aller Rechtschaffenheit wandelnden und (handelst immer so) wie es Schuldigkeit ist* zu handeln', quod mira arte eliciunt collatis vocabulis Hebraicis longe aliud spectantibus. At recte iam inde

a Bocharto interpretes viderunt, verba *fecit quod faciundum fuit* de obitu dicta esse; nam si loco patris filium anquirit Hanno, causa esse non potest patris probitas, sed mors. Negarunt quidem, quorum erat prae ceteris interpretibus latinae linguae peritiam affectare, Lindemannus et Wexius, Romanos unquam ita esse locutos: sed errarunt. Testes sunt inscriptiones sepulchrales eaeque antiquiores, ex quibus sat amplam exemplorum copiam congessit Buecheler (Mus. Rhen. nov. XXI 131. 132). Ad reipublicae aetatem referendi sunt iambi: *Noli dolere, mater, faciendum fuit, Properavit aetas, volvit hoc fatus meus*, qui deinde variati repetuntur: *faciendum hoc fuit; noli dolere, mater, factui meo;* alia vide ille loco. Neque ita latebram quaerere licet, ut dicatur, Plautum quidem de obitu loqui, hominem autem, quo adiutore usus esset, latina vocabula perperam reddidisse. Sequitur potius fieri non posse quin illa Punica verba prorsus false explanata sint. Ex hac verborum inter utrumque carmen discrepantia sat grandi colligendum est, alteram formam ad aliam fabulae recensionem pertinuisse et fortasse etiam aliud carmen latinum paulo diversum comitem habuisse.

Nec meliora promittunt scaenae secunda et tertia, in quibus deficiunt latina quae respondeant: pro his auxilium exspectari posset e diverbii contextu; ac revera sunt vocabula nonnulla, quae statim agnoscuntur, ut *rufe* medicus, alia. Sed reliqua, quae maximam partem detorquet scurra, vel magis obscura manent neque cuiquam contigit, ut sub plerisque aptam subiceret sententiam. Etiam hic unum, de quo iudicetur, exemplum propono. Vocabula duo, quibus Hanno salutanti Milphioni respondet — recentissimos tres eosque linguarum semiticarum peritissimos eligo — Ewaldus, cui Schroeder se adiunxit, vult significare: *gratiam per te*, Moversius: *quae est ista confusio tua*, Hitzigius: *post adventum tuum*. In omnia alia discedunt, sed cum quonam inter haec melius quadret Milphionis responsum: *istuc tibi sit potius quam mihi* nemo facile dixerit. Nec melius reliqua constituta sunt.

Quae cum ita sint, non improbabitur, spero, quod inde a v. 11 omni conatu Punica redintegrata exhibendi abstinere nec ubi certiora postulantur opinionum commentis locum

dare maluerim. Non enim potui a me impetrare, ut in chartam conicerem, quibus ipse non adiungerem fidem, nec ceteris omissis pauca illa, quae perspici possunt, disiuncta a conexis proponere utile existimavi. Satius visum est ibi tantum, ubi probabiliora afferri possunt, monstrare, quomodo fere Punica se habuerint.

Ampliori commentario, sine quo talia doctorum hominum arbitria proponere vix licet, pro ratione huius editionis locus non est. At meum esse putavi brevissime indicare, cui inventori debeantur, quae praetulerim, id quod ita institui, ut inter lunulas praemitterem eorum nomina, quibus primis idem vocabulum nec tamen eadem vocabuli forma in mentem venit. Pauca tamen adieci, quibus quae sentiam de nonnullis locis minus certis significarem".

Miram fortunam haec fabula passa est quippe cuius tot sint vestigia duplicis recensionis, ut fieri non possit quin cupide exspectemus diversas quas nunc adhibere quidam volunt huius generis expediendi rationes.*) Verum tamen praestare putavimus, omnia quae de hac re adnotanda viderentur apparatui inserere; in ipso contextu nihil mutavimus, nisi quod paucis quibusdam locis diasceues reliquias sententiarum nexum prorsus turbantes uncinis rotundis inclusimus: uncinos quadratos ad interpolationis varia genera pertinere voluimus. Retractationis insigne documentum etiam v. 350—400 exhibent, de quibus similiter iudicamus atque Schuethius 'de Poen. Plaut. quaestiones criticae' (ed. Bonnae a. 1883): quo libello in altera tantum fabulae parte uti potuimus. Idem dicendum de Langrehrii libello scholastico eodem anno edito, quo 'de Plauti Poenulo' disputavit. Ussingii denique editionem inde a v. 389 consuluimus, partim plagulis inserentes quae inveneramus, partim schedis typothetae tradendis. His autem libris dum plagulas corrigimus editis effectum est ut abiceremus consilium quod initio ceperamus totam retrcctationis quaestionem paucis persequi: ampliorem nunc quidem fore disputandi materiem quam pro praefationis ambitu facile perspeximus. Itaque satis duximus lectorem de illis

*) Spectat huc res quam Goetzius persecutus est in indice lect. aest. lenensi a. 1883: quae commentatio eo tempore quo primae plagulae typis describebantur nondum scripta erat.

bris commonuisse. Ac ne alias coniecturas quidem quae nterim prolatae sunt hoc loco ut adderemus a nobis impetrare potuimus.

De personarum nominibus pauca dicenda sunt. Antamoenidis nomen rectissime restituit Ritschelius: Plauti temporibus Antamunides fuisse probabile est: cf. Opusc. philol. vol. III p. 346. Eiusdem Ritschelii auctoritate moti Anterastylis nomen retinuimus: cf. tamen Koenig, de nom. propr. p. 23, Franckenum Mnem. vol. IV (a. 1876) p. 155, Ussingium praef. p. 293. Idem denique Ritschelius Collabiscus nomen optime munivit l. s. s. p. 345. Casu factum est quod nutricis nomen in personarum indice tale remansit quale in prioribus editionibus est. Voluimus enim illud *Giddeni Giddenīnis* esse, ratione habita et eorum quae Mueller Nachtr. p. 110 adnotavit et librorum ipsorum scripturae, qui his locis nomen servaverunt: v. 898 GIDDENI*(vel* E*)*NE*(vel* I*)*M *A: om. BCD*; v. 1119 FORASG*(vel* C*)*IDDE*(vel* I*)*NI*(min. prob.* E*)*NI*(min. prob.* E*)*MEST *A:* Foras giddeneme est *BCD*; v. 1130 giddeninem *B*, G . . . E*(vel* I*)*NI*(min. prob.* E*)*NE*(vel* I*)*M*(dubia) A*, giddenimem *C*, giddenimen *D*; Actus V 3 titulus G*(vel* C*)*IDDE *(vel* I*)*NIS *A*, GITDIS D^3, Ciddis *B: om.* CD^1. Cum his cf. quae Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 136 sq. exposuit. De graecis in B personarum notis in singularum scaenarum initiis quae opus sunt diximus: illae notae pertinent a v. 470 usque ad v. 1192. De personarum compendiis latinis accuratius agere nolumus.

Versuum discriptionem ubi a libris discedit saepius in apparatu commemoravimus. Nequid desit, reliqua hoc loco addimus. Codex vetus igitur initia discrepantia praeter ea quae in ipsa adnotatione commemoravimus haec praebet:

140. *Adamans — Haud — Item — Si — Si — Ego ne — Mi — Cur ego — Adego — Lenonis — Differor — Vintu — Vindare Vtrumque — Vintu — Cupio — Trecenti — Quidiis — Dabo — T — Intellego — Et dabitur — Se amare — Vbi — Celabit — Ill Duplitibi — Neque — Addicet — Immo — Ego in — Scio — primum — Abeamus — Quamquam — Faciam — Sine dam Itaque — Quoi — Quam ego — Sed — Hucc — Sed — Si Emamores — Quom hoc —* 230. *Postremo — Neque umqu* 262. *Taceo — Eho amabo — Maneat pol — Prosedas —* 278 *equidem — Heus Milphio —* 301. *Bono me — Aurum — Bon nam —* 308. *Eho tu — Possum — Quia iam —* 317. *Nimia —*

— *Quae habent* — *Priusquam* — *Sacruficare* — *Ita sunt* — *Edepol* — *Nihil nisi* — *Ec quid* — *Nam quidem* — *Age sis* — *Primum prima* — *Salue extra* — *Quote* — *Eho an* — *Quid mihi* — *Scio* — 352. *Quid igo* — Verba *Quid me uis* versui 284 adhaerent — 403. *Verum* — *Non sum* — *Mox* — *Adque audin* — *Atque hoc* — *Respexit* — 412. *Quid iam* — *Quid nunc* — 418. *Perque* — *Em* — *Fac* — *Peracile* — *Iam* — *Fugio* — *Ego ne* — *Vt non* — *Emittam* — *Quanum* — *Abiturus ne* — *Neque stellę* — *Neque hercle* — 469. *Qui hanc* — *Ita ut* — *Quo sexaginta* — *E uolaticorum* — *An obsecro* — *Quonodo* — *Fundasque* — *Scitis* (v. 547) — 560. *Isque* — *Vbi is* — *Meninistis* — *Id dublicabit* — *Adeam* — *Vix* — *Hoc* — *Bene* — *Optime* — 621. *Aetolici* — *Et quan quam* — *Fortunati* — *Istic* — 700. *Ibi te* — *Ibi ut* — 768. *Ha ha* — *Peregrinum* — 1131. *Nouis et* — *Quid ibi* — *Aphrodisia* — *Ora tum* — *Pol* — *Eho* — *Ita* — 1149. *Sed quis* — *Ego* — *Abeo* — 1157. *Pac tam* — *Spondes ne* — *Mihi patrue* — *Nunc* — *Iam dudum* — *Quid si* — *Praeterbit* — *Magne* — *Restitue* — *Ego* — *Haecine* — *Scin* — *Opinor* — 1179. *Arabius* — *Complebat* — *Festus* — *Que ad* — *Attinuit* — *Neque ab* — *Malim* — *Spero* — *Vt pol* — *Eo sumus* — 1191. *Omnia* — *Tace* — *Ne lacruma* — *Sicut* — 1195. *Si tibi* — *O patrue* — *Quid est* — *At enim* — *Quid est* — *Ingenium* — 1382. *Quis hic* — *In seruitute* — *est* # *Bellum* — *Te esse* — *Qui norunt* — *Et hunc*

Haec autem C:

10. *Nimia est* — *Incedere* — *Situum* — *Nam* — *Vt mercedem* — *Scortum* — *Aut uirge* — *Ducat* — *Animo* — *Liberis* — *Domum* — *Et loris* — *Pueros* — *Afferant* — *Hic quasi* — *Lanoru* — *Conferant* — *Curatores* — *Niue* — *Bonis* — *Inpopinam* — *Nunc dum* — *Imperio* — *Ad argumentum* — *Siti signa rures* — *Ei rei* — *Comediais inodiosi* — *Carchedonius* — *Nomen* — *Hic censebitur* — *Vos* — *Patrueles* — *Viuit* — *Quia mihi* — *mortuus est* — *Puer* — *Quam* — *Conicitur* — *Fratrem* — *Ille* — *Hic diuiti* — *Emit* — *Adoptat* — *Is illic* — *Carthaginem* — *Qui dederit* — *Sed illi* — *Altera quinquennis* — *A magaribus* — *A somnis* — *Est homo* — *Vos met* — *Cui lico* — *Huc* — *Is inillis* — *Efflictum* — *Neque eam* — *Quo mea* — *Volut* — *Illam* — *Qui illam* — *Marite* — *Ingressus* — *Dat* — *Captaneant* — *Ita* — *Sed* — *Is heri* — *Idem huic* — *Ducite* — *Oblitus* — *Filio* — *Veniet* — *Quidem* — *Hic qui* — *Filium* — *Quod* — *Vt uos*

epe — *Inopiosas* — *Mihi deberi* — *tempus* — *Quod* — *Nunc* — *Contriuisti* — *Ignoscere* — *Et nunc* — *Ob* — *Sitibi* — *Auctor* — *Dissolutus* — *Quin* — *Immo* — *Apud* — *Sentiunt* — *Lenonis* — *Istuc* — *Illius* — *Dare* — *Dic* — *Em* — *Locare* — *Tuam* — *Facias* — *Satis* — *Tibi* — *Iam* — *Nouit* — *Nescio* — *Vt ad* — *Se amare* — *Preberier* — *Accipiet* — *Placet* — *Queri* — *Duplici* — *Habet* — *Ita* — *Immo* — *Rudest* — *Aphrodisia* — *Munditiis* — *Abeamus* — *Fallatiam* — *Tibi* — *Huic* — *Itaque* — *Ballistast* — *Sed* — *Erum* — *Siuis* — *Em* — *Cum hoc*

egotii — *Nam* — *Neque* — *Sacietas* — *Ab aurora* — *Ex* — *Lauari* — *Et una* — *Eae* — *Operam* — *Apagesis* — *Maxumo* — *Diesque* — *Postremo* — *Neque umquam* — *Nam* — *Miror* — *Et faceta* — *Vix* — *Tamen* — *Nimia* — *Soror* — *Esse* — *Aqua* — *Non uelis* — *In-*

sulse — Coqua est — Vt maceret — Sat — Quiesco — Omnia — Diem — Dignum — Ec quid — Cado — Vt ego — Amem — Taceo — Quid — Veneris — Turba est — Proseda — Miseras — Quę tibi — Quas adeo — Domum — L in malam — Pro pidium — Et monstrum — Quo uis — Dii — Quid — Qui haec — Hanc — Milphio heus — At ego — Haec didici — Tetigeris — Quibus — Aspicio — Immo — Nam pro — 295. I in — Perpetuo — 323. At ego — Quid — Splendent — Cedo — Tractes — Qua de — Veneris — Non — Prius — Sacruficare — Ita — Milphio — Obsecro — Sisumam — Ec quid — Minime — Addecet — Sequere — Adeas — Salue — Et oleum — Veneris — Propitia — Quid mihi — Quid — Ego — Spectandam — Meretricius — Inuendibili — Facile — Quid ais — Quo die — Nescio — 355. Iam hercle — Quam — Faciam — 361. Libcraret — Neque usquam — Ita — Eo quid — Mea amoenitas — Sauium — Mene — Iubeo — Suscensere — Pro te — 379. Male — Amabo — Trioboli — Em uolumptatem — Salutem — Iam — Eo quid — Ergo — Voluptas — Lingua — Mastigia — Omnia — Obsecro — Mamiiiata — Mea me — Potest — 401. Aliquid — Nam — Noxiam — Da ergo — I ergo — Veneri — Atque — Respice

uid — Auctionem — Hasce — Habitas — Trecentos — Nunc — Leuam — Perque — Disce (Milphi Disce) — Mihi — Adduce — Et sicophantis — Fugio — Egone — Ego te — Non hercle — Acherunt est — Aqua in — Pergin — Neque hoc — Opus si — Neque hercle — Dicam — Vide — Egomet — Opus — Abtit — Moram — Me oboedientem

i illum — umquam — Sacruficauerit — Scx — Facere — Iratus — Non bona — Eo — Quod sat — Sic me — Mage — Condigne — Portendi — Quid ei — Argenti — Miles — Sed ec cum — Lenuite — Vno — Hominum — Sunt — Quo mo do — Fundasque — Ne ad — Peri uras — Globos — Verba — Accidebant — Per — Vmquam — Sacruficem — Credo — Exta — Nihil — Elidam — Malam — Tum tu — Meretricem — Omnis — Decretum est — Sequor

ta me — 507. Tardiores — Equidem — Aetati — Procos — Ite audite — Homini — Succretu est — Et pauperes — Audacter — Sumus — Dedimus — Nos — Censeas — Ire — Placida — Properabas — Netu opinere — Me in — Gradu — Si (Podagrosi) — Quo curratur — Vsque — Sed tamen — 550. Omnia — Nunc causa — Docere — Scimus — Vna — Igitur — Itane — Quomodo — Deferret — Peregrinum — Seruum — Seruastis — Id duplicabit — Nos esse — Ita — Agendum — Te aduocatus — Optime — Femina — At oculos — Quod dixi — Iniuste — Callemus — Tenetis

iam tenes — 582. Probus — Tot quidem — 586. Hodie — Si nihil — Vos — Et bene — 596. Vt sciamus — Aurum est — Pingues — Agin dam — Sed ita — Scilicet — Oraueris — Voluptarium — Eu edepol — Porro — Mecum — Obiciatur — Habeamus — Mortales — St tace — Modo — Perduint — Faciunt — Illic — Malus est

am istuc — Commodos — Mulieres — Huc — Et ille — Aetolici — Inuiti — Fortunati — Sitaturam — Vt — Deueniat — Ego — Vos certum est — Si male — Si periculum — Scies — Male facias — Attinet — Quamquam — Siquid — Nec ferimus — Credo — Hunc

— *Istuc* — *Cum reda* — *Inplagas* — *Quidem* — *Istum* — *Salutat* — *Insicophantiam* — *Ait* — *Preberier* — *Tu si* — *Aurum* — *Locum* — *Nequis* — *Vtquidem* — *Quoniam* — *Optume* — *Precipitis* — *Quo accurres* — *Rex* — *Quidem* — *Adme* — *Decet* — *Nos tibi* — *Capere* — *Hospites* — *Illic* — *Vellem* — *Bonam* — *Quorsum* — *Hospes* — *Dident* — *Querito* — *Minime* — *Adueniens* — *Vbi ego* — *Edepol* — *Pati* — *Complexum* — *Leucadio* — *Inriges* — *Quid* — *Vngentarium* — *Quid ita* — *Accipere* — *Duc ergo* — *Huc agor.* — *Heus* — *Vtute*

uidest — *aurum* — *numerati* — *Hinc* — *Prodigium* — *Age* — *Narrato* — *Abduc* — *Estis* — *Esto* — *Eum* — *Populi* — *Commeminisse* — *Meminimus* — *Si pultem* — *Leno* — *Quippini* — *Ibi* — *Nummis* — *Queritari* — *Iuratus* — *Id quidem* — *Quippini* — *Ibo* — *Est nam* — *Lycum* — *Ne nos*

uspendant — *Quodloquantur* — *Malum* — *Rem* — *Magis* — *Euenit* — *Valeant* — *Postulatum* — *Adelphasium* — *Calidum* — *Quia* — *Seruum* — *Factum* — *Ita* — *Me* — *Mementote* — *Ha ha he* — *Conciliauerunt* — *Crebro (Cerebrum)* — *Nunc* — *Adlegauerunt* — *Esse* — *Adque* — *Negasne* — *Siquid* — *Quem tibi* — *Modo detulit* — *Ve* — *Age* — *Furos* — *Abhoc* — *Consulto* — *Dubito* — *Adpretorem* — *Qui si* — *Amicos* — *Censeant*

agtu — *Estne* — *Quid* — *Vtinam* — *Cras* — *Abscedas* — *Factus* — *Dormitat* — *Factum* — *Cras* — *Intro* — *Nostros* — *Siquid* — *Plumbeas* — *Quando* — *Vtperderemus*

xspecto — *Lenonem* — *Is me* — *Seruire* — *Attat* — *Habeat*

atis — 833. *Verberatum* — *Omnia* — *Tenebre* — *Ibi* — *Cubitum* — *Omnia* — *Illi* — *Etautem* — *Fieri* — *Seruos* — *Male disperit* — *Frugi* — *Nunc* — *Erus* — *Lepidam* — *Venerem* — *Nunc* — *Vocat* — *Onere* — *Vbi uoles* — *Operam* — *Tu corium* — *Malus sum* — *At tu* — *Saluos* — *Quem nam* — *Quem ament* — *Lepidū* — *Manu festo* — *refero* — *Me* — *Meum erum* — *Idest* — *Memorandum* — *Quo dedis* — *Gratiis* — *Vt ego* — *Sine* — *Nolito* — *Erunt* — *Verum* — *Quidiam* — *Tacitus* — *Animum* — *Crede* — *Scintu* — *Propter* — *Doctum* — *Meus* — *Siquid* — *Metuo* — *Pari lem* — *Mortali* — *Numquam* — *Nisi* — *Id esse* — *Sed tu* — *Loquere* — *Volet* — *Facile* — *Quia* — *Eodem* — *Quia* — *Duo deuiginti* — *Duo deuiginti* — *Etille* — *Alebat* — *Nam* — *Sex ennis* — *Cum hic* — *Omnia* — *Liberali* — *Rediget* — *Calcem* — *Hunc* — *Ita* — *Vttibi* — *Cura* — *Atenim* — 925. *Id negotium* — *Consulendum* — *Inseruiendum est* — *Qui* — *Nunc*

950. *Deos* — *Huc* — *Repperire* — *Et fratris* — *Eum fecisse* — *Hic* — *Mecum* — *Hos*

intu — *Surrupticias* — *Eas* — *Popularis* — *Pro* — *Hominum* — *Vt mihi* — *Testis* — *Quin tu insistis* — *Incipere* — *Illec* — *Circumductus* — *Seruos* — *Viden* — *Non* — *Auribus* — *Punice pergam* — *Quid* — *Nam* — *Pro* — *Perire* — *Ais* — *Hunc* — *Est denus* — *Quid uelit* — *Sit ne* — *Annon* — *Hannonem* — *uo* — *Nescio* — *Auo* — *Istuc* — *Buccam* — *Esse nolo* — *Sic* — *Opus* — *Aut quid* — *Muiulechianna* — *Inpompam* — *Quid nunc* — *Nunc orat* — *Is sam* — *Milphio* — *Quidem* — *Nequid* — *Muphonnium* — 1030. *Seruum* — *Peregrinum* — *Hominem* — *Captatum* — *Maledicta* — *Huic* —

Cartagini — Saluc — Dic — Verum — Quero — Ec quem — Si quidem — Tu quaeris — Me esse — Agedum — Hospes — Ergo — Hospitium — Di — Cartagini — Surruptus — Me — Sed — Parentum — Memorandum — Amsigura — Matrem — Quod — Pater — Cum suum — Sed si — Ludenti — Audi atque — Item — Bene — Paterna — Que — Suam — Et si — Festiuum — Tua est — Vt uoles — Inimico — Huius — Sapienter — Ei — Efflictim — Amatio — Hic illi — Consilium — Filias — Manu — Impellegis — Cum — Assimulas — Vellem — Est olli dum — Facilius — Sed — Haud — Venusta — Formam — Videre Meae — Heus — Qui illam

uis — Mouistin — Ego — Mearum — Ecce — Perduxit — Insperastis-sume — Mirari — Ancillam — Apud — Aphrodisia — Sibi — Adest — Tua — Tempore — Indignum — Bene — Quidilli — Hęc autem — Que ea — Tu — Fac — Doctissime — Patruo — Ego — Codicem — Audin — Despondeas — Spondeo — Nunc — Tuas — Quid — p̃ biterta — Ego — Ipsas — Scin — Opinor — Et seuerum — Pol — Intro

uit — 1179. *Arabius — Sordere — clientarum — Certo — Pacisque — Habitę — Aliis — Vtpol* — 1191. *Omnia — Tace — Soror — Puchritudine — Videre — O patrue — Gnate quiduis — Istuc — Vtsapit* — 1203. *Multa — Placent — Inextis — Dixit — Domino — Faxint — Patruclis — Soror — Clamabas — Vult — Amicus — Mea — Amittia — Multa — Gaudio — Libertatique — Ita me — Illam — Verba — Certo — Hercle — Sitiunt — Inlisos — Hanc — Iam — Ite — Te — Quidem — Moramini — Quid — Etiam — Dato — Canem — Quid nos — Vos — Rogato — Atque* — 1245. *Et predicabo — Huius — Surruptas — Quin — Sit — Mulieres — Euenire — Eas — Decorantque — Huiusce — Ita di — Nobis — Ambę — Post ea — Hac — Credatis — Apud — Mihi — Littera — Brachialem — Tandem — Cur — Nihil — Vobis — Adfecistis — Mi — Habeas — Et dotis*

icgo — Me — Adduxit — Vbi — Parte — Tetigero — Sed — Iam pol — Ita — Cortinam — Voluptas — Auferat — Ego — Sed — 1304. *Sed — Dico — Adulescens — Digito — Ligula — Aut — Sementium — Alu ulpicique — Malę — Cur non — Esse — Iste istinc — Dixi — Anto monedes — Noster — Ita — Siquidem — Obtigit — Credo — Eccum — Est et — Auri — Intus — Iniuriarum*

ecipitur — Narrat — Vt me — Obsecro — Voco — Ingenuasque — Iam — Istas — Inluseas — Proferto — Multis — Minimam — Colorem — Numquid — Mulieres — Haud — Arabonem — Haud — Pretore — Trecentos — Tantisper — Sequere — Huius — Malum — Condimentum

am — Memirere — Suas — Tetigit — Carthaginenses — Semper — Ve — Qui — At — Nouelle — Auri — Rapacem — Quinorunt — Et hunc — Vt bonos — Iam — Eas — Reddam — Nihil — Egomet — Heus — Vtinam — Di — Aurum — Quid — Si — Quantum — Nipater — Ausculta — Hoc age — Non — Leno — Iam — Siquid — Iduti — Ita — Leno — Vin — Nescias — Dabo — Facto — Vero — Nam — Dum — Faciam

Cum C autem prorsus consentit D, a leviusculis quibusdam rebus si discesseris, quas adnotare taedet.

Restat ut addamus quae corrigenda vel supplenda esse videntur.*)

De prologo cf. praeter eos quos commemoravimus cf. Martins, Quaest. Pl., ed. Halis a. 1879 p. 12 sq.; Schuethii et Langrehrii libelli supra commemorati.

In Prologi v. 43 veteris codicis scripturam *scribilitae* ab editoribus non paucis olim receptam nunc improbare solent. Quod contra nos probam veramque eandem esse censemus. Tot enim testimoniorum libro illi optimo accedit auctoritas, ut librariorum merum vel errorem vel usum vulgarem agnoscere vix possimus. En habes, quae collegimus:

Afranii v. 161 sq. (p. 184 sq. ed. Ribb.^{2}): *pistóri nubat? cúr non scriblitário, Vt míttat frátris fílio lucínculos?* Nonii, qui versus attulit, codd. W et Parisiensis P *scribilitario*, quod recipiendum cum L. Muellero de re m. p. 359.

Martialis III 17, 1: *circumlata diu mensis scriblita secundis***) *Urebat nimio saeua calore manus.* Ibi antiqui codices paene omnes *scribitita = scribilita*, cum alterius familiae memoria (cf. Schneidewinus Anal. p. 699) sit *inscripta.*

Petronius c. 35 (p. 38, 1 Buech. ed. maior.):
sciribillita cod. Traguriensis.
Idem c. 66 p. 78, 19 *sciribilita* idem.
ibidem 20 *sciribilita* idem.

Videtur etiam e glossariis simile quid peti posse. In ex-

---

*) Nullis machinis efficere potui, ut erratis prorsus vacaret Stichi quae nuper prodiit editio. Leviusculos errores, qui legentes non impediunt, corrigere nolo: graviora quaedam quae et ipse inveni et alii investigaverunt hoc loco emendanda esse censui. V. 311 adn. ante ANPEDES *et* intercidit; neque enim desunt verba *an cubiti*; v. 440 adn. scribe: *Sic A, nisi quod* AUṬ *et* ḮBOATQ:; v. 62 A habet QUICQ:; v. 418 pro *reliqui cum A* lege *reliqui praeter A*; A enim HASCE recte habet; v. 587 in B codicis lectione *mihi* post *egomet* errore omissum est; v. 192 scr. *cẹnassit CD*, non *BD*; 639 *intus mihi iam FZ*, non *DFZ*. Haec omnia facile corrigi potuerunt. Multo magis doleo quod p. X praefationis *διασκευάσεως* formam reliqui, quamvis ipse Ritschelius in praef. Pseuduli correxisset. Horum igitur erratorum veniam peto, nec indignabor, si ab aliis castigabor. G. G.

**) Inter mensae secundae bellaria scriblitam vel scribilitum (cf. infra) exhibent glossaria bilinguia.

cerptis enim Stephani (p. 275, 10 ed. Vulcan.) inter bellaria exstat *subitillus*: *ἔνθυτος*, ubi scribendum putamus *scribilitus*: *ἔγχυτος* collatis Philoxeno p. 193, 58 *scriblita*: *ἔγχυτον, πλακοῦς* et Boucherii (Notices et Extr. 23, 2 p. 411) glossa *ἐγχυτους sibitillus*. Ceterum idem lemma alii codicis tradunt *siuitillus* (Amplonianus Loewii) et *simitillus* (Leidensis a Boucherio excitatus). Quam glossam etiamsi obscuriorem esse facile quispiam concesserit, reliquorum tamen locorum consensus facit ut de forma non dubitemus. At numeris repudiari eandem dicit Ribbeckius ad Afranii fragmentum. Repudiatur sane, si *i* primam productam esse statuimus: at quis quaeso ostendit verum esse Turnebi veriloquium Adv. XXIII 10: '*scriblita* ex eo fortasse appellata est, quod qui eam fingit tanquam scribit: aut quod esset notis quibusdam signata et tanquam scripta videretur'? Etymon cum ignoretur ex poetarum, ubi tradita est vox, omnium codicibus optimis concludimus *scrĭbĭlīta* formam, quae metro nusquam repugnat, praeter contractam *scrĭblīta* in usu fuisse.

Testimoniis adde hoc: V. 349. Festus Pauli in media glossarum Plautinarum serie p. 28, 14 hanc exhibet: *amiculum genus est uestimenti, a circumiectu dictum*, quae aut ad Cistell. I 1, 117 (*amiculum hoc sustolle saltem*) aut ad hunc locum spectare videtur.

V. 53 sq. tales esse vult Schoellius noster exempli causa:

Carchédonius uocatur haec comoedia
Graecé: Menander scripsit, postid Poenulum
Latíne Plautus fecit Pultiphagonides.

V. 191 idem *sat* ante *scio* inserit. 274 idem *Quoius ego ocno nebulae*. V. 496 revocanda est librorum scriptura: *Malam crucem ibo*. V. 824 *Quoi homini erust monstri consimilis* Schoellius. V. 835 *quasi in popina bibitur estur, hau secus* idem. V. 1075 *Apprende si audes* idem. V. 1248:

Vbi sunt eae aut quas ⟨obsecro turbas litesque concis?
Heu edepol, quam miserae sumus.⟩ Satis e. q. s.

idem. V. 1265 *primulum me gnouit* idem. V. 1295 *hoc hodie* idem. V. 1337 ad *induci* confert Schoellius *inductores* Asinariae v. 551. Denique v. 1130 comma delendum.

Dabamus Ienae et Gottingae mens. Dec. a. 1883.

G. G. G. L.

T · MACCI · PLAVTI

P O E N V L V S

(PATRVOS)

GRAECA · CARCHEDONIOS

PERSONAE

AGORASTOCLES ADVLESCENS
MILPHIO SERVOS
ADELPHASIVM MERETRIX
ANTERASTYLIS MERETRIX
LYCVS LENO
ANTAMOENIDES MILES
ADVOCATI
COLLABISCVS VILICVS
SYNCERASTVS SERVOS
HANNO POENVS
GIDDENEME NVTRIX
PVER

PROLOGVS

Achíllem Aristarchi míhi commentarí lubet:
Inde míhi principium cápiam ex ea tragoédia.
'Siléteque et tacéte atque animum aduórtite:
Audíre iubet uos ímperator' hístricus,
(Bonóque ut animo sédeant in subsélliis,
Et qui ésurientes ét qui saturi uénerint.
Qui edístis, multo fécistis sapiéntius:
Qui nón edistis, sáturi fite fábulis.
Nam quoí paratumst quód edit, nostra grátia
Nimiást stultitia séssum inpransum incédere.)

Prologum Poenuli 'a balbutiente potius quam latine loquente homine scriptum' aliqua ex parte disceptavit Ritschelius Parerg. Plaut. p. 204 sqq., 'Plautinum etsi non Plauti' Lipsius dicit de amphith. c. 15: priorem partem imitatori tribuit Liebigius de prol. Ter. et Plaut. p. 36: sannione dignissimum et Plauto recentiorem dicit Franckenus Mnemos. vol. IV (a. 1876) p. 174 De explicandis v. 1—45 cf. Benndorfius Diurn. gymnas. austr. vol. 26 (a. 1875) p. 1—29, 33 sq., Sommerbrodtius Mus. Rhen. vol. 31 (a. 1876) p. 129—131 1. Prologus *om. C, uno v. vacuo* chillem *cum spat. init. C* Achille mar istarchi *B.* Achilem Aristarchi *Muretus Var. lect. XVII 14* mihi imitari *Mureti alterum 'vet. exemplar'* 2. *Versum delet Guyetus* Indemihi *D* eat ragoedia *B* 3. *Enni verba hic et v. 11 insigniverunt Ribbeckius Trag. lat. rel.*[3] *p. 16 et Vahlenus Enn. poesis reliqu. p. 94* Silete que *B* 4. Audireiubet *D* lubet *B* uos iubet *Guyetus* hystricus *BCD (y planiorem reddidit D*[4]*)* *V. 5—10, quos post v. 16 collocat Geppertus, alius esse recensionis videntur: cf. Hasperus de Poen. dupl. exitu p. 304 (28)* 5. Bono que *B* sedeate *BC.* sedea///te, q' *er., D* insubselliis *C* 6. Etqui esurientes *D*[4]. Et qui esu plentes *C.* Etquiesuplentes *D*[1]. Etquie suplentes *B* qui *B, Pylades. om. reliqui* 7. edisti *B* sapiencius *B* 8. saturifice *(ri s. v.) B* fitefabulis *D* *Lusum verborum quaerit in* saturi — fabulis *Loewius Anal. Pl. p. 206* 9. Num *B* cui *libri* paratum st quod edit *D*[4]. paratum si quo dedit *D*[1]. paratum si quo dedit *BC.* paratum si quod edat *Z.* paratum est quod edat *F'* gracia *B* 10. nimia *(alt. i planiorem redd. D*[4]*)* est *libri* stulticia *B.* stultia *CD* sesum *C* īprasum *C* cedere *Scaliger*

'Exsúrge, praeco, fác populo audiéntiam'.
Iam dúdum exspecto, sí tuom officiúm scias.
Exérce uocem, quám per uiuisque ét colis:
Nam nísi clamabis, tácitum te obrepét fames.
Age núnc reside, dúplicem ut mercedém feras.
Bonum fáctumst, edicta út bene seruetís mea.
Scortum éxoletum né quod in proscaénio
Sedeát, neu lictor uérbum aut uirgae mútttiant,
Neu díssignator praéter os obámbulet,
Neu séssum ducat, dum hístrio in scaená siet.
Diu quí domi otiósi dormierúnt, decet
Animo aéquo nunc stent uél dormire témperent.
Seruí ne obsideant, líberis ut sít locus,
Vel aés pro capite dént. si id facere nón queunt,
Domum ábeant, uitent áncipiti infortúnio:
Ne et híc uarientur uírgis et lorís domi,

---

11. Exurge *C*. Exur ge *D* preco *BC* poplo *H. Stephanus* audienciam *B* 12. Iamdudum *D* expecto *C* si *(*situum *BC)* tuum *libri* officium *(prior* f *s. v.) D* 13. per uiuis que et *C*. peruiuisque et *B*. per *(s. v.)* uiuisque et *D*. peruiuis et *F* (per uiuis) *Z* cluis *Scaliger, Loewius Anal. Pl. p. 206.* uales *Geppertus* 14. Num *B* clamabis tacitum *Turnebus Advers. XIX 12, Scaliger.* clamabista titum *B*. clamabis statim *reliqui Versum delet Loewius Anal. Pl. p. 206* 15. utmercedem *B* 16. factum est *Pylades.* factum esse *libri.* hercle factum *Geppertus* bene *Ritschelius. om. libri* utseruetis *B* seruitis *ante corr. C.* serues *F* 17. ex oletum *B* neqd in *F, Ritschelius Parerg. p. 211.* nequa pro *vel* nequa sub *idem ibidem.* ne quis in *BDZ* (nequis), *constructum ab Acidalio cum* Scortum exoletum *genetivis.* neque in *C.* ne quasi in *Geppertus* proscęnio *C* (inp-) *D.* proscenio *FZ De explicando v. cf. Benndorfius et Sommerbrodtius l. s. s.: praeterea anonymus Philol. ind. vol. 8 (a. 1877) p. 149 sq., A. Muellerus Philol. vol. 35 (a. 1876) p. 315 sqq.* 18. neu lictor *Camerarius.* neue lictor D^4F. niue lictor *C.* ni ue lictor *BZ.* niuelictor D^1 uerbo aut uirga mutiat *Acidalius: cui obsequeremur nisi aspera et insolita hic prologus tot alia prae se ferret* uirge *CD* mutiant *F* 19. dissignator *DFZ, Lipsius Ant. lect. II 19.* dis signator *B.* designator *C, Pylades* praeter os obambulet *D, Turnebus Advers. XIX 12* praeter os *ex membranis, Scioppius Susp. lect. I 15.* preterosobambulet *B*. preter os *(*s *ex* b*)* ob ambulet *C.* pręteriens obambulet *F* (pre-) *Z* 20. duīn^{cat} dum *C* scena *libri* 21. otiosi domi qui dormierunt *Muellerus Pros. Pl. p. 171.* otiosi domi dormiuerunt *Geppertus* otio si *B*. ociosi *DFZ* 22. Aequo animo *Ritschelius dubitanter* nunc sient *F, Weisius* uel *deleto.* stent nunc *Ritschelius* uel] et *Lambinus* dormiẹn temperent *(sub priore* t *punctum er.) C* 23. Seruine *C* 24. procapite *C* 25. abeant *m. 4 ex* habeant *D*

Si minus curassint, quóm eri reueniánt domum.
Nutríces pueros ínfantis minútulos
Domí procurent néue spectatum ádferant:
Ne et ípsae sitiant ét pueri peritént fame,
Neue ésurientes híc quasi haedi obuágiant.
Matrónae tacitae spéctent, tacitae rídeant:
Canóra hic uoce suá tinnire témperent,
Domúm sermones fábulandi cónferant:
Ne et híc uiris sint ét domi moléstiae.
Quodque ád ludorum cúratores áttinet,
Ne pálma detur quoíquam artifici iniúria,
Neue ámbitionis caúsa extrudantúr foras,
Quo déteriores ánteponantúr bonis.
Et hóc quoque etiam, quód paene oblitús fui:
Dum lúdi fiunt, ín popinam, pédisequi,
Inrúptionem fácite: nunc dum occásiost,
Nunc dúm scribilitae aestu aéstuant, occúrrite.

---

27. *Versum delet Guyetus* curasint *D.* cura sint *BC* cum heri reueniant *Bothius.* quom eri ueniant *B.* cum eri ueniant *CD et, nisi quod* heri, *Z.* tum reueniant *F.* cum ueniant heri *Pylades.* quando heri ueniant *Bothius olim* 28. minutulos BD^4. minitulos CD^1. miniculos *Z.* minutilos *F* 29. procurent *Pylades.* ut procurent *libri* neue *Pylades.* neuque *CFZ.* neu que *D.* neu quae *B.* ne quom *Geppertus.* ut quom . . . ne *Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1873) p. 112* afferant *FZ.* adferat *B.* afferat *CD* 30. Ne *del. Geppertus* ipsę *C.* ipse *D* siciant *D* peritent *membranae Turnebi Advers. XIX 12, Ritschelius.* pertant *B.* pereant *CDFZ* Ne et ipsa sitiat et puer pereat *Buechelerus teste Brugmano p. 42* adferat *v. 29 defendens* 31. aedi *BCDZ* (ędie). hedi *F* obuiant *C* 32. Matrone *D* tacitę spectent *C* tacite *C* rediant *B.* redeant *C.* reddeant *D* 33. Canora *DZ.* onara *cum spat. init. B.* Lanora *C.* Panora *F* uoce *om. C* sua tinnire] scaturire *F* 34. sermones] materiam *quendam proposuisse Ritschelius adnotat* 35. Neethic *B* iuris *Z* sintet *B* molestiae (i *s. v.*) *B.* molestię *C* 36. ad *om. B* 37. Nepalmadetur *D* quoi quam *B.* cuiquam *CDFZ* 38. Neue *BDFZ.* Niue *C.* Neiue *Ritschelius* extrudantur *ex* extruduntur *D.* extrudatur *F* 39. ante ponantur *BC.* anteponant *F* anteponantur, boni *Acidalius* 40. et iam *B* paene *B.* pene *reliqui* 41. du *D* inpopinam *C.* inpopina *F* pedi sequi *vel* pedisęqui *B.* pedisęqui *D.* pedissequi *FZ* 42. occasio est *libri* 43. dum scriblitae aestu *Goetzius Ind. Ien. a. 1883 p. VII.* dum scribilitae *B: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 118 et praefatio nostra.* dum scriblitae *DF(-te)Z(-tę).* dum scriplitę *C.* dum scriblitae etiam *Muellerus Pros. Pl. p. 499.* dum streblitae *Iunius.* dum scribellitae *Scaliger.* scribilitae dum *Bothius* estuant *B.* exaestuant *Pareus* accurrite *Acidalius*

Haec, ímperata quaé sunt pro imperio hístrico,
Bonum hércle factum pró se quisquè ut méminerit.
(Ad árgumentum núnc uicissatím uolo
Remigráre, ut aeque mécum sitis gnárures.
Eius núnc regiones, límites, confínia
Detérminabo: ei re égo finitor fáctus sum.)
Sed nísi molestumst, nómen dare uobís uolo
Comoédiai: sín odiost, dicám tamen,
Si quídem licebit pér illos quibus est ín manu.
Carchédonius uocátur haec comoédia
Graecé, latine Pátruos Pultiphagónidae.

---

46. Vicissatim *hinc excerpsit gloss. Pl.: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 254* 48 sq. *Nonius p. 11, 23:* finitores dicebantur quos nunc agrimensores dicimus: dicti quod fines diuiderent. Plautus Poenulo: 'eius... finitor'

---

266 sq. *Paulus p. 226, 2:* prosedas meretrices Plautus appellat, quae ante stabula sedeant. eaedem et prostibulae *Festus p. 329b 32:* schoeniculas app[ellare uidetur mere]triculas Plautus propter usum schoeni, quod est pessimi generis *(Varro de ling. lat. VII 64:* schoeniculae ab schoeno nugatorio unguento*)* . . . Idem: 'prosedas pistorum [. . .] miseras schoeno dili[butas . . . sordid]as'. *Cf. Paulus p. 328, 8, unde sua hausisse videtur Osbernus p. 556 a:* scenulae meretriculae *(sic Festus miro consensu,* meretrices *Paulus)*, quae in scenulis prostituebantur. *Ad v. 267 spectat etiam Salomonis quod vocatur glossarium:* scena genus unguenti, quo meretrices unguntur, ut amplius amentur, *unde Papias:* scaena etiam unguentum, unde dicitur scaenicus *Paulus p. 7, 17:* alicariae meretrices appellabantur in Campania solitae ante pistrina alicariorum uersari quaestus gratia, sicut hae, quae ante stabula sedebant dicebantur prostibula, *unde Osbernus p. 445 finxit:* alicaria meretrix, quae a scurris alebatur in curia *et p. 10:* alicaria meretrix, quae quaestus gratia curiam sequitur et ibi alitur Delibutum *explicat Placidus p. 34, 6 ed. Deuerl., non huc tamen, sed ad Terentium Phorm. v. 856 spectans*

Adelph.] *spat. CD* illo *B.* illic *reliqui* Anter.] *spat. BCD* 264. erus *e corr. D* ędem *C.* edem *B* mantat *B*, '*prisca exemplaria*' *Pii.* mandat *reliqui* Mantet pol. mane. ‖ Turbast *Ritschelius.* Maneat pol Mane Turba est *B et omisso (initio v.) spatio D.* mane at pol mane ‖ Turba est *F et, nisi quod* pol male, *Z* 265. *Cf. v. 264* aput *B* an te *Gruterus.* ante *BCDF.* an *Z* an te ibi istas uis *Muellerus Pros. Pl. p. 355.* an te ibi inter stas *Geppertus* uersarier *libri* 266. Prosedas *BZ, Festus Paulusque.* Proseda *C et, nisi quod sic distinctis syllabis:* Pro sed apistorum, *D.* Inter foedas *F* relliquias alicarias *Z.* reliquiasallicarias *B.* reliqui sallicarias *C.* relliqui sallicarias *D (exp. m. 4).* relinqui sallicarias *F.* recelliclunias '*legi in Plauti sinceris exemplaribus et spectatae fidei*' *Pius scribit* 267. scheno *CD.* scena *glossa.* ceno *F* dili[*Festus* seruulicolas *Gruterus.* seruilicolas *BCDF, nisi quod* seruili colas *C.* schoenicolas *Z e lemmate Festi: cf. Scaliger ad Varronem l. s. s.:* 'schoeniculae *legendum; extat et in Plauti Poenulo. Sed ibi falso legitur* coenicolae' sordidas, i *ras. ex* a *ut vid. C* 268. Quę *C.* Que *B* oleant *FZ* stratum '*in nonnullis exemplaribus legi, in quibusdam* susum' *Pius dicit: recepit Ritschelius.* statumque *BDF'Z.*

Quás adeo hau quisquam úmquam liber tétigit neque duxít domum,
Séruolorum sórdidulorum scórta diobolária?

MILPHIO

I ín malam crucém. tun audes étiam seruos spérnere,
Própudium? quasi bélla sit, quasi eámpse reges dúctitent.
Mónstrum mulierís: tantilla tánta uerba fúnditat,
Quóius ego hercle nébulae cyatho séptem noctes nón emam.

AGORASTOCLES

Di ímmortales ómnipotentes, quíd est apud uos púlcrius?
Quíd habetis, qui máge immortalis uós credam esse quam égo siem,
Qui haéc tanta oculis bóna concipio? nám Venus non ést Venus:
Hánc equidem Venerém uenerabor, me út amet posthac própitia.
Mílphio, heus, ubi és?

---

statumq *C* scatumque *Taubmano teste Colvius* sellamque et *Lambinus* 269. Quasque *Braune Observ. gr. et crit. p. 31* hau *B*. haud *reliqui* tetigit *(*ti *s. v.) B* 270. Seruolorum *(*lo *s. v.) B*. Seruulorum *reliqui* diobolaria *Z, Saracenus, Bentleius*. duobolaria *libri (*duo bolaria *CF)* 271. *Pers. om. BD* I i in *B*. L in *C* et iam *B*. eciam *C* 272. Pro pidium *C* eampse *Camerarius*. eam ipse *BCDZ*. eam ipsi *F* reges *ex* roges *D* ductitent *C*. ducti tenet *B*. discutient *D*. discutiant *FZ*. discupiant *Pius* 273. Monstrum *B, Bentleius, Bothius olim, Beckerus quaest. p. 7*. Et monstrum *CD*. En monstrum *FZ*. Hem monstrum *Bothius alio tempore* tantula *Z* tanta *om. F* 274. Quoius ego hercle *Ritschelius, Muellerus Pros. Pl. p. 35 dubitanter*. Quo i us ego *B*. Quo *(*o *e corr., fort. ex* u*)* uis ego *C*. Pro cuius ego *D*. Cuius ego pro *F*. Pro nebulę cuius ego *transponens Z*. Quoius ego uel *Lambinus*. Quoius egon *Geppertus Stud. Pl. I p. 135, cum olim* Quoius egomet *edidisset* ego Neobulae cyatho *Palmer* nebulae cyatho septem *D*. nebulę ciatho septem *C*. nebula cir at hoseptem *B*. nebule ciato septem *F*. cyatho septem *Z (cf. ad v. 274)*. obulo aerato septem *Camerarius*. nebulai cyatho septem *Bothius*. bulbo uiciato *Geppertus* 275. *Pers. om. D* Di immortales *D*. Di i mortales *B*. Dii immortales *reliqui* apud uos est *Pylades* pulchrius *libri* 276. mage qui *Camerarius: at cf. Muellerus Pros. Pl. p. 343 et Geppertus Stud. Pl. p. 135* immortalęs *B*. immortales *reliqui* *Totum versum sic scribi iussit Lomanus p. 58:* Quidue habetis qui immortales magis uos credam quam ego siem, *sic autem olim Reizius:* Quid habetis qui magis uos credam esse imm. q. e. s. 277. Cui *D* hec *B* concipio *libri et editiones omnes*. conspicio *in uno esse dicit Acidalius: idem probavit Ritschelius* 278. me ut amet posthac *Camerarius*. me ut amet poshac *Ritschelius: cf. Opusc. vol. II p. 551*. me ut ametat pos hac *B*. ut amet at pos hac *sine* me *CD*. ut amet ac posthac *Z*. ut amet hec posthac *F* *V. 279—282 integros servavimus: at cf. Goetzius Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 265, qui deleto v. 279 ut e Most. v. 1115 interpolato v. 280 post 282 collocat* 279. propitia. Milphio, heus ubi es *Bothius, Lomanus p. 58*. propitia milphio ‖ Heus milphio Ubi es *B*. propitia ‖ Milphio heus milphio ubi es *C (*milpho

MILPHIO
Assum apud te eccum.
AGORASTOCLES
Át ego elixus sís uolo.
MILPHIO
Énim uero, ere, facís delicias.
AGORASTOCLES
Dé te equidem haec didici ómnia.
MILPHIO
Étiamne ut ames eám quam numquam tétigeris?
AGORASTOCLES
Nihil íd quidemst:
Deós quoque edepol ét amo et metuo, quíbus ego abstineó manus.
ANTERASTYLIS
Heú ecastor, quom ornátum aspicio nóstrum ambarum, paénitet,
Éxornatae ut símus.

---

alt. loco) D. propitia. || Milphio heus milphio ubi es *FZ.* propitia. || Milphio, ubi es *cum hiatu Lachmannus in Lucr. p. 388* Milphio] *spat. BC* assum *F, Pylades: de quo praeter alios cf. Wagnerus Orthogr. Verg. p. 408.* adsum *B.* adsum *CDZ* aput *B* Agor.] *spat. B: om. CD ut initio versus* At ego *BCDZ.* at ego te *F: unde* at ego te elixum uolo *Pylades* 280. Enim uero *B.* Enim *reliqui* delitias *CD* delicias facis *Reizius* Agor.] *spat. BCD* de te equidem haec didici omnia *Kampmannus de DE praep. p. 5.* de te *(*dete *C)* quidem haec didici omnia *CDFZ.* dete quidem hęc didici quidem˙st *B:* *'unde facile* De ted haec didici quidem *efficias, nisi* quidem st *e proximo v. inrepserit. Ceterum quae tandem sint* haec omnia *parum assequor' Ritschelius* 281. *Totum versum om. B, nisi quod* quidem st *cum v. 280 coaluit* eciamne *C* attigeris *Engerus de pros. p. XVI* Nihil id quidemst *(h. e. nihil est quod dicis) Agorastocli tribuit Ritschelius. Milphioni continuant* nihil illic quidemst *C (*quidem st*) DZ.* nihil hic quidem est *F.* nihil illuc quidemst *Pylades.* nihili illic quidem est *Lambinus.* nihil id quidem est *Bothius.* 'nihili id quidemst *scribere debebant qui Milphioni tribuebant' Ritschelius* 282. *Inde ab hoc v. accedit A* DEOSQUOQ:EDEPOLETAMOETMETUOQ *reliquis incertissimis A, cuius tamen spatia minora sunt quam ut* uibus ego tamen abstineo manus *capiant* ut amo *C* quibus ego *Ritschelius cum Reizio, Muellerus Nachtr. p. 58.* quibus ego tamen *BCDFZ.* quis ego tam *Bothius olim,* quis tamen *idem alio tempore. Nimis asperum fore* quibus tam ego *adnotat Ritschelius* 283. *Pers. om. CD relicto spatio,* Adel. *praef. FZ* EUECASTORQUOMORNATUM *A, sed* NATUM *lectione incertissima: reliqua extricari non potuerunt* Heu ecastor *FZ.* Euecastor *C.* Eue castor *BD.* Ecastor *Bothius* quom *B cum A.* cum *CDFZ* ornatum *ex* ornatam *B* Aspicio *(*A *e corr.) C* paenitet *B.* penitet *CD.* poenitet *FZ* 284. EXORNATAEUTSIMUS . . . . . ROS . . . . OMM . . E *ultima littera incerta A: in spatia quadrant* # immo ue *et* ane c *et* od Ex ornatę *C* ut *sup. scr. B*

ADELPHASIVM

Immo uéro sane cómmode:
Nám pro erilei et nóstro quaestu sátis bene ornataé sumus.
Nón enim pote quaéstus fieri, nísi sumptus sequitúr, scio:
Ítidem ut quaestus nón consistet, si eúm sumptus superát, soror.
Éo illud satiust, sátis quod habitust, quám illud quod plus quám sat est.

AGORASTOCLES

Íta me dei ament, út illa me amet málim quam di, Mílphio:
Nám illa mulier lápidem silicem súbigere, ut se amét, potest.

---

286. *Charisius p. 223, 21:* ut pote ... Plautus uero in Poenulo et pro uerbo posuit: 'non enim ... scio'

Adelph. *D, Acidalius. spat. B. om. C.* Anter. *FZ* *V. 285 — 352 ubi collocati sint in B, dictum est ad v. 217* 285. NAMPROERILEIETNOSTROQU ... TUSATISBENEORNATAESUMUS *A ita, ut pro* ILEIET *reliquae eiusdem spatii litterae (pro prima etiam* L *vel* T, *item reliquae) non exclusae sint* herili et *Rittershusius.* erilicet *B.* eri licet *CD. om. FZ* questu *C* ornate *BCD* 286 sq. *Duorum in A versuum hae reliquiae apparuerunt:* NONENIMPOTISESTQUAESTUSFIERIN ..... *(in spat. quadrat* sumptus se*)* QUITU *(quattuor extremi litteris incertissimis, reliquis inextricabilibus) et* ..... Q ..... NONCONSISTE *(cetera dispici non potuerunt): priorem versum Charisius servavit, qui* ... te quęstus *et* nisi *habet: alterum supplevimus. Pro quibus unum hunc exhibent reliqui libri:* Non enim potest quaestus (questus *CD)* non (iam *FZ)* consistet (on *e corr. C.* consistere *FZ)* si eum sumptus superat soror: *unde* Non enim quaestus consistet sumptus si eum superat, soror *Ritschelius,* quaestus consistet *cum Bothio, qui* im *pro* eum *proposuerat* 288. Adelph. *praem. FZ: del. Pylades* EOILLUDSATIUS *et paullo post spatium sex fere* I *litterarum* SATIS, *hoc et litteris* US *incertissimis A, ubi finis videtur proprium occupavisse versum* Eho *F* illut *B* satiust, satis quod habitust *Ritschelius.* satius si satis quod satis est habitus *libri, nisi quod* quid *F.* satiust, satis, quod satis est habitu *Acidalius satis mire.* satius est, quod satis est, habitu *Bothius* quam illud quod plus quam sat est *Ritschelius.* plus quam sat est *libri.* quam plus quam sat est *Dousa fil.* quam quod plus sat est *Acidalius.* gerere quam quod plus sat est *Ritschelius olim* *V. 289—296 parallelos esse versibus 275—280 perspexit Muellerus Nachtr. p. 63 sq. post Hasperum l. s. s. p. 304 (28): cf. Goetzius Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 265.* 289. *Pers. om. D* ITAMEDEIAMENTUTILLAME ... T .. L .. Q *(cetera dispici non potuerunt)* Ita medi amet ut illa meam et *B* di *CDZ.* dii *F* meam et CD^1. meam met D^4 malim *ex* melim *D* *Ante* Milphio *spat. D* 290. NAMILIAMULIERLAPID ..... CA *(reliqua legi non potuerunt) A*

MILPHIO

Pól equidem hau mentíre: nam tu es lápide silice stúltior,
Qui hánc ames.

AGORASTOCLES

At uíde sis: quom illac númquam limauí caput.

MILPHIO

Cúrram igitur aliquo ád piscinam aut ád lacum, limúm petam.

AGORASTOCLES

Quíd eo opust?

MILPHIO

Ego dícam: ut illic ét tibi limém caput.

AGORASTOCLES

Í in malam rem.

MILPHIO

Ibi sum équidem.

AGORASTOCLES

Pergis?

MILPHIO

Táceo.

AGORASTOCLES

At perpetuó uolo. 295

---

292. *Eugraphius ad Ter. Eun. III 5, 53 (601):* ego limis specto]... alii limis, coniunctis ad flabellum, ut Plautus dixit: 'numquam ... caput', id est coniunxi

---

291. *Pers. om. D* POLEQUIDEM ..... NAM ..... ICE- *(cetera extricari non potuerunt) A* Pol id *(it BCD¹)* quidem *BCD⁴FZ.* Pol quidem *Pylades* hau *scripsimus ex spatiis Ambrosiani.* haud *reliqui* tues *BC* lepide *F* 292. QUIHANCAMES‡A .... ESISCUM- ..... QUAMLIMA- *A* Agor.] *spat. BCD* Ah uide *Ritschelius.* Ac uide *Camerarius* quom illac *B.* cum illac *(illa Z) reliqui cum A* lamaui *C* numquam cum ea limaui caput *Eugraphius V. 293—296 addubitat Weisius* 293. *Pers. om. D* CURRAMIGITUR ... QUO .. PISCINAMAUTAD- LACUMLIM ... ET- *(LIM et ET incertissimis) A* adpiscinam *BC* aud *B* ad lacum *B cum A.* lacum *reliqui* 294. *Pers. om. D* QUID ... PUSEST‡ EGODICAMUTILLIETTIBILIMEMCAPUT *A, litteris* PUSEST‡EGODICAM *non satis certis* Nam quid *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 241* Quideo *B* ego *F* opust *Camerarius.* opus sit *BCDFZ* Milphio] *spat. BD. om. C* ut illic *Muellerus Pros. Pl. p. 565.* ut illi *libri cum A, nisi quod Z* ut tibi et illi *transponit.* ut illice *Bothius.* actutum ut illi *Ritschelius* limen *BCD* 295. *Pers. om. BD* INMALAMREM.... SUMEQUI- DEM‡PERG ..... C ..... PERPETUOUOLO, *initio (ante* S*) et litteris* G *(pro qua minus prob.* D *legi potest) et* C *incertis* i in *om. littera initiali maiuscula B*

Pro personis spatia BCD habent toto versu Ibi] ubi *D.* inibi *Lipsius Ant. lect. II 19* pergis *FZ.* perdis *BCD*

MILPHIO

Énim uero, ere, meo mé lacessis lúdo et deliciás facis.

ANTERASTYLIS

Sátis nunc lepide ornátam credo, sóror, te tibi uidérier:
Séd ubi exempla cónferentur méretricum aliarum, íbi tibi
Érit cordolium, sí quam ornatam mélius forte aspéxeris.

ADELPHASIVM

Ínuidia in me núnquam ignatast néque malitia, méa soror:
Bóno med ingenio ésse ornatam quam aúro multo máuolo.
[Aúrum id fortuna ínuenitur, nátura ingeniúm bonum:
Bónam ego quam beátam me esse nímio dici máuolo.]
Méretricem pudórem gerere mágis decet quam púrpuram.
[Mágisque meretricém pudorem quam aúrum gerere cón-
decet.]

---

296. *Hunc v. dubitabat Acidalius num post v. 312 transponi iuberet Pers. om. D. spat. C* ENIMUEROEREMEOMELACESSISLUDOETDELIC.... A..S *(litteris* A *et* S *extremis incertissimis) A* enimuero *D* here *F.* aere *BCDZ* me meo *Geppertus* mel accessis *B.* me laccessis *C* ludos *Z* delitias *C* 297. *Pers. om. D* SATISNUNCLEPIDEORNATAM... DOSORORTETIBIUIDERIER *A* 298. SEDUBIEXEMPLACONFERENTURMERETRICUMALIARUMIBITIBI *A* conferentur *Camerarius cum A.* conferuntur *BCDFZ* meretricum *Pius cum A.* meretricium *BCDFZ* 299. ERITCOR...IUMSIQ.....N.....F.....X- *A (*X *incerta)* cor dolium *BC* siquam *BC* aspexeris *BCDFZ.* conspexeris *Camerarius, quo servato* fors *pro* forte *Guyetus, Reizius* 300. Adelph. *om DZ* INUIDIAINMENUMQUAMGNATAESTNEQ-MALITIAMEASOROR *A* unquam *F* ignatast *Ritschelius.* innatast *BFZ.* innata est *C.* in me *(exp. m. 4)* innatast *D* neque me *F* malicia *FZ.* malicia *(*ci *s. v.) B* mea *ABCD.* mala *FZ* 301. BONOMEIN.....ORN....UAMAURO-MULTOMAUOLO *A, ubi alteram lacunam explent* ATAQ, *excedunt* ATAMQ *litterae* Bono med ingenio esse *Bothius.* Bono me ingenio esse *A ut vid. B.* Bono ingenio me esse *CDFZ, quod placuit Lachmanno in Lucr. p. 200.* Bono med esse ingenio *Ritschelius Op. vol. II p. 285* me esse ingenio *ex A proferens. Cf. idem Nov. exc. p. 43. 67, ubi de* Bono me esse ingeniod *cogitari posse adnotat.* Bono ego ingenio me esse *Lomanus p. 58.* Ingenio bono me esse *vel* Ingenio me bono esse *vel* Bono me esse ingenio ingeniatam quam auro ornatam *Muellerus Pros. Pl. p. 160* mallolo D^1: *corr.* D^4 *V. 302. 303 a Plautinis segregavit Ritschelius Opusc. vol. II p. 290* 302. AURUMIDFORTUNAIN-UENITURNATURAINGENIUMBONUM *A* id fortuna] infortuna *BCD.* in fortuna *FZ.* in *del. Guyetus.* enim fortuna *Geppertus* 303. BONAM-EGOQUAMBEATAMMEESSENIMIODI*(vel* E CIMAUOLO *A* ego] esse *F* nimio decima uolo *B* *V. 304. 305 inverso ordine dat A* 304. MERETRICEMPUDO-REMGERERE MAGISDECETQUAMPURPURAM *A* gerere magis *in loco fortem rasuram passo B* *V. delet Geppertus* 305. *Versum cum Koepkio et Guyeto uncis inclusit Ritschelius Opusc. vol. II p. 290* MAGISQ:MERETRICEMPUDO-

Púlcrum ornatum túrpes mores péius caeno cónlinunt:
Lépidi mores túrpem ornatum fácile factis cónprobant.

AGORASTOCLES

Ého tu, uin tu fácinus facere lépidum et festiuóm?

MILPHIO

Volo.

AGORASTOCLES

Pótine mi auscultáre?

MILPHIO

Possum.

AGORASTOCLES

Abí domum ac suspénde te.

MILPHIO

Quam ób rem?

AGORASTOCLES

Quia iam númquam audibis uérba tot tam suáuia.
Quíd tibi opust uixísse? ausculta míhi modo et suspénde te.

REMQUAMAURUMGERERECONDECET *A* Magisque *Camerarius cum A et* D^4 *(q₃)*. Magis quit *B*. Magis quid CD^1. Magis quidem *FZ* 306. PULCHRUM-ORNATUMTURPEST *(vel* E)MORESPEIUSCAENOCONLINUNT *A*, LINUNT *litteris obscurioribus* Pulchrum *BCDFZ* *Ante* turpes *rasura circa 5 litt. et post* turpes *ras. unius litterae (o?) B* caeno *AB*. cęno *CD*. ceno *F*. coeno *Z* collinunt *BCDFZ* 307. *Sic A, nisi quod* MORES *et* ORNATUM *et* COMPROBANT conprobant *B*. comprobant *CDFZ cum A* 308. *Pers. om. D* *Inter hunc v. et priorem man. rec.* mul *in marg. B* EHOTU-UINTUFACINUSFACERELEPIDUMETFESTIUUM # UOLO *A* Eho *ex* Ehe *C* tu *om F* uintu *BC* festiuom *B*. festiuum *reliqui cum A* Milphio] *spat. BCD* 309. *Pers. om. D et spatio relicto B* POTES *(vel minus prob.* IS NEMIHIAUSCULTARE # POSSUM # ABIDOMUMACSU-SPENDETE *A* Potine *Ritschelius*. Potesne *(*Potes ne *BCDZ) libri cum A*. Potin es *Guyetus, Reizius* mihi *libri (*nemihi *D)* auscultare *C*. auscultari *D* Potin es auscultare mihi *Muellerus Pros. Pl. p. 663* Milphio] *spat. CD* Agor.] *spat. BCD* Ergo abi *Reizius* suspendete *BD* 310. QUAMOBREM # QUIAIAMNUMQUAMAUDIBISUERBATOTTAMSU- *A* Milphio] *spat. BD* Quam obrem *C*. Quamobrem *D* Quia iam *Lambinus cum A*. Qui iam *BD*. Quiiam *C*. quia *FZ*. Quoniam *vel* Quianam *vel* Nam quia *Ritschelius* nunquam *B* *Graviorem post* suauia *interpunctionem tollens verba cum sequentibus iunxit Ritschelius* 311. QUID-TIBIOPUST *(vel* I)UIXISSEAUSCULTAMIHIMODOETSUSPENDETE *A* opust *Z cum A*. opus est *F*. opus si *BCD* et] ac *BCDFZ* suspendete *BD*

MILPHIO

Síquidem tu es mecúm futurus pro úua passa pénsilis.

AGORASTOCLES

Át ego amabo hanc.

MILPHIO

Át ego esse et bibere.

ADELPHASIVM

Ého tu, quid ais?

ANTERASTYLIS

Quíd rogas?

ADELPHASIVM

Víden tu ut pleni oculí sorderum quí erant, iam splendént mihi?

ANTERASTYLIS

Ímmo etiam in medio óculo paullum sórdist. cedo sis: dé-
teram. 315

---

312. *Nonius p. 11, 26:* passum est proprie rugosum uel siccum ... unde et uua passa dicta est quod sit rugis implicata. Plautus Poenulo: 'si quidem ... pensilis'

---

312. *Pers. om. D* SIQUIDEMTUESMECUMFUTURUSPROUUAPASSA-PENSILIS *A* Si quidem tues *B*. siquid ea estu *vel* si quid aestu *fere Nonius, qui* si quidem es tu *legisse vid.* una *Z* passa *B cum A, Nonius. om. CDFZ* pensibis *B* *V. 313—316 ex altera recensione repetit Hasperus l. s. s. p. 304 (28)* 313. *Pers. om. D* ATEGOAMABOHANC#ATEGOESSEETBIBERE-#EHOTUQUI..IS *et in proprio versu* QUIDROGAS *A* amabo *F cum A.* amo *reliqui* Milphio] *spat. BCD* Adelph.] *spat. BCD* eo *D*, *corr. m. 4* agis *Z* Anter.] *spat. BD. om. initio v. D* 314. Adelph.] *spat. CD* UIDENTU-PLENIOCULISORDE *(vel* I *vel* P, *min. prob.* T*)*RUMQUIERANTIAMSPLENDENT-MIHI *A* Vinden *B* tu ut *Ritschelius, Muellerus Nachtr. p. 17.* tu *libri cum A (an F).* ut *post Lambinum Kampmannus de* IN *praep. p. 8* pleni oculi sorderum *A, ut vid., Bugge Tidskrift f. Phil. VII p. 37.* pleni oculi sorderunt *BCD.* pleni oculi sordium *Z.* pleni oculi sorde *F.* pleni oculi sordorum *Geppertus: cf. idem Stud. Pl. I p. 137.* pleni sordium oculi *Reizius, Bothius.* pleni oculi sordium *Pylades.* oculi pleni sordum *Kampmannus l. s. s.* Viden ut oculi, qui sorderunt ante, iam splendent mihi *temptabat Ritschelius de* sorderum *forma dubitans* erant *ex* erunt *B* 315. Anter.] *spat. CD* IMMOETIAM-INMEDIOOCULOPAULLUM*(*P *et* UL *incertissimae)*SOR . . . . . O . . . DEXTE-RAM *A ita, ut lacunis* DETCED *(pro* E *etiam* I, T, P, *pro* T *etiam* E, I, P *legi possunt) et* SIS *parum apte congruant* eciam *C* paulum sordist *Gruterus.* paulum sordet *BCD.* paulum sordis est *F.* parum sordis est *Z.* sordist *ex A profert Geppertus. Ritschelius, qui falso* BU-LUMSORDEI *legerat,* bulla sordist *coniecit* cedo *B omisso spatio ante eam vocem: cui adstipulatur Ritschelius.* Cedo *in principio versus sine pers. CD.* Adel. Cedo *FZ* deteram *Scaliger.* dexteram *libri cum A, nisi quod* dextrã *Z. cf. Langenus p. 153*

AGORASTOCLES

Vt quidem tu huius oculós inlutis mánibus tractes aút teras?

ANTERASTYLIS

Nímia nos socórdia hodie ténuit.

ADELPHASIVM

Qua de re, óbsecro?

ANTERASTYLIS

Quía non iam dudum ánte lucem ad aédem Veneris uénimus,
Prímae ut inferrémus ignem in áram.

ADELPHASIVM

Aha, non factóst opus.

Quaé habent nocturna óra, noctu sácruficatum ire óccupant.
Príus quam Venus expérgiscatur, príus deproperant sédulo
Sácruficare: nám uigilante Vénere si ueniánt eae,
Íta sunt turpes, crédo ecastŏr Vénerem ipsam e fanó fugent.

AGORASTOCLES

Mílphio.

---

316. Agor.] *spat. CD* UTQUIDEMTU *A.* ut tu quidem *CDFZ.* Uttu quidem *(e ex a) B.* Tu ut quidem *Geppertus.* Tu quidem ut *Reizius.* Tu quidem *Pylades. Palatinorum scriptura fort. ad* ut tu equidem *redit* huius *delet Crainius Plaut. Stud. p. 17* inlutis *DFZ cum A.* in lutis *BC.* inlotis *Pylades* aut *libri cum A.* ac *Camerarius* TERRAS *A* 317. Anter.] *spat. CD* NIMIANOSSOCORDIAHODIETENUIT#QUADEREOB*(vel* P*)*ECRO *A* secordia *F* Adelph.] *spat. B. om. CD in princ. versus* de *sup. scr. B* 318. Anter.] *spat. BC. om. D* QUIANONIANDUDUMANTELUCEMADAEDEMUENE*(vel* I*)*RISUENIMUS *A* Quia non iam dudum *B.* Quia iam non dudum *CDFZ, Handius Turs. II p. 301.* Quoniam non dudum *dubitanter Ritschelius* ad *ex* aut *D* ad ędem *C.* adędem *B.* 319. PRIMAEUTINFERREMUS *et reliqua ut supra A, nisi quod* FACTUST Primae ut *Muretus Var. lect. XVII 17, FZ cum A.* Prima cum ut *B, membranae Turnebi Advers. XV 6.* Prima cum *CD.* Primulum ut *Bothius* signem *BCD*^{1} *(*ignem *D*^{1}*)* iuaram *C* Adelph.] *spat. BCD* Aha] Ah *BCDZ. om. F* facto st *B* 320. QUAEHABENTNOCTURNIA*(*IA *incertae)*ORANOCTUSACRUFICATUMIRE*(vel* I*)*OCCUPANT *A* Quę *C.* Que *B* ora habent nocturna *Guyetus* sacrificatum *(*sacri ficatum *C) omnes praeter A* occupans *BCD* 321. Venus expergiscatur *Camerarius.* UENUSEXPERGISCATUR *A.* uenus experiscatur *B.* experiscatur uenus *D*^{1}. expescatur uenus *C.* expergiscatur uenus *D*^{4}*FZ* DEPROPERANTSEDULO *A* 322. Sacrificare *omnes praeter A* UIGILANTE *A* uigilante *D*^{4}*FZ.* uigilante *B.* uigulante *D*^{1}. iugulante *C* ueniant eae *cum A (*UENIANT*) Scutarius.* ueniantaeae *B.* ueniant aeae *C.* ueniant ae ae *DZ.* ueniant he *F.* ueniant dea *Bothius* 323. *Sic A, nisi quod* ITASUNTTURPES ęcastor *Z* ipsa me *BCD* fugere *F* 324. *Sic A, nisi quod* MILPHIONEM Agor.] *spat. B: om. in v. princ. CD*

MILPHIO

Edepol Mílphionem míserum. quid nunc uís tibi?

AGORASTOCLES

Ópsecro hercle, ut múlsa loquitur.

MILPHIO

Níhil nisi latérculos,

Sésumam papáueremque, tríticum et frictás nuces.

AGORASTOCLES

Écquid amare uídeor?

MILPHIO

Damnum, quód Mercurius mínume amat.

AGORASTOCLES

Nám lucrum quidém pol amare núllum amatorem áddecet.

ANTERASTYLIS

Eámus, mea germána.

ADELPHASIVM

Age sis utí lubet.

ANTERASTYLIS

Sequere hác.

Milph.] *spat. BD. om. CFZ: pers. add. Pylades* miserum quid *BCD cum A, Pylades.* miserum MIL. quid *FZ* 325. Agor.] *spat. B: om. in v. princ. CD* *Sic A, nisi quod* OPSECRO *et* UT *et* NISI Opsecro *B cum A.* Obsecro *CDFZ.* utnulsa *B* loquitur *(i s. v.) C* loquitur haec *Muellerus Pros. Pl. p. 25* Milphio] *spat. CD* Pol nil *Ritschelius.* Nil enim *Muellerus Nachtr. p. 6.* Enim nil *Bothius* 326. SESUMAMPAPAUEREMQ·TRITICUMETFRICTAS-NUCES *A* Se sumam *B.* Sesumam *ex* Sisumam *C.* Sesamum *Valla: quem saltem* sesamam *debuisse dicit Ritschelius: id quod videtur Pius voluisse* sisamam *commendans* papauerem qne *D.* pa pauperem que *B.* papaue rem que *(e prima s. v.) C* triticum] termetium *'vetusti et membranacei codd.' Pii* nuces] nunc es *B* *'Ceterum cum mira sit* tritici *in dulcibus commemoratio, expendendum erit num forte scripserit poeta* papaueremque tritum cum fricta nuce' *Ritschelius* *V. 327—328 e duplici rec. repetit Hasperus l. s. s. p. 304 (28)* 327. *Sic A, nisi quod* ECQUID *et* MINIMEAMAT *Pers. om. D in v. princ.* Ec quid *BC* Milphio] *spat. BCD* dampnum *CD* minime *libri cum A* 328. Agor.] *spat. D: om. in vers. principio C* NAMQ·EDEPOLLUCRUM-AMARE*(vel* I*)*NULLUMAMATOREMADDECET *A* Nam lucrum quidem pol amare *Ritschelius.* Namque *(*Nam que *B)* edepol lucrum amare *libri cum A.* Nam quidem edepol lucrum amare *Bothius.* Namque edepol lucrum quidem amare *Brixius Quaest. p. 34, ubi* Nam *Geppertus.* Namque edepol lucellum amare *Muellerus Pros. Pl. p. 709* 329. Anter.] *spat. BCD* EAMVS-MEAGERMANA#AGESISUTLUBET#SEQUEREHAC#SEQUOR *A* Adelph.] *spat. CD* uti *Bothius.* ut *libri cum A.* ut tibi *Muellerus Pros. Pl. p. 664*

Ant. Sequere hac. Adelph. Sequor *sic personis distribuit Ritschelius cum A et B (ubi spatia relicta sunt et personarum nomina desunt). Nec*

ADELPHASIVM

Sequor.

MILPHIO

Eúnt haec.

AGORASTOCLES

Quid si adeámus?

MILPHIO

Adeas.

AGORASTOCLES

Prímum prima sálua sis:
Ét secunda tú secundo sálue in pretio: tértia
Sálue extra pretiúm.

ADELPHASIVM

Tum pol ego et óleum et operam pérdidi.

AGORASTOCLES

Quó te agis?

ADELPHASIVM

Egone? in aédem Veneris.

---

333. *Aut ad hunc locum aut ad Mostell. v. 562 spectare videtur Isidorus Orig. IX 3, 64:* agmen dicitur cum exercitus iter facit, ab agendo uocatum, id est ab eundo. Plautus: 'quo te agis?'

discrepant CD, ubi Sequere *eine pers. in principio versus est, pro reliquis nominibus spatia relicta sunt. Vulgo* sequere hac. Anter. Sequor *cum FZ* *V. 330—408 ex altera recensione repetit Goetzius Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 313* 330 *Milphioni dedimus quae vulgo Agorastocli dant cum FZ: in BCD spatia relicta sunt* EUNTHAE‡QUIDSIADEAMUS‡ADEAS‡PRIMUMPRIMASALUASIS *A* haec *Schmidtius de dem. pron. form. p. 45.* hae *ex* haec *ras. C.* hae *DFZ cum A.* he *B* Agor. Quid *scripsimus ex ABCD, ubi spatia sunt* quid *FZ* ad eamus *BC* ad eamus ad eas? primum *Agorastocli continuabat Rittershusius: cf. Scioppius Susp. lect. II 7* *Pro pers. ante* adeas *spat. BC: om. in princ. D, ante* Primum *spat. CD* prima/// *(a ex* u, *et* r *ut vid. eras) C* 331. ETSECUNDATUINSECUNDOSALUEINPRETIOTERTIA *A* tu secundo salue in pretio *Camerarius.* tu in secundo (insecundo *C)* ‖ Salue in pretio *(precio D) CD.* tu insecundo *(post h. v.* inpre *er.)* salue in precio *B.* tu in secundo. Mil. Salue in precio *FZ.* tu in secundo salue pretio *Studemundus Verhandl. der 36. Philologenvers. p. 50* *Uni omnia Agorastocli primus tribuit Camerarius* tercia *B* 332 *Anter. pers. praem. FZ· spat. CD* SALUEEXTRAPRETIUM‡TUMPOLEGOETOLEUMETOPERAMPERDIDI *A* prętium *B.* precium *C* Tum pol *Adelphasio tribuit Ritschelius ambigua* extra pretium *verba in contrariam partem interpretanti. In BCD spatia sunt: Milphioni dant FZ. Ancillae dedit Acidalius. Milphionis personam frustra Handius Turs. III p. 355 tuebatur, recte is quidem* primam *Anterastylin (quae pracibat v. 331) interpretatus,* secundam *ancillam,* tertiam *ipsam Adelphasium* egoe to leum etoleum *B* 333. Agor. *spat. CD* QUOAGIS‡EGONEINAEDEMUENERIS‡QUIDEO‡UTUENEREN *et in proprio v.* PROPITIEM *A* Quo te *(*Quote *B)* agis *BCDFZ.* Quo agis te *Ritschelius* Ad.] *spatium BCD* ego ne *B* in edem *BCD*^{1}. medem *D*^{1}

AGORASTOCLES

Quíd eo?

ADELPHASIVM

Vt Venerem própitiem.

AGORASTOCLES

Ého, an iratast? própitia herclest: uél ego pro illa spóndeo.

ADELPHASIVM

Quíd tu agis? quid míhi molestu's, óbsecro?

AGORASTOCLES

Aha tam saéuiter.

ADELPHASIVM

Mítte amabo.

AGORASTOCLES

Quíd festinas? túrba nunc illíst.

ADELPHASIVM

Scio.

Súnt illi aliae, quás spectare ego ét me spectarí uolo.

AGORASTOCLES

Quí lubet spectáre turpis, púlcram spectandám dare?

ADELPHASIVM

Quía apud aedem Véneris hodiest mércatus meretrícius:
Eó conueniunt mércatores, íbi ego me ostendí uolo.

335. *Nonius p. 510, 33:* saeuiter pro saeue. Plautus in Poenulo: 'aha tam saeuiter' Saeuiter *hinc excerpsit gloss. Pl.: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 235: idem vocabulum (etiam Trin. v. 1060 traditum) e Plauto adfert Priscianus G. L. III p. 71, 1*

Agor.] *spat. BCD* Quideo *C* Adelph.] *spat. BCD* propiciem *D* 334. Agor.] *spat. CD* EHOANIRATAST#PROPITIAHERCLEEST#UELEGOPRO-ILLASPONDEO *A* *Totum v. Agorastocli tribuunt FZ. Ante* Propitia *et* Vel *spatia B cum A: ante* Vel *etiam CD, qui a* Propitia *novum versum incohant, ubi solita ratione pers. omittitur* Ehon *(om.* an*) CDZ.* Eon *F* irata est *libri cum A (*est D^2. e D^1*)* Propicia *B* hercle est *libri cum A, nisi quod* herche *B* 335. Adelph.] *spat. BCD* Q.....GI(GI *incertae*)S...D-(D *incerta*)MIHIMOLESTUSOBSECRO#AHATAMS- *A* agis *Camerarius cum A ut videtur.* ais *BCDFZ* molestus *libri* Agor.] *spat. BCD* Aha *Nonius cum A.* Ah *BCDFZ* sęuiter *ex* scauiter *ut vid. C.* seuiter *D* *V. 330—346 ex altera rec. repetit Hasperus l. s. s. p. 304 (28)* 336. Adelph.] *spat. BCD* MITTEAMABO#QUIDFESTINAS#TURBA-NUNCILLIEST#SCIO *A* Agor.] *spat. B: om. CD in v. principio* illic est *F.* illi est *BCDZ* Adelph.] *spat. CD* 337. *Sic A, nisi quod* SPECTARI(*vel* E) illic *F* alię *C* 338. Agor.] *spat. CD* QUILIBETSPECTARE(*vel* I)TURPISPULCHRAMSPECTANDAMDARE *A* pulchram *BCDFZ* 339. Adelph.] *spat. CD* *Sic A, nisi quod* AEDEM *et* HODIEEST Quid *F* ędem *C.* edem *B* hodie est *BCDFZ* *'Fortasse transponendum* hodie mercatust' *Ritschelius* 340. EOCONUENIUNTMER-

AGORASTOCLES

Inuendibili mérci oportet últro emptorem addúcere:
Próba mers facile emptórem reperit, tam étsi in abstrusó sitast.
Quíd ais? quando illi ápud me mecum cáput et corpus cópulas?

ADELPHASIVM

Quó die Orcus Áccherunte mórtuos amíserit.

AGORASTOCLES

Súnt mihi intus néscio quot nummei aúrei lymphátici.

ADELPHASIVM

Déferto ad me: fáxo actutum cónstiterit lympháticum.

MILPHIO

Béllua herclest.

CATORESIBIMEOSTENDIUOLO *A* ibi med *duce A dubitanter Ritschelius* 341. Agor.] *spat. CD* INUENDIBILI*(vel min. prob.* E*)*MERCI*(item)*OPORTETULTROEMPTOREMADDUCERE *A* Inuendibili merci *Bothius cum A.* Inuendibili merce *CDFZ.* Inuendibilem ers *B* 342. PROBAMERSFACILEEMPTOREMREPERITTAMETSIINOCCUL *et in proprio v.* TOSITAST *A* proba mers D^4. probamers D^1 mers *etiam BCD.* merx *FZ. cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 656* reperit *Pylades cum A.* repperit *BCDFZ* tametsi *FZ cum A.* tarem ẽ et si *B.* tarem est et si *CD* in abstruso sita est D^4FZ. in abstrusos ita est *B.* in *(post* n *pars vel* o *vel* n *litterae eras. C)* abstruosos *(*a *ex* u *D)* ita est CD^1. *in A glossema est simile ut in Acci v. 462 Ribb.* 343. QUIDAISTUQUANDOILLI*(vel* E*)*APUDMEMECUMCAPUTETCPALLAS *(litteris* PUT *et* CPA *incertissimis) A, ubi errasse librarium in fine versus vel duplex illa* L*, de qua dubitari omnino nequit, indicio est* Quid ais? *Guyetus.* Quid ais tu *libri* illi *om. F, Lachmannus* apud me *om. Bothius* Quid ais? tu quando illi apud me copulas mecum caput *Ritschelius* 344. Adelph.] *om. D initio versus* QUODII*(vel min. prob.* E*)*ORCUSACHAERUNTE*(vel* I*)*MORTUOSAMISERIT *A* orchus *BF.* horcus *Z* Accherunte *Hermannus ad Eur. Hec. v. 1, Ritschelius duce A, Koenig Quaestt. Plaut. a. 1883 p. 5.* ab achaerunte *B.* ab a heronte *C.* ab aheronte *D.* ab acheronte *FZ* amiserit *Z cum A.* amiseris *BCD.* emiserit *F, quidam Lambini* 345. Agor.] *om. CD sine spatiis* SUNTMIHINESCIOQUODNUMMEIAUREILYMPHATICI *sine* intus *A* Sũ *C* quot D^4FZ quod BCD^1 *cum A* nummi *BCDFZ.* nummuli *Geppertus* lymphati ci *C* 346. *Person. om. CD in princ. versus: Milphioni dant FZ: corr. Dousa Expl. IV 1 Sic A, nisi quod* ME *et* LYMPHATICUM Deferio *C* ac tutum *C* *'Ceterum ad hos quoque versus 345 et 346, qui parum commode hic inferuntur, nescio an eae turbae pertinuerint quae mox ingruunt in hanc scaenam' Ritschelius* 347. Milphio] *om. CD (uterque in v. principio) FZ: corr. Dousa* BELLULAHERCLEEIDIERECTEINMAXUMAMMALAMCRUCEM *A* Belua *F, Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 403.* Bellula *reliqui cum A, Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 762, versum Agorastocli tribuens et post v. 348 collocans, v. autem 349 Anterastyli adsignans* hercle est *Pylades.* hercle *libri cum A.* hercle es *cum Guyeto Luchsius Stu-*

AGORASTOCLES

Eí dierecte in máxumam malám crucem.

MILPHIO

Quám magis adspectó, tam magis nimbátast et nugaé mer[illegible]e

ADELPHASIVM

Ségrega sermónem: taedet.

AGORASTOCLES

Áge sustolle hoc ámiculum.

ADELPHASIVM

Púra sum: compérce amabo me áttractare, Agorástocles. [illegible]50

AGORASTOCLES

Quíd agam nunc?

ADELPHASIVM

Sei sápias, curam hanc fácere conpendí pote[illegible]s.

---

348. *Isidorus Orig. XIX 31, 2:* nimbus est fasciola transuersa [illegible]ix auro assuta in linteo, quod est in fronte feminarum. Plautus: 'qu[illegible]0 magis . . . nimbata est' 350. *Festus Pauli p. 60, 5 (inter glo[illegible]sas Plautinas):* comperce pro compesce dixerunt antiqui. *Bacc[illegible]h. v. 463* conpesce *in codd. est*

---

demundi Stud. vol. I p. 19 Agor.] *pers. om. ABCD sine spati[illegible]is* I die recte *B.* Idie recte *CD* im maximam *B ut v. 52.* i[illegible]m- maximam *C.* in maximam *DFZ* 348. Milphio] *om. CD in princip[illegible]io versus* *Sic A, nisi quod* ASPECTO *et* ESTNIMBATA quo magis ea[illegible]m aspicio *Isidorus* atspecto *B.* aspecto *CDFZ cum A* nimbata [illegible]st *Isidorus.* est nimbata (ninbata *B*) *libri cum A.* est lymphata *Weisius* nugę *BC* merę *C* 349. Adelph.] *pers. om. CD in versus principio* *Sic A, nisi quod* SUSTOLLE Segregas ermonem *B* taedaet *B.* tedet *CDZ* *Agorastoclis pers. restituit Camerarius. spat. ABCD. Milphioni dant FZ* hunc *F* amicultum *C* *Totum versum Agorastocli tribuit Bothius* *V. 350—400 eo ordine edidimus qualem libri exhibent: quos esse turbatos cum iam Meursius Exerc. c. 3 censuisset (sic transponens 350—359. 370—372. 360—363. 374. 365—369. 373. 364 et de reliquis tacens) Ritschelius sic transposuit: 350. 352.* (Quid? ego non te attractem? quid ais *e. q. s.*). *353. 354. 359—364. 357. 358. 355. 356. 370—373. 375. 376. 377—380. 368-369. 365—367. 381—399. 374 et sic Geppertus: 350—359. 370—372. 360—363. 374. 364. 373. 376. 377. 378. 379. 380. 375. 368. 369. 365—367. 381—400. Nos quemadmodum turbas expediendas putemus in praefatione diximus* 350. Adelph.] *pers. om. CD in principio versus* *Sic A* comperta *CDFZ* actractare *F.* attrectare *BCDZ* agorasto cles *C* 351. Agor.] *pers. om. CD in principio versus* *Sic A, nisi quod* FACERE *et* POTEST Adelph.] *sic 'quidam libri' Lambini.* Milph. *cum FZ edd. Gronovio priores omnes. Spat. BCD cum A* SEI *A.* Si *reliqui* (Sisapias *C*) compendi *BCDFZ* potes *FZ.* potest *reliqui*

AGORASTOCLES

Quíd? ego non te cúrem? quid ais, Mílphio?

MILPHIO

Ecce odiúm meum.

Quíd me uis?

AGORASTOCLES

Qur mi haéc iratast?

MILPHIO

Qúr haec iratást tibi?

Qúr ego id curém? nam qui istaec mágis meast curátio?

AGORASTOCLES

Iam hércle tu perísti, nisi illam míhi tam tranquillám facis
Quám mare olimst, quóm ibi alcedo púllos educít suos.

---

356. *Priscianus G. L. II p. 205, 23:* in 'o' correptam, quam tamen ueteres frequenter producunt, latina sunt et, si feminina fuerint g

---

cum A *V. 352—354 insiticii visi Guyeto* 352. *Hunc v. in B excipi versu 218 supra dictum est ad v. 217* *Pers om. CD in principio versus* *Sic A, nisi quod* NUNC Quid? ego *pro* Quid ego *Bothius* non te *Bothius.* nunc te *BCD cum A.* nunc *FZ* non *Acidalius* Quid ais *Acidalius cum A, Lomanus p. 54.* Quid agas *BDZ.* Quid agam *F.* Quid agis *Camerarius* Quid ais . . . . . id curem *(v. 354) om. C, sed ut in ima pagina cum signo huc revocante scripta haec sint:*
Quid me///uis *(t er. Sequ. spat.)* cur mihi hec *(h e corr.)* irata est cur hec mihi irata est
Cur ego id curē namq' istaec *(in contextu supra* istęc*)* magis mea est curatio

Mil.] *spat. BD* 353 QUIDMEUIS#Q*(vel* C*)*URMIHIHAEC . . TAST#QURHAECIRATAESTTIBI *A, incertis eis quae inter* C *et* # *alterum enotamus* Agor.] *spat. CD* Qur *B.* Cur *CDFZ* mihi *libri cum A* hęc *B.* hec *C* irata est *BCDFZ* *Milphionis personam exhibent FZ.* *om. sine spatio BCD* Qur *B cum A.* cur *CDFZ* hęc *B* hec *C* irata est tibi *B cum A.* mihi irata est *CD.* tibi irata est *FZ* tibi irata haec siet *Ritschelius.* tibi haec irata sit *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 200* 354. Q*(vel* C*)* . . . . . M*(dubia)*NAMQUE ISTAECMAGISMEASTCURATIO *A* Qur *B.* Cur *CDFZ* curem? nam qui *Ritschelius* . curem nam? qui *Bothius.* curem namque *libri, nisi quod* namquae *B* istęc *C alt. loco.* istec *D* mea est *BCD.* tua est *sine interrogatione FZ: fortasse vere.* mea est *sine interrogatione defendit Spengelius Plaut. p. 17 et alia ratione Umpfenbachius Philol. vol. 32 (a. 1873) p. 367 sq* curacio *B* 355. Agor | *om. CD in principio versus* IAMHERCLETUPERISTIS/S *incerta*/NISIILLAMMIHITAMTRANQUILLAMFACIS *A* hercule *B* toperisti nisi *D.* tu periisti nis *F* 356. *Sic A, nisi quod* CUM *et* ALCYO olim est *BCDF, Priscianus.* est olim *Z* quom *B.* cum *CDFZ cum A et Prisciano* alcedo *Z ex Prisciano, Fronto.* alcyo *B (*alcyopullos*) cum A.* halcyon *Isidorus.* alycio *CD.* alcyone *F* educit *AFZ, Priscianus, Isidorus.* seducit *BCD.* educat *vel* educet *libri Prisciani aliquot*

MILPHIO

Quíd faciam?

AGORASTOCLES

Exorá, blandire, pálpa.

MILPHIO

Faciam sédulo:
Séd uide sis, ne tu óratorem hunc púgnis pectas póstea.

AGORASTOCLES

Nón faciam.

ADELPHASIVM

Non aéquos in me es: séd morare et mále facis.
Béne promittis múlta ex multis: ómnia incassúm cadunt.
Líberare iúrauisti me haúd semel, sed céntiens:

---

uel d antecedentibus, mutant o in 'i' et accepta 'nis' faciunt genetiuum, ut alcedo, alcedinis. Plautus in Poenulo: 'quam . . . suos', *unde sua hausit Osbernus p. 10. Glossas quae ad* alcedo *spectant attulit Loewius Prodr. p. 272, qui ad hunc Plauti versum ibidem refert Isidori Orig. XII 7, 28 haec:* halcyon pelagi uolucris dicta, quasi oceanea, eo quod in hieme in stagnis Oceani nidos facit pullosque educit: qua excubante fertur extento aequore pelagus silentibus uentis continua septem dierum tranquillitate mitescere et eius fetibus educandis obsequium ipsa natura rerum praebere. *Eodem spectat Fronto p. 225N.:* mare ipsum aiunt, ubi alcedonia sint, fieri feriatum. An alcedo cum pullis suis tranquillo otio dignior est quam tu cum tuis liberis? 357. *Nonius p. 104, 7:* expalpare, elicere. Plautus Poenulo: 'quid . . . expalpa'

---

357. *Sic A, nisi quod* EXORA *et* SEDULO Milphio] *spat. CD* Agor.] *spat. BCD* xora *B* palpa *A*. expalpa *reliqui cum Nonio, qua scriptura adscita fortasse* Exora, exblandire, expalpa *scribendum erit* Milphio] *om. BCD sine spatiis* 358. SET*(min. prob.* D*)*UIDESISNETUORATOREMHUNCPUGNISPECTASOMNIA *A* uides is *B*. uidesis *D* metuoratorem *C*. ne tuoratorem *D* pugnis pectas *Camerarius cum A*. pugni spectas *BC (g ex* n*) D*. pugnis plectas *FZ* 359. Agor.] *om. CD in principio versus* NONFACIAM#NONAEQUOSINMEESSETMORARE*(vel* I*)*ETMALEFACIS *A* Adelph.] *spat. BCD* Non aequos in me es: sed *Spengelius Plaut. p. 14 cum A*. non aecuius in me esset *BD*. non ae cuius in me esset *C*. eamus nunc etiam *FZ* Nos eamus, nunc etiam morare. Agor. Male facit *Camerarius et sic interpungens:* eamus. nunc etiam morare? *Lambinus.* Nos eamus nunc. etiam morare? malefacis *Acidalius.* Mil. Non? aequius in me sit. Agor. morare. Adelph. i, male facis *Bothius.* Milphio. Non aequom in me esset: te morare et male facis *Geppertus* malefacis *C* 360. *Adelph pers. praem. FZ: om. Pylades, Acidalius Sic A, nisi quod* INCASSUMCADUNT exmultis *C* multa ex multis: omnia *Z cum pedisequis, Kampmannus de EX praep. p. 21.* multa, ex multis omnia *Gulielmius Quaest. c. 1, Bentleius* 361. *Sic A, nisi quod pers. spat. ante* SED Liberaret *CD* iura uis te *BCD* sed centiens *Camerarius cum A*. sedent lens *B*. sed deciens *CD*.

Dúm te exspecto, néque ego usquam aliam míhi paraui cópiam,
Néque istuc usquam appáret. ita nunc sériuio nihiló minus.
Í, soror. abscéde tu a me.

AGORASTOCLES

Périi. ecquid ais, Mílphio?

MILPHIO

Méa uoluptas, méa delicia, méa uita, mea amoénitas,
Méus ocellus, meúm labellum, méa salus, meum sáuium,
Meúm mel, meum cor, méa colustra, méus molliculus cáseus.

AGORASTOCLES

Méne ego illaec patiár praesente dici? discruciór miser,
Nísi ego illum iubeó quadrigis cúrsim ad carnuficém rapi.

MILPHIO

Nóli, amabo, súscensere eró meo causá mea.

---

365. *Gellius N. A. XIX 8, 6:* quando Plautus, linguae latinae decus, deliciam quoque ἑνικῶς dixerit pro deliciis: 'mea' inquit 'uoluptas, mea delicia' *Nonius p. 100, 19:* delicia, numero singulari: quod aut rarum est aut singulare. Plautus: 'mea uoluptas, mea delicia' 367. *Grammaticus de dub. nom. (Gr. l. V p. 576, 1):* colustrum generis neutri, ut Martialis . . . et Plautus *(fort. cum Keilio:* sed P. generis feminini*)*: 'meum mel, mea colustra'

---

sed decies *FZ* *V. 362 sq. del. Langrehr de Plauti Poenulo p. 19* 362. *Sic A, nisi quod* NEQ-EGO expecto *BCD* ego *Geppertus cum A. om. libri praeter A* aliam usquam *Bothius* 363. *Sic A, nisi quod* APPARET *et* SERVIONIHILO usquam *ex* usquem *B* nihil ominus *CD* 364. *Sic A, nisi quod* AISMILPHIO *Ante* Isoror *(ita C) spat. CD* ame *C* Agor.] *pers. om. BCD sine spatiis* ecquid *Bothius cum A.* ec quid *B.* eo quid *CDZ.* eho quid *F, Camerarius* ais *Geppertus cum A.* agis *reliqui. Cf. Fleckeisenus Exerc. Pl. p. 18* 365. Milphio] *spat. CD* *Sic A, nisi quod* MEAEDELICIAE *et* AMOENITAS mea delicia *F, Gellius et Nonius.* meae deliciae *BZ cum A.* meę deliciae *C.* meae delitiae *D* meauita *D* amęnitas *D.* amenitas *B* 366. *Sic A, nisi quod* OCULUS *et spat. ante* MEUMSAUIUM suauium *F* 367. MEUMMEL ♯ MEUMCORMEACOLUSTRAMEUSMOLLICULUSCASEUS *A* meum mel] meum mei *B* colustra *BF cum A et scriptore de dub. nom.* collustra *CDZ.* colostra *Taubmannus* meum mel mea colustra *grammaticus de dub. nom.* molliculus *ex* colliculus *B* caseus *ex* cases *D* 368. *Pers. om. CD in versus principio* MENEEGOPRAESENTEPATIARILLAECDICIDISCRUCIORMISER *A* Me ne *B* illec *CD* paciar *B* presente *BC* Men praesente ego illaec patiar *Bombe de abl. abs. p. 34* praesente illaec patiar *Guyetus fortasse recte* discrutior *CD* 369. NISIEGOILLUMIUBEOQUADRIGISCURSIMADCARNIFICEMRAPI *A* quadragis *C* carnificem *libri cum A* 370. Milphio] *pers. om. CD* *Sic A, nisi quod* NOLI succensere *D*[1] ere *C* iam ero meo *vel* iam meo ero *Muellerus Pros. Pl. p. 565* causam *B*

Égo faxo, si nón irata es, aés nimium pro té dabit
Ác te faciet út sis ciuis Áttica atque líbera.

ADELPHASIVM

Quín abire sínis?

MILPHIO

Quin, tibi qui béne uolunt, bene uís item?
Si ánte quid mentítust, nunciám dehinc erit ueráx tibi.
Síne te exorem, síne prehendam aurículis, sine dem sáuium.

ADELPHASIVM

Ápscede hinc sis, sýcophanta pár ero.

---

371. EGOFAXOSINONIRATAES(ES *incertae*) .... IU(*vel* A)MPROTEDABIT *A ita, ut in lacuna* MUNIC *(2 litt. etiam* O, *4* T *vel* E, *5* G *vel* B *esse possunt) scriptum esse videatur* Ego faxo si non irata es *membranae Turnebi Advers. XV 6: item BCD, nisi quod* sino nirata *B,* siñ irata *D.* Adelph. Ego faxo sine. Milphio. Irata es *FZ, Muretus Var. lect. XVII 17.* Si non ego faxo irata es *Gronovius* aes nimium *(vel* is nimium*) Rostius Opusc. p. 182: cf. Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 458.* nin nium *B, Turnebi Adv. XV 6 membranae* (ninnium), *ubi quid lateat nescimus.* nimium *CD et cum* irata es *constructum FZ. In A quid fuerit dubium.* nimium, argentum *Camerarius.* numulum *Turnebus.* nihilum non *Geppertus.* '*Fuit cui* nummum satis *vel* ninis nummum *in mentem veniret*' *Ritschelius* aes pro te nimium dabit *Muellerus Pros. Pl. p. 585* prote *B* *V. 372—373 ut insiticios Guyetus notavit* 372. ATQUETEFACIETUTSI*(min. prob.* E)E*(vel* I)S-CIUISATTICAATQUELIBERA *A* Ac *Bothius.* Atque *libri cum A* Atque faciet *Spengelius Plaut. p. 78* seis *Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 769* 373. Adelph.] *om. CD in versus principio* QUINAB- *(min. prob.* D)IRESINIS‖QUINTIBIQUIBENEUOLUNTBENEU— *(*ENEU *incertae) A* Quin adire sinis qui lu tibi qui *B.* Quin adire sinis qui ui tibi *(spat.)* qui *D, nisi quod* abire *et* uis D^4. Quin adire sinus qui *(spat.)* tibi *(spat.)* qui *C.* Quin abire sinis. quid uis tibi qui *FZ* uolt *pro* uolunt *Bothius* bene uis item *Turnebus Adv. XV 6.* bene /// *(*u *cr.)* uisitem *(*s *ex* u*) C.* bene uisitem *BD, quod Bothio placuit.* bene uisitent *FZ, Muretus Var. lectt. XVII 17.* bene usui sient *Pistoris.* benefici sient *Lipsius Epist. I 15* 374. *Person. Milphionis praemittit B* *Sic A, nisi quod* TIBI Siante *C* quidem entitus sit *B.* quidem mentitus sit *CDFZ* (mentibus). quidem mentitus est *Camerarius.* quidem mentitust *Bothius* nunc iam *libri.* at iam *vel* at nunc *Ritschelius* dehinc *(*c *s. v.) D* erit uerax *m. 2 ex* uerax erit *D* mentitus est, dehinc uerax tibi erit nunciam *Muellerus Pros. Pl. p 107* *V. 375—376 hoc ordine A, inverso reliqui: verum perspexit sine libris Lomanus p. 58* 375. *Sic A, nisi quod* AURIS *et* SAUIUM Milph. Sine *FZ* prehendam *BCDF cum A.* te prendam *Z* auriculus *C* sauiumi *B.* suauium *F* 376. Adelph.] *om. CD in principio versus* Apscede hinc *B cum A.* Aspice dehinc *CD.* Abice te dehinc *F et, nisi quod* Abiice, *Z.* Abige te hinc *Bothius* sycophanta par ero. Milph. At scin *Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 279.* SYCOPHANTAPARERO‖ATSCIN

MILPHIO

At scin quómodo?
Iam hércle ego faciam plórantem illum, nísi te facio própitiam;
Atque hic ne me uérberetum fáciat, nisi te própitio,
Mále formido: nóui ego huius móres morosí malos.
Quam ób rem amabo, méa uoluptas, síne te hoc exorárier. 380

AGORASTOCLES

Nón ego homo trióboli sum, nísi ego illi mastígiae
Éxturbo oculos átque dentis. ém uoluptatém tibi:
Ém mel: em cor: ém labellum: ém salutem: em súuium.

A. sicophanta parero at sin *BCD, nisi quod* pareo *C*, scin D^4. sicophanta. Milph. parero. Adelph. at scin *F et, nisi quod* par eo, *Z: quod Rostio Opusc. p. 141 placuit.* pareo. Agor. at scin *Bothius.* sycophanta. Milph. Parebo. at scin *duce Scioppio Susp. lect. IV 15 Ritschelius* 377. IAMHERCLEEGOFACIAMPLORATILLUMNISITEFACIO . . . . . AM *A* hercle *Bothius cum A.* hercule *(ex* hercle *C) raro exemplo BCDFZ* nisi te *in ras. C* facio propitiam *Camerarius cum A.* propitiam facio *reliqui, nisi quod* propiciam *BCZ* 378. ATQ HICNEMEUERBERETILLUMFACIATNISITEPROPI— *A* me ne *libri praeter A* uerberetum faciat *scripsimus.* uerberet illum faciat *BCD* (neuerberet) *cum A.* nerberet illud faciat *FZ, Leidensis academicus. unde hanc constructionem* uerberet (illud faciet, nisi te propitio), Male formido *Muretus l. s. s. et Acidalius commenti sunt.* uerberalem faciat *Ritschelius duce glossa noricia Onomastici Vulcan. p. 160* uerberalis: *μαστιγίαι (sic pro μαστιγίας), quae ad Aul. v. 633 corruptam lectionem* uerberalissime *spectat.* uerberabilem *fecit Gronovius.* uerberet, hilum faciat *Scaliger,* ilum *in 'v. c.' esse testans.* uerberullum faciat *Bothius olim,* uerbered hillum f *idem postea. In* uerberetillum *latere voc. ridiculam suspicatur Fleckeisenus Nov. ann. vol. 61 (a. 1851) p. 38.* ueruecillum faciat *Geppertus* propicio *Z* 379. *Sic A, nisi quod* MOROSMALOS mores morosi malos *Camerarius.* mores moros i malos *B.* mores mores malos *CD.* mores malos *FZ.* mores morose malos *Salmasius.* mores moros et malos *Guyetus, Bothius falso de B testimonio Scioppii confisus* 380. QUAMOBREMMEAUOLUPTASSINEHOCEXORARIER *A* Quam obrem *C.* Quamobrem *D* me *B* te hoc *Ritschelius, Geppertus: cf. Ritschelius Nov. exc p. 38, Muellerus Pros. Pl. p. 735 et Nachtr. 116.* HOC *A.* te *reliqui.* ted *Guyetus, Bergkius Beitr. p. 51.* tu te *Umpfenbachius Melet. Pl. p. 29* a *in* exorarier *e corr. B* 381. Agor.] *spat. CD* *Sic A, nisi quod* EGOILLIMASTIGIAE triobili *C* illi mastigiae *ras. ex* [illegible] s [illegible]tes *C* 382. *Sic A, nisi quod* ATQ DENTE(*vel* IS *et* TIBI ex turbo *D* adque *B* dentes *BCDFZ* hem *FZ* uoluptatem *C* 383. *Sic A, nisi quod* MEL *et spat. ante* EMSALUTEM Hem *constanter hoc versu CDFZ* labellum] colostram *Bothius.* uoluptatem *Muellerus Pros Pl. p. 570* saulum *B*

MILPHIO

Ímpias, ere, te: óratorem uérberas.

AGORASTOCLES

Iam istóc magis:
Étiam ocellum addam ét labellum et línguam.

MILPHIO

Ecquid faciés modi?

AGORASTOCLES

Sícine ego te oráre iussi?

MILPHIO

Quó modo ergo orém?

AGORASTOCLES

Rogas?
Síc enim dicerés, sceleste: huiús uoluptas, te ópsecro,
Huíus mel, huius cor, huíus labellum, huiús lingua, huius sáuium,

---

384. *Donatus ad Hec. prol. II v. 1:* orator ad uos uenio] oratorem audire oportere ius gentium est: oratorem non licet iniuriam pati . . . Plautus: 'impias . . . uerberas'

---

384. Milph.] *spat. CD* *Sic A, nisi quod* IMPIASERE *et* ISTOC Impias ere te *B cum A, Turnebus Adv. XV 6.* Impia secrete *CD, Donatus.* impie siccine *Z.* impie sic *F.* impias herile *ret. cod. Scaligeri, unde is* Impiasti te Agor.] *pers. om. B, item in r. principio CD* 385. ETIAMOCELLUMADDAMETLABELLUMLINGUAM#-ECQUIDFACIESMODI *A* Et iam *BC, et sic scribebatur ante Bothium* addas *FZ* labellum] nasellum *Guyetus* et *ante* linguam *om. A, unde* lingam *Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 62* tenellam linguam *Geppertus* *Milph. pers. add. Camerarius. spat. B cum A: om. FZ, in principio v. CD* ec quid *B.* eo quid *CDZ.* eho quid *F* facias *Z* modo *F.* malo *Z* 386. *Sic A, nisi quod* EGO *pro* ERGO Siccine *F* orares *BC.* oratores *D.* orare *FZ cum A* *Pro Milph. et Agor. personis spat. BCD* quomodo *B* 387. *Sic A, nisi quod* SIC *et* HUIUSVOLUPTAS sceleste, st *e corr. C.* sceleste, eri huius *Muellerus Pros. Pl. p. 565* obsecro *libri praeter A* *V. 388—391 tractat Schmidtius de dem. pron. form. p. 62 sqq., qui v. 388 sq. tales esse vult:* Huius deliciae, huius salus, huius uita, huius festiuitas ‖ Huius mel, huius cor, huius ocellus, huius labellum, huius sauium 388. HUIUSMELHUIUSCORHUIUSLABELLUMHUIUSLINGUA *et in proprio versu* HUIUSSAUIUM *A* huiusce *Geppertus* salum *B.* suauium *F* *V. 389 sq. tales sunt in A:*

HUIUSDELICIAEHUIUSSALUSAMOENAHUIUSFESTIUITAS
DVLCICVLVSCASEVS
HUIUSCORHUIUSSTUDIUMHUIUSSAUIUMMASTIGIA

tales autem in B:

Huius colustra huius salus amoena huius festiuitas
Huius colustra huius dulciculus caseus mastigia
Béne uale igitur. te áduocatos méliust celeris dúcere:
Tárdi sumus nos.

AGORASTOCLES

Óptume itis, péssume hercle dícitis.
Quín etiam decíderint femina uóbis in talós uelim.

ADVOCATI

Át edepol tibi nós in lumbos línguam atque oculos ín solum.

AGORASTOCLES

Heía, haud uostrumst íracundos ésse, quod dixí ioco.

ADVOCATI

Néc tuom quidémst amicis pér iocum iniusté loqui.

AGORASTOCLES

Míttite istaec. quíd uelim uos, scítis.

ADVOCATI

Callemús probe:
Lénonem ut periúrum perdas, íd studes.

567. Agor.] *spat. CD* cursim est *libri, nisi quod* etcursimest *iungit C* properate *F.* properat *Z.* propere *Bentleius.* et properam *Acidalius* potest *ex* potē *ut vid. C* tam properate quam potis *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242* *Versum del. Langrehr p. 19* 568. Adu.] *spat. CD* aduocatus *BCDZ* meliust *Ritschelius, Geppertus.* melius *libri* 569. *Spat. ante* Tardi *D* Agor.] *spat. C: om. D* optime *libri* pessime *BCD* pessime itis, optime hercle *Acidalius: contra quem Rostius dixit Opusc. p. 143* 570. femina uobis *Ritschelius, Muellerus Pros. Pl. p. 604.* uobis femina *BCD, et nisi quod* foemina, *Z.* uobis femura *F.* uobis feminora *Loewius Act. soc. phil. Lips. vol. IV p. 346.* uobis flemina *Pius, Meursius cap. 4, Dousa fil.* uobis fulmina *Geppertus* intalos *BC* Velim (Vel *in ras.) C* 571. Adu.] *spat. CD* At ędepol *Z.* Aedepol *B* tibi nos *Bothius, Reizius.* nos tibi *libri: cf. Mahlerus de pron. colloc. p. 11* inlumbos *C* atque] at *C* insolum *C* 572. *Ab hoc v. accedit A* -RVMSTIRACVNDOSESSEQVODDIXIIOCO *(initio inextricabili, ut tamen spatium velut* eihauduost, *non* heiahauduost *capiat) A* Agor.] *spat. CD* Eia *Z.* Eya *F* aut *CD* uostrum st *CD.* uostrum////st *B.* uostrum est *FZ* ira cundos *B* 573. Adu.] *spat. CD* —VVMQVIDEMESTAMICISPERIOCVMINIVSTELOQVI *A, ubi* net *ante primam locum habent* NE *videtur A habuisse* tuum *libri cum A* quidem est *libri cum A* 574. MITTEISTE- *(omnia praeter* M *et* S *incertissima)*CQVIDVELIMVSSCITIS#CALLEMVSPROBE *A* Ag.] *spat. CD* Mittite *ex* Mittitae *B* istęc *C* uelim uos *libri praeter A, ubi* uelim, uos *interpungebatur ante Bentleium et Bothium* Adu.] *om. CD in principio versus* 575. LENONEMVTPERIVRVMPERDASIDSTVDESTENETISREM *om. spatio A* Leonem *B* ut periurem *B.* periurum ut *CDFZ* studeas *CDZ*

AGORASTOCLES

Tenétis rem.) 575

Eúge opportune égrediuntur Mílphio una et uílicus.
Básilice exornátus cedit ét fabre ad falláciam.

MILPHIO. COLLABISCVS. AGORASTOCLES. ADVOCATI

MILPHIO

Iám tenes praecépta in corde?

COLLABISCVS

Púlcre.

MILPHIO

Vide sis cálleas.

COLLABISCVS

Quíd opust uerbeis? céllum aprugnum céllere aeque nón sinam.

MILPHIO

Fác modo ut condócta tibi sint dícta ad hanc falláciam. 580

COLLABISCVS

Quín edepol condóctior sum quám tragoedi aut cómici.

579. *Nonius p. 258, 10:* callet etiam dictum a callositate . . . Plautus . . . in Poenulo: 'quid . . . sinam'

Agor.] *II B. om. C D in principio versus* 576. EUG(U *non prorsus,* G *parum certa)*EOPPORTUNEEGREDIUNTURMILPHIOUNAET *reliquis inextricabilibus A* Euge *ut vid. A.* Ecce *reliqui, quod recte impugnat Langenus p.* 4 oportune *B C D* egrediuntur *D ita, ut inter* g *et* r *nescio quid superscriptum sit* miphilo *C* 577. *In A haec legi potuerunt:* BASSILICEEXORNATU(TU *incertae)* Basilico exornatu *Hermannus* cedit *Bothius.* incedit *libri* frabre *C* ad fallatiam *B D.* adfallatiam *C* Milphio collabiscus agorastocles *subicit B tamquam integro versu comprehensa*

Act. III sc. 2 COLLYBISCVS *in medio versu A: praecessisse videtur* MILPHIO, *secutum esse* AGORASTOCLES *probabile, sed nihil servatum.* SERVOS VILICUS ADVLESCENS ADVOCATI C. *B. om. C D*[1] *spatiis relictis.* Milfio seruus collabiscus uillicus agorastocles adolescens aduocati *D*[3] *Harum quattuor personarum notis B his utitur: B Θ A H*

578. Milph.] *om. C D Sic A, nisi quod* PRAECEPTA *et* PULCHRE iam *cum spat. init. C* precepta *B C* incorde *C Pro personarum notis pergunt spatia vacua exhibere C D, quod non notabimus: spatiis carere initia versuum (de quibus v. praef.) consentaneum* pulchre *libri cum A* 579. QUIDOPUSTUERBEISCALLUMAPRUGNUMCALLEREAEQUE *et in proprio v.* NON (ON *incertae) reliquis inextricabilibus A* opus si *B C D*[1]. opus est *F Z.* opus *Nonius, D*[4] apugnum *B C D.* aprunum *Nonius.* apri ulum *F* 580. *Sic A, nisi quod* CONDOCTATIBI condocta *B cum A, membranae Turnebi Adv. XV 7, Palmerius Spicil. p. 660.* conducta *C D F Z* fallatiam *B C D* 581. *Sic A, nisi quod* QUAM condoctior *B cum A, membr. Turn., Palm.* conductior *C.* indoctior *D F Z* tragoedi aut comici *Camerarius cum A.* tragoedia utcomici *B.* ut tragoedia comici *C D.* in tragoedia comici *F Z*

MILPHIO

Próbus homost.

AGORASTOCLES

Adeámus propius. ádsunt testes.

MILPHIO

Tót quidem
Nón potuisti addúcere homines mágis ad hanc rem idóneos:
Nam ístorum nullús nefastust, cómitiales súnt meri:
Íbi habitant, ibi eós conspicias quám praetorem saépius.
Hódie iuris dóctiores nón sunt, qui lités creant,
Quam hí sunt, qui, si níhil est quicum lítigent, lités emunt.

ADVOCATI

Deí te perdant.

MILPHIO

Vós quidem hercle. quóm eo quom quiquí, tamen

---

582. PROBUSHOMOST#ADEAMUSPROPIUSADSUNTTESTESTOTQUIDEM *A* Brobus *B* homo est *BCDZ.* homo es *F, Acidalius* Adeamus *Gruterus cum A.* Adeam *CFZ.* Ad eam *BD* proprius *BC* ad sunt *BC Pers. om. Z* Pol quidem *Leidolphus de Festi Paulique locis Pl. p. 231* quidem *praeter* m *in ras. C* 583. NONPOTUISTIADDUCEREHOMINE*(vel* I*)*SMAGISADHANCREM *(reliqua quae legi non possunt in proprio fuerunt versu) A* adhanc (n *sup. scr.) C* 584. NAMISTORUMNULLUSNEFASTUSESTCOMITIALESSUNTMERI *A* istorunc *Geppertus iure explosus a Schmidtio de dem. pron. form. p. 71* nefastust *DZ.* nefastus st *BC.* nefastus est *F cum A* 585. IBIHABITANTIBIEOSCONSPICIASQUAMPRAETOREMSAEPIUS *A* habitabant *DFZ: corr. Pylades* eos (o *sup. scr.) C* prętorem *ex* prętorum *C.* prętorem *B.* pretorem *D* sepius *BCD* 586. HODIEIURISCOCTIORESNONSUNTQUIL . . . . CREANT *A* iuris *B. om. CDFZ* doctiores *FZ.* coctiores *BCD: 'quod qui defenderunt, ut Turn. Adv. XV 7, debebant saltem* coctioris' *Ritschelius* creent *Bothius* 587. *Sic A, nisi quod* SINIHIL *et* EMUNT hi sunt *(ex* sint*) B* nullust *Ritschelius.* nemost *vel* non est *Kienitz de 'Qui' p. 559* quicum litigent, lites emunt *ex A Ritschelius, Geppertus.* litium lites semunt *BCD, nisi quod* semunt *ex* semunt D^3. litium lites serunt *FZ.* litium, lites emunt *Turnebus.* ipsis litium, lites emunt *commemorat Kienitz l. s. s.* emunt *e 'v. c.' adscripsit etiam Scaliger. Abusus est hoc v. Lachmannus in Lucr. I, 159: quem haud pauci secuti sunt* 588. *Sic A, nisi quod* PERDANT *et* CUME*(vel* T, P, I*)*OC*(*C *incerta)*UMQUIQUITAMEN Di te *(*Dite *B) libri praeter A* equidem *F* quo meo quumqui qui tamen *B: cf. v. 536.* quo meo quom qui qui tamen *C (*meo, o *ex* do*) D*[1] *(*quom eo *D*[4]*).* commendo quom qui qui tamen *Z.* commendo quiqui tamen *F.* quamquam, quiqui estis, tamen *Ritschelius.* quo modo cumque qui tamen *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242,* quo modo cumque, qui tamen *Pennigsdorf de 'quisque et quisquis' p. 12 sq. post Bentleium.* cum eo, cum quiqui *vel rectius* commodum quiqui tamen *Kienitz de 'Qui' p. 564.* quiquomque estis nunc tamen *idem Ritschelius.*

Ét bene et benígne facitis, quóm ero amanti operám datis.
Séd isti iam sciúnt, negoti quíd sit?

AGORASTOCLES

Omnem rem órdine.

MILPHIO

Túm uos animum aduórtite igitur. húnc uos lenoném Lycum
Nóuistis?

ADVOCATI

Facile.

COLLABISCVS

Át pol ego eum, quá sit facie, néscio:
Eúm uolo mihi démonstretis hóminem.

ADVOCATI

Nos curábimus.

Sátis praeceptumst.

AGORASTOCLES

Híc trecentos númmos numeratós habet.

ADVOCATI

Érgo nos inspícere oportet ístuc aurum, Agorástocles,
Vt sciamus quíd dicamus móx pro testimónio.

COLLABISCVS

Ágite inspicite.

ADVOCATI

Aurúmst profecto hoc, spéctatores, cómicum:

---

cum eo. quiqui tamen *Lipsius Ant. lect. II 19. cf. Turnebus Adv. XV7.* quomodocunque qui tamen *Gruterus.* aequum quom quiqui tamen *et praeterea* hercule *Gronovius.* cum meo domino, qui tamen *Rostius Opusc. p. 311.* Adu. Quomodo? Milph. Quin, quiqui tamen *Bothius, Brixius Quaest. pros. p. 28. Non felicius desudaverunt Palmerius, Acidalius, Pareus.* commodum quiqui tamen *Geppertus* 589. *Sic A, nisi quod* FACITIS quomero (m *in ras.*) *B.* qum ero *CD* 590. *Sic A, nisi quod* SIT#OMNEINORDINEM negotii *BCD* omnem rem ordine *Camerarius.* omnem in ordine *BCD*^{1}, *nisi quod* inordine *C.* omne in ordine *F.* omnem ordine *D*^{1}. omnem ordinem *Z.* rem omnem in ordine *Ussingius* quid siet. Adu. Omne ordine *dubitanter Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 299* 591. *Pers. om. Z Sic A, nisi quod* HUNC *et* LYCUM aduertite *B* 592. *Sic A, nisi quod* POL *et* SIT *et* NESCIO Coll.] *B B* ego pol *Z* cum *F* quasi sit *Z: corr. Pius* 593. *Sic A, nisi quod* MIHIUOLO Enim *Bothius, Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242* 594. *Sic A, nisi quod* PRAECEPTUMST praeceptum *BFZ.* preceptum *CD* 595. *Sic A, nisi quod* ISTUCAURUMAGORASTOCLES aurum *ex* auram *D* agorastodes *B* 596. *Sic A, nisi quod* SCIAMUS *et* MOXPROTESTIMONIO protestimonio (pro *ex* pre) *C* 597. Θ = Collabiscus *praem. B. om. pers. sine spatiis CD.* Agor. *FZ Sic A, nisi quod* AURUMESTPROFECTOHI(*vel* E)C *H* aurum est *B.* aurum est *CDFZ* Coll. Profecto *FZ* aurum. Coll. Est profecto *Acidalius*

Mácerato hoc píngues fiunt aúro in barbariá boues.

COLLABISCVS

Vérum ad hanc rem agúndam Philippumst.

ADVOCATI

Íta nos adsimulábimus.

COLLABISCVS

Séd ita adsimulatóte, quasi ego sím peregrinus.

ADVOCATI

Scílicet.

Ét quidem quasi tú nobiscum aduéniens hodie oráueris,
Líberum ut commóstraremus tíbi locum et uoluptárium,
Vbi ames, potes, pérgraecere.

MILPHIO

Eu édepol mortalís malos.

AGORASTOCLES

Égo enim docui.

MILPHIO

Quís te porro?

COLLABISCVS

Agite íntro abite, Agorástocles,
Ne híc uos mecum cónspicetur léno neu fallácíae

---

hoc, spectatores *Ritschelius, Geppertus duce A.* spectatores *libri praeter A* comicum] nimirum *F* 598. *Sic A, nisi quod* AUROIN bobes *C* 599. *Collabisci pers. praem. Ritschelius: om. libri* UERUMADHANCREMAGUNDA*(*A *incerta)*MESTPHILIPPUMESTITANOS *et in proprio versu* ADSIMULEMUS *A* adhanc *C* remagundam *B.* rem agin dam *C* philippum est *BCD.* philippeum est *FZ* Adu.] *om. BCD cum A* assimulabimus *BCF.* assimilabimus *DZ* 600. SEDITAADSIMULATOTE*(vel* I*)*QUASIEGOSIMPEREGRINUS#SCILICET *A* assimulato te BD^1 *(coni. m. 4).* assimula tote *C* Adu.] *spat. om. CD in principio versus* 601. *Sic A, nisi quod* ET *et* NOBISCUM *et omisso* HODIE quidem *om. Z* nobis cum *C* nobiscum quid adueniens *Z* 602. *Sic A, nisi quod* TIBI *habet et in fine praeter* UOLUPT *legi nil potest* librum *C* commostraremus *FZ cum A.* commonstraremus *reliqui* 603. UBIAMESPOTESPERGRAECERE#EDEPOLMORTALE*(vel* I*)*SMALOS *A* amans posses *FZ* pergraecere *B cum A.* pergere *reliqui* amans posses pergraecari *iam Valla coniecit Milphionis pers. exhibent FZ: om. sine spatiis in versus principio CD.* Θ *B non inepte* Eu edepol *BCD, Bentleius, Langenus p. 199.* Heu edepol *FZ.* Edepol *Ritschelius ex A* mortales *BCDFZ* 604. *Ab hoc v. usque ad v. 634 deficit A Agorastoclis et Milphionis pers. om. C sine spatiis* Quiste *C* ago rastocles *et spat. ante eam vocem D.* agorastodes *B* 605. Nec *ante ras. B* conspicietur D^1. conspiciatur D^4 lenoneu *B* fallatiae *BD.* fallacię *C*

Praépedimentum óbiciatur.

ADVOCATI

Híc homo sapientér sapit.

Fácite quod iubét.

AGORASTOCLES

Abeamus. ét uos: satis dictúmst.

ADVOCATI

Abi.

AGORASTOCLES

Ábeo. quaeso

ADVOCATI

Di ímmortales, quín abis?

AGORASTOCLES

Abeó.

ADVOCATI

Sapis.

COLLABISCVS

Śt,

ADVOCATI

Quid est?

COLLABISCVS

Fores haéc fecerunt mágnum flagitiúm modo.

ADVOCATI

Quíd id est flagití?

---

606. Prepedimentum *BCD* obiiciatur *FZ* *In proximis usque ad v. 609 advocatis tribuit Ritschelius duce ex parte B, quae vel Milphioni vel Collabisco FZ* A Hic *B.* Milph. Hic *FZ: cf. etiam Seyffertus Stud. Pl. p. 3* homo] domo *CDF* Agor. Hic . . . sed uos. Adu. Satis *Ussingius* 607. Facite *B: item (Milphioni continuans) Taubmannus.* Agor. Facite *FZ* iubet. Agor. Abeamus *Aldina, Acidalius.* lubet. Abeamus *FZ.* lubet habeamus *BCD.* lubet. Agor. Abeamus *Angelius.* iubet, abeamus *Camerarius* et uos *Seyffertus l. s. s.* set uos *B.* sed uos *reliqui.* ecqui hoc *Geppertus* dictunst. Coll. abi *Z et, nisi quod* dictum est, *F.* dictumst *(*dictum st *B)* abi *BCD, nisi quod* dictum stabi *CD* sed uos, satin dictumst? Adu. Abi *Ritschelius* 608. *Verba* Quaeso — abis *Collabisco dat Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870). p. 776* quaeso Coll. Di immortales, quin, *Bothius.* queso dii mortales *H* quin *B et sine personae nota (sed cum spatio) CD.* dii mortales. Coll. quin *Z et, nisi quod* dii immortales, *F* *Advocatis tribuit* Sapis *Ritschelius: Milphioni B. spat. CD* si sapis *F* *Hunc v. in B excipere v. 480 — 546 supra dictum est* 609. St! *Geppertus.* Si tace *(*Sitace *C) BCD.* At at *F.* Phi tacè *Z.* St, tace *Camerarius:* St *in proprio versu collocat Ritschelius* quidest *C* Coll.] *Sic FZ.* A *praem. B* fores hi *B.* fores hę *C.* fores hae *DFZ: cf. Schmidtius de dem. pron. form. p. 44 sqq.* hae *Bothius.* fores *om.* hae *Guyetus* fecerint *B (in litura) Z* 610. id *Acidalius. om. libri* flagitii *libri*

COLLABISCVS

Crepuerunt cláre.

ADVOCATI

Di te pérduint.

Póne nos recéde.

COLLABISCVS

Fiat.

ADVOCATI

Nós priores íbimus.

COLLABISCVS

Fáciunt, scurrae quód consuerunt: póne sese hominés locant.

AGORASTOCLES

Íllic homost, qui egréditur.

COLLABISCVS

Leno bónus est: nam similís malist.
Iám nunc ego illic égredienti sánguinem exsugám procul.

LYCVS. ADVOCATI. COLLABISCVS

LYCVS

Iam ego istúc reuortar, míles: conuiuás uolo
Reperíre nobis cómmodos, qui uná sient.
Intéribi attulerint éxta, atque eadem múlieres

Dite *BC* perdiunt *BZ*. perdant *F* 611. priores *(alt.* r *e corr.) C* 612. Faciun *B* scurrę *B*. scurre *D* quod consuerunt *Pylades Bentleius*. quod consueuerunt *(*quodconsueuerunt *C) libri* pones esse [illegible] 613. Heic *Geppertus* Quis illic *deleto* leno *Scaliger* homo est *libri* qui egreditur. Coll. Leno bonus *Ritschelius*. qui egreditur *(*quiegreditur *C)* leno. Coll. *(D spat. C spat. om.)* Bonus *libri* similis malist *Ritschelius Opusc. vol. II p. 572*. similis malus est *CD (super* e *apex) FZ*. similis est *B*. similis malo est *Camerarius* bono nam similis est malus *'in priscis exemplaribus' esse scribit Pius* 614. ego illic *Ritschelius, Luchsius Hermae vol. VI (a. 1871) p. 276*. ego illi *libri*. illi ego *Guyetus* Iam ego nunc illi *Bothius* ex sugam *B*. exugam *F* procul] probe *Muellerus Pros. Pl. p. 598* Lycus collabiscus. *subicit B* *Actus III sc. 3* LENO ADVOCATI VILICVS DV *B*. *om. C (uno v. vacuo: in extremo margine videtur* M *scripta esse) D*[1]. LICVS LENO ADVOCATI COLLABISCVS VILLICVS II *D*[3] · *In ipsa scaena Θ E H notis Collabisci, Lyci, Advocatorum personas indicat B* 615. am *cum spat. init. C* ego istuc *Bothius olim.* istuc ego *libri*. huc ego *Bothius postea, Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 776*. istuc *Pareus tert.* reuotar *B*. reuortor *C* 616. Repperire *BCZ* qui *B. om. reliqui* 617. Interim *F* attulerunt *CDZ* adque *B*

Iam ab ré diuina crédo apparebúnt domi.
Sed quíd huc tantum hominum incédunt? ecquidnam ád-
ferunt?
Et illíc chlamydatus quísnamst qui sequitúr procul?

ADVOCATI

Aetóli ciues té salutamús, Lyce:
Quamquám salutem férimus inuití tibi.

LYCVS

Fortúnati omnes sítis: quod certó scio
Nec fóre nec Fortunam íd situram fíeri.

ADVOCATI

Istic ést thensaurus stúltis in linguá situs,
Vt quaéstui habeant mále loqui melióribus.

LYCVS

Viám qui nescit, quá deueniat ád mare,
Eum opórtet amnem quaérere comitém sibi.
Ego mále loquendi uóbis nesciuí uiam:
Nunc uós mihi amnes éstis: uos certúmst sequi.

---

618. abre diuuia *C.* abrediuiua *BD*^{1}. ab re diuina *D*^{4} 619. ec quidnam *C.* ec quid nam *D.* et quidnam *B* ad ferunt *B.* afferunt *FZ* *Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 399* 620. illic *Bothius.* ille *libri.* chlamidatus (h *ex* li, t *ex* r) *B.* clamidatus *CD* quisnam (quis nam *BD*) est *libri* qui sequetur *BD*^{1} (*corr. m. 4*). quisequetur *C* 621. *H B praem. om. CDFZ* Aetoli ciues te *Gruterus.* Aetolici ueste *BC et, nisi quod* Aetolyci, *D.* Aetolica ueste *Z et, nisi quod* Aetholica, *F* LYCE *C* 622. Quam quam *B* salutem *Bothius.* hanc salutem *libri* *Post hunc sequitur in libris ex inferiore loco (v. 639) huc inlatus hic versus:* Et quamquam (Etquanquam *B.* Etquamquam *C*) bene uolumus leniter lenonibus, *ubi* leuiter *FZ. Deleverunt Bothius, Bentleius* 623. certe *sola Z* 624. fore nec *Pylades.* foren et *B.* fore (forte *F*) et *reliqui* situram *B.* s///itaturam (t *erasa*) *C.* sisaturam *D.* si saturam *FZ* 625. *Spat. om. CD* Hic est th. *Guyetus.* Iste est thesaurus *Bothius, Muellerus Nachtr. p. 48.* Illic est thensaurus *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 34, qui tamen de gen. p. 47* Istic' st *praefert* thesaurus *FZ* in lingua situs *om. B* 626. questui *C* maleloqui *D.* male loqui loqui *B* 627. Lyc] *sic Ald.: om. libri* de ueniat *B.* deueniet *Z.* adueniat *F.* deueniatur *Nic. Heinsius Advers. III 17* admare *C* 628. querere *CD.* quaerere eo *Ritschelius Opusc. vol. II p. 447.* quaererē *cum aliis Wagnerus Mus. Rhen. vol. 22 (a. 1866) p. 119* Eum oportet quaeritare comitem amnem sibi *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242* 629. Ego *Angelius.* Lyc. Ego *FZ* 630. am nes *B.* amnis *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 776* certum est sequi *BCDZ.* certum consequi *F*

[Si bénedicetis, uóstra uos ripá sequar:
Si máledicetis, uóstro gradiar límite.]

ADVOCATI

Maló benefacere tántumdemst perículum,
Quantúm bono malefácere.

LYCVS

Qui ueró?

ADVOCATI

Scies.

Maló si quid benefácias, beneficium ínterit:
Bonó si quid malefácias, aetatem éxpetit.

LYCVS

Facéte dictum. séd quid istuc ad me áttinet?

ADVOCATI

Quia nós honoris tuí causa ad te uénimus,
Quamquám bene uolumus léniter lenónibus.

LYCVS

Si quíd boni adportátis, habeo grátiam.

V. 631 sq. uncis inclusit Ritschelius. cf. Langrehr p. 19 631. Si- bene dicetis *C.* benediceris *ut vid. D*^{1}. bene ducetis *D*^{4} uos ripa *Bothius.* ripa uos *libri* 632. male dicetis *C.* maledicetis *D*^{1}. maleducetis *D*^{4} uostrâ° *B* lymite *B* 633. Adu.] *om. CD sine spatio* bene facere *CD* tandundemst *Z.* tandundem si *CD.* tantunde si *B.* tantum est *F* 634. male facere *BCD* Qui uero *FZ.* Quid uero *BD.* Quid *C.* Qui id *Muellerus Nachtr. p. 33* Scies *in litura B* 635 sq. *Ab his versibus accedit A, ubi sic scripti sunt:*

MALOSIQUIDMALIFACIASAETATEMEXPETIT
BONOSIQUIDEMALIFACIASE*(vel* T *vel* I*)*TATEMEXPETIS

quod defendit Ussingius expetit *v. 636 reposito* 635. siquid *B* bene facias *B.* benefacias *ex* benefacies *D.* bene fẽtias *C* beneficium *Bentleius in Ter. Eun. I 2, 69.* id beneficium *libri praeter A.* benficere *et* benficium *Ritschelius Opusc. vol. II p. 719. 721, eandem formam fortasse v. 633 sq. et 636 restituendam esse dicens* 636. siquid *BC* male facias *BC* etatem etatem *C* 637. Lyc.] *Sic FZ. om. BCD* FACE*(vel* I*)*TEDICTUMSEDQUIDISTUCADMEATTI*(vel* E*)*NET *A* Facite *B.* Facete *(*a *e corr.) C* dictum *om. C* sed quid *DFZ.* set quit *B.* s, quid *C* adme *C* attinet *CDFZ.* adtinet *B* 638. *Pers. praem. FZ: om. BCD* *Sic A, nisi quod* ATTE tui honoris *Reizius* huc ad te *(*adte *BC) libri praeter A* honoris causa huc ad te *Bothius* huc aduenimus *Ussingius cum Weisio* 639. *Sic A Hunc v., male iteratum in BCDFZ post v. 622, Acidalius delebat hoc loco* quam quam *B* leuiter *FZ* 640. *Sic A, nisi quod* ADPORTASTIS Siquid *C* ad portatis *B.* apportatis *CDFZ*

ADVOCATI
De nóstro tibi nec férimus quicquam néc damus
Neque póllicemur néque adeo uolumús datum.
LYCVS
Credo hércle uobeis: íta uostrast benígnitas.
Sed quíd nunc uoltis?
ADVOCATI
Húnc chlamydatum quém uides,
Ei Márs iratust.
COLLABISCVS
Cápiti uostro istúc quidem.
ADVOCATI
Hunc núnc, Lyce, ad te díripiundum addúcimus.
COLLABISCVS
Cum praéda hic hodie incédet uenatór domum:
Canés compellunt ín plagas lepidé lupum.
LYCVS
Quis hic ést?
ADVOCATI
Nescimus nós quidem istum quí siet:
Nisi dúdum mane ut ád portum procéssimus,

641. BONIDENOSTROTIBINECFERIMUSNECDAMUS *A* De nostro *Ritschelius.* Boni de nostro *libri cum A, nisi quod* Boni *ex* Bono *et* nostro *ex* nostri *B*, denostro *C*. Bonum de nostro *Bothius, Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242* quicquam *Ritschelius. om. libri cum A* damus *A, Pylades.* damus tibi *BCDFZ* Boni nil de nostro tibi *vel* Boni tibi de nostro nil *Muellerus Pros. Pl. p. 158* 642. *Sic A, nisi quod* NECQ· 643. *Pers. om. BCD* *Sic A, nisi quod* UESTRAEST uobis *libri praeter A* itae *B* uestra est *B.* ũra *CD.* uestra *F.* nostra *Z* 644. *E praem. B: spat. CD* *Sic A, nisi quod sp. ante* HUNC *omittit* uultis *libri praeter A* chlamy datum *B.* clamidatum *CD* 645. *Sic A, nisi quod* UESTRO iratus est *libri praeter A* Θ *(h. e.* Coll.*) B, Acidalius. spat. CD.* Lyc. *FZ* capite *FZ* uestro *BZ cum A.* ũro *CD.* uero uestro *F* 646. *Sic A, nisi quod* NUNCHUNC *et* DIRIPIUNDUM Adu.] *spat. om. C* lice *CD* adte *C* diripiendum *BCDZ.* deripiendum *F* 647. Coll. *praem. Acidalius. Advocatis continuant libri* *Sic A* praeda *Pylades cum A.* rae da *B.* reda *reliqui* incedet uenator *cum A Acidalius.* incede tuae nator *B.* incedit uenator *reliqui* 648. *Sic A* compellunt *ex* cumpellunt *B* inplagas *C* lupum] lycum *BCD: om. FZ* 649. *Sic A, nisi quod* QUIS *et* QUISIET istum quidem *libri praeter A: corr. Reizius* quisiet *C.* que siet *B* 650. *Sic A, nisi quod* NISI *et* MANI*(vel min. prob.* E*)* du dum *B* amane *BCD.* a mane *reliqui praeter A.* a mani *Camerarius* utadportum *C* ad portum uti *Bothius*

Atque ístum e naui ibi éxeuntem onerária
Vidémus. adiit ád nos extemplo éxiens:
Salútat, respondémus.

COLLABISCVS

Mortalís malos:
Vt íngrediuntur dócte in sycophántiam.

LYCVS

Quid deínde?

ADVOCATI

Sermonem íbi nobiscum cópulat.
Ait sé peregrinum esse, húius ignarum óppidi:
Locúm sibi uelle líberum praebérier,
Vbi néquam faciat. nós hominem ad te addúximus:
Tu, seí te dei amant, áge tuam rem: occásiost.

LYCVS

Itane íllest cupiens?

ADVOCATI

Aúrum habet.

LYCVS

Praeda haéc meast.

ADVOCATI

Potáre, amare uólt.

LYCVS

Locum lepidúm dabo.

ADVOCATI

At enim híc clam furtim se ésse uolt, ne quís sciat

---

651. *Sic A, nisi quod* ATQ:ISTUM istum *libri cum A.* istunc *Camerarius* At eccistum *Geppertus* enaui *BC* ibi *addidimus: om. libri* exiunte moneraria *B* 652. *Sic A* uidimus *FZ* adnos *C* exemplo *C* 653. *Sic A, nisi quod* RESPONDEMUS‡MORTALE*(vel* I*)*S mortalis *libri praeter A* 654. *Sic A, nisi quod* INGREDIUNTURDOCTE Utingrediuntur *C* in sicophantiam *D.* insicophantiam *C* 655. *Sic A* ibi nobiscum *B cum A.* nobiscum ibi *CDZ.* nobiscum ibit *F* copulat *Z cum A.* coppulat *F.* copulant *BCD* 656. *Sic A, nisi quod* AIT Agit *B* signarum *B* opidi *F* 657. *Sic A* preberier *CD* 658. *Sic A* faciet *BCD* ad te *om. C* 659. *Sic A, nisi quod* TUSEITEDE*(vel* I*)*I tu si te di *(*tedi *B,* tusite *C) BCDFZ* ament *Z* age tuam rem *Acidalius.* agere tuam rem *libri cum A.* age tuam rem quom *Ritschelius* occasio est *libri praeter A* 660. *Sic A, nisi quod* ILLEESTCUPIENS Lyc. *om. F. spat. D. om. C* lta ne *B* Ille est *etiam BCDFZ* cupiens] copis *Dissaldeus* Ly.] *spat. D. om. C* preda *BCD* hęc *C* me ea st *B.* mea est *FZ* 661. *Sic A, nisi quod* LEPIDUM *Totum versum Lyco tribuit Ritschelius* uoli *BCD* *Personae spat. om. CD in versus principio* leppidum *C* 662. *Sic A, nisi quod* FURTIM Adu.] *Sic FZ. H B. spat. CD*

Neue árbiter sit. nam híc latro in Spartá fuit,
Vt quídem ipse nobeis díxit, apud regem Áttalum:
Inde húc aufugit, quóniam capitur óppidum.

COLLABISCVS

Nimis lépide de latróne, de Sparta óptume.

LYCVS

Di deaéque uobis múlta bona dent, quóm mihi
Et béne praecipitis ét bonam praedám datis.

ADVOCATI

Immo, út ipse nobis díxit, quo accurés magis,
Trecéntos nummos Phílippos portat praésidi.

LYCVS

Rex súm, si ego illum hodie ád med hominem adléxero.

ADVOCATI

Quin híc quidem tuos est.

LYCVS

Óbsecro hercle hortámini,

Ad enim *B*. Atenim *C* hic clam furtim se *Muellerus Pros. Pl. p. 508*. hic clam furtim *CDZ cum A*. hic clam furtum *F*. hic furtim *(sine* clam*) B*. clam furtim hic *Pylades*. hic clam furtimque *Muretus Var. lect. XVII 18. Cf. tamen V 2, 61* uoli *BCD* nequis sciant *BC*. ne qui sciant *DFZ*. 663. *Sic A, nisi quod* HIC in siparta *BD*. insiparta *C* 664. *Sic A, nisi quod* REGEM Utquidem *C* 665. *Sic A, nisi quod* OPPIDUM *et* huc *omisso* Inde huc *Camerarius*. Inde nunc *libri praeter A* opidum *F* 666. *Sic A* dela trone *B*. delatrone *(*la *s. v.) C* desparta *B*. des parta *C*. de spartha *F* 667. *Spat. om. C* *Sic A, nisi quod* DEAEQ UOBIS Dideaeque *C*. Dii deaeque *F* uobis uobis *B* quom *B cum A*. cum *(*cummihi *iungit C) reliqui* 668. *Sic A* precipitis *CD* pedam *C* 669. *Sic A, nisi quod* ACCURT*(vel* E *vel* I*)*F*/vel* I *vel* T*/*SMAGIS utipse *C* ipse ut *Guyetus, Muellerus Pros. Pl. p. 360* accurres *BCDZ* *V. 669—678 ex altera recensione repetit Hasperus l. s. s. p. 304 (28)* 670. *Sic A, nisi quod* PRAESID*(vel* B*)*I*, ubi incertum est num altera* I *sequatur necne* praesidi *Gulielmius Veris. I 20 (cf. A) probante Acidalio.* praesibi *BD*. presibi *CF*. prae sibi *Z*. p̃ssim *'alibi scriptum esse' Pius dicit.* praes sibi *Meursius cap. 4* 671. REXSUMSIEGOILLUMHODIEHOMINEMADLEXERO *A* siego *C* hodie ad med hominem adlexero *Ritschelius*. hodie ad me *(*adme *C)* hominem mallexero *BCD*. hodie ad me hominem allexero *FZ*. hodie hominem ad me allexero *Pylades, unde ut* ad med *facias suadet A*. illunc hodie homonem adlexero *vel* illunc hodied hominem *vel* illum hocedied hominem *Ritschelius Nov. exc. p. 95: cf. Muellerus Nachtr. p. 81 et Usenerus de Pseud. p. 9* 672. QUINHICQ ..... *s(incerta)* .... OPSECROHERCLEHORTAMINI *A* Adu.] *sic B: om. CD sine spatiis* quin chic *D* tuus *(sequ. spat. in BD. om. C)* Est obsecro *BCD*. tuus est. Lyc. obsecro *FZ* tuus est hic quidem *Reizius* horta mihi *B*

Vt déuortatur ád me in hospitium óptumum.

ADVOCATI

Neque nós hortari néque dehortarí decet
Hominém peregrinum: tuám rem tu ages, sí sapis.
Nos tíbi palumbem ad áream usque addúximus:
Nunc té illum meliust cápere, si captum ésse uis.

COLLABISCVS

Iamne ítis? quid, quod uóbeis mandaui, hóspites?

ADVOCATI

Cum illóc te meliust rém tuam, adulescéns, loqui:
Illic ést ad istas rés probus, quas quaéritas.

COLLABISCVS

Vidére equidem uos uéllem, quom huic aurúm darem.

ADVOCATI

Illínc procul nos ístuc inspectábimus.

COLLABISCVS

Bonám dedistis míhi operam.

LYCVS

It ad mé lucrum.

---

673. *Sic A, nisi quod* HOSPITIVM Utdeuortatur *C* adme *C* in hospicium *D.* inhospicium *C* optimum *B* 674. NEQUENOSHORTARINEQ·DEHORTARIDECET *A* nos dehortari decet *Ritschelius.* dehortari autem decet *vel* dehortari condecet *Muellerus Pros. Pl. p. 454* 675. *Sic A, nisi quod* HOMINEMPEREGRINUM hominum *CD* tua gessi *BD.* tuam gessi *C* 676. *Sic A, nisi quod* ADARE*(vel* I*)*AMUSQUAE adaream *C* 677. NUNCTEILLUMMELIUSCAPERESICAPTUMESSEUIS *A* meliust *Ritschelius, Geppertus.* melius *libri cum A* si castum *BD.* sicastum *C* 678. *Sic A Integrum v. Collabisco dant libri praeter FZ, qui verba* Iamne itis *Lyco adsignant* Iamne itis *DFZ.* Iam ne itis *B.* Iam neitis *C* uobis *libri praeter A* 679. *Sic A, nisi quod* TEMELIUSTTUAMREM Quom *B* illuc *CDZ* melius *libri praeter A* rem tuam *Guyetus.* tuam rem *BCFZ cum A, Fleckeisenus Nov. annal. vol. 61 (a. 1851) p. 52.* tuam D^1, *ubi* rem *sup. scr.* D^2 adolescens *BF* 680. *Sic A* Ille est *Bothius.* Hic est *Guyetus.* Heic est *Geppertus.* Illic'st *Luchsius de gen. p. 47* adistas *C* queritas *CD* 681. *Sic A, nisi quod* UIDERE *et* CUM equidem ego *Brugmanus p. 37* quom *B.* cum *reliqui cum A* 682. *Sic A, nisi quod* ILLIC inspectauimus *B ante corr.* 683. *Sic A, nisi quod* BONAMDEDISTIS *et* OPERAM operam mihi *Bothius* Lyc.] *spat. B* adme *C*

COLLABISCVS
Illúc quidem, quorsum ásinus caedit cálcibus.
LYCVS
Blande hóminem conpellábo. hospes hóspitem
Salútat: saluom te áduenire gaúdeo.
COLLABISCVS
Multá tibi dei dent bóna, quom me saluom ésse uis.
LYCVS
Hospítium te aiunt quaéritare.
COLLABISCVS
Quaérito.
LYCVS
Ita illí dixerunt, quei hínc a me abierúnt modo,
Te quaéritare a múscis.
COLLABISCVS
Minume géntium.
LYCVS
Quid itá?
COLLABISCVS
Quia, a muscis sí mi hospitium .quaérerem,
Aduéniens irem in cárcerem rectá uia.

---

684. Coll. *om. F* ILLVḌ*(vel* Ọ*)*QUIDẸMQUORSUMASINUSCAEDITCALCIBUS *A* Illuc *Acidalius.* Illud *BCDFZ, Ussingius* quidem] uiden *rel* uide *Scaliger* Coll. quorsum *F* cedit *C* 685. *Sic A, nisi quod* BLANDẸ *et* COMPELLABO *et* HOSPẸS conpellabo *B.* compellabo *reliqui cum A* Heus, hospes *Muellerus Pros. Pl. p. 522* 686. *Sic A, nisi quod spat. post* SALUTAT saluom *B cum A.* saluum *reliqui* ad uenire *B* 687. MULTATIBIDEIDẸNTBONAQUOM*(vel* QUUM*)*MESALUOMESSEUIS *A* Multa tibi di (a tibi d *in ras.) B* di *DZ.* dii *F* Dident *C* quo *B.* cum *reliqui praeter A, nisi quod* cumme *iungit C* saluum *libri praeter A* saluom me *Ritschelius* 688. HOSP.... MTEAIUNTQUAERITARE‡QUAERITO *A* queritare *CD* querito *BCD* 689. Lyc.] *pers. om. BCD* *In A haec apparuerunt:* ..... XERUNTQUEIHINCAMEABIERUNTMODO Id illi *Geppertus* qui *libri praeter A* ame *BC* 690. TEQUAERITARẸAMUSCIS‡AHMINIMEGENTIUM *A* queritare *CD* a muscis (amuscis *BD) libri cum A, nisi quod* a niusis *ut vid. C.* '*Quod non magis expedio quam vel Kampmannus de AB praep. p. 9 vel Hermannus in Iahni Annal. XXXV p. 192, qui* a Musis *proponebat. Nori qui de ἀμισθί cogitaret vel de* a mustis *i. e. Bacchanaliorum sodalibus*' *Ritschelius* minime *libri praeter A* 691. QUIDITẠ‡QUIAMUSCISSIMIHIHOSPITIUMQUAERERẸM *A* Quidita *C* Quia muscis si mihi (simihi *C) CDF cum A.* Qui amuscis si mihi *B* hospicium *C* quererem *BC* 692. *Sic A* huc irem *libri praeter A: corr. Guyetus, Bentleius, Reizius* incarcerem *C*

Ego íd quaero hospitium, úbi ego curer móllius,
Quam régi Antiocho océlli curarí solent.

LYCVS

Edepól ne tibi illud póssum festiuóm dare,
Siquidém potes pati ésse te in lepidó loco,
In lécto lepide stráto, et lepidam múlierem
Conpléxum contractáre.

COLLABISCVS

Is, lenó, uiam.

LYCVS

Vbi tú Leucadio, Thásio, Chio, Lésbio,
Vetustáte uino edéntulo aetatem ínriges.
Ibi égo replebo te úsque unguentum cheúmatis.

---

693. *Sic A, nisi quod* ID *et* HOSPITIUM hid *D* quęro *B.* quero *C* hostium *BCD, unde* ostium *Bothius* 694. *Sic A, nisi quod* OCULI anthiocho *C.* anthioco *F* ocelli *scripsimus.* oculi *B cum A. om. CDFZ: unde Pylades* curari hospites solent *et* olim oculi *Hermannus.* eculei *Muellerus Pros. Pl. p. 517* Antiochi regis oculi *Guyetus* solet *FZ* 695. *Sic A, nisi quod* TIBIILLUM tibi illud possum *Ritschelius.* tibi illum possum *B cum A.* tibi possum illum *libri praeter AB, nisi quod* illud *F.* illud tibi possum *Hermannus Opusc. vol. 8 p. 441* festiuom *B cum A* festiuum *reliqui* 696. *Sic A, nisi quod* ESSETEPATI *et* LEPIDO potes pati esse te *Bothius, Kampmannus de In praep. p. 7, Muellerus Pros. Pl p. 207.* potes esse pati *libri praeter A.* pote esse te pati *vel* pati pote esse te *non satis tuto effici dicit Ritschelius.* potes esse pati te *Camerarius* inlepido *C* 697. *Sic A* et *om. libri praeter A* *'Quamquam elegantiae maiorem laudem tales versus habebunt:*

Siquidem potes te patier in lepido loco,
In lecto lepide strato, lepidam mulierem *e. q. s.*'

Ritschelius 698. COMPLEXUMCONTRECTARE#ISLENOUIA· *A* complexum *libri praeter B* contrectare *cum A Pylades.* contrectare te *Camerarius* Is *vix sanum.* Redis *(*in uiam*) Muellerus Pros. Pl. p. 210.* Inis *Bothius, Ussingius ad Amph. 425.* Scis *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242* uia *Salmasius. idem num in A fuerit dubium* 699. UBITULEUCADIOLESBIOTHASIOCHIO *A* Leucadio, Thasio, Chio, Lesbio *Ritschelius.* leuchadiolos biothas iochoo *B.* leucadiolespia † hassiochoo *C.* leucadio lebia thassiochoo *D.* leucadio lesbio thasio choo *F et, nisi quod* thassio, *Z: ubi* Coo *primus Camerarius:* Leucâdio, Coo, Thasio, Lesbio *eodem duce Acidalius. Vulgatum ordinem mirabatur Lachmannus in Lucr. p. 159* 700. *Sic A, nisi quod* AETATEM *De* uetustate *mensura Ritschelius Proleg. p. 151 dubitabat* Edentulo uetustate aet. inr. *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242 cum Guyeto* 701. IBIEGOTEREPLEBOUSQ: UNGUENTUMGEUMATIS *A* ego replebo te *Ritschelius, Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 771, Mahlerus l. s. s. p. 12.* te replebo *libri praeter A, nisi quod* replebo *ex* reblebo *B.* te replebo

Quid múlta uerba? fáciam ut, ubi tu láueris,
Ibi bálneator fáciat unguentáriam.
Sed haéc latrocinántur quae ego dixi ómnia.

COLLABISCVS

Quid íta?

LYCVS

Quia aurum póscunt praesentárium.

COLLABISCVS

Quin hércle accipere tú non mauis quam égo dare.

ADVOCATI

Quid, si éuocemus húc foras Agorástoclem,
Vt ípsus testis sít sibi certíssumus?
Heus tú, qui furem cáptas, egredere ócius,
Vt túte inspectes aúrum lenoní darei.

---

ego *Geppertus, Muellerus Pros. Pl. p. 484* usque *olim* cusque *fuisse propter librorum BCDFZ hiatum conicit Bergkius Beitr. p. 119* cheumatis *Ritschelius, Ussingius.* egeumatis *BCDFZ.* eccheumatis *Camerarius, quod post eum* echeumatis *scripserunt.* agematis *(i. e. ut putamus* ochematis*) Salmasius.* ocheteumatis *Rostius Opusc. p. 144* 702. *Sic A, nisi quod* FACIAMUBI *et* LAUERES faciam ut *Ritschelius, Geppertus (idem vel* faciam ibi *Muellerus Pros. Pl. p. 28).* faciam *libri cum A* cubi *Ritschelius Opusc. phil. vol. III p. 138* 703. *Sic A, nisi quod* IBIUTBALNIATOR Ibi *Guyetus.* Ibi ut *(et F) libri cum A* ungentarium *C* 704. *Sic A* hęc *BC* quę *C* 705. *Sic A* Quidita *C.* Quid iam? *Acidalius, Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 243* Quia *ex* Quida *ras. C.* Quia ea *Muellerus Pros. Pl. p. 634* presentarium *CD* 706. *Sic A* Quin *FZ cum A.* Qui *BCD* hercle *(*le *e corr.) C* *Verba* accipere — dare *addidit alia manus in B* accipere tuo °manuis *B* darem *CD* *Sequitur in BCDFZ hic versus:*

E. Quin sequere me intro. Θ duc me ergo intro. addictum tenes

nisi quod Lyc. *et* Coll. *est in FZ, spatia in CD, praeterea* ergo me *CDFZ, pro quo* me ergo *Gulielmius cap. 4,* ad dictum *B. Quem v. e proxima scaena (720) huc inlatum esse Acidalius vidit: pro eo autem duos hos habet A v. 707 postpositos:*

QUINSEQUEREMEINTRO#DUCMEERGOINTRO
SIEXIERITLENOQUIDTUMHOMINEMINTERROGEM

quorum alter est insequentis scaenae 730 707. *Sic A, nisi quod* QUIDSIEUOCEMUS Adu.] *om. BCD* Quidsieuocemus *C* huc foras *B cum A.* foras huc *reliqui* agorastoclen *B.* agorastoclem *(*ra *s. v.) D* 708. *Sic A, nisi quod* IPSUSTESTIS ipse *libri praeter A* testes *D* certissimus *B.* certi sumus *CDFZ: corr. Angelius* 709. *Ab hoc v. usque ad v. 745 deficit A* qui furem] quis tu rem *B* otius *BCDZ* 710. Ut tu te in spectes *B.* Uttute inspectes *C.* Ut tute *(*tu *s. v.)* inspectes *D* darei *Ritschelius.* dare *libri.* dari *Geppertus post Bentleium* dare; agorastocles *B*

AGORASTOCLES. ADVOCATI. COLLABISCVS. LYCVS

AGORASTOCLES

Quid ést? quid uoltis, téstes?

ADVOCATI

Specta ad déxteram,
Tuos séruos aurum quom ípsi lenoní dabit.

COLLABISCVS

Age áccipe hoc sis. heíc sunt numeratí aurei
Trecénti nummei, quí uocantur Phílippei.
Hinc mé procura: própere hosce apsumí uolo.

LYCVS

Edepól fecisti pródigum promúm tibi.
Age eámus intro.

COLLABISCVS

Té sequor.

LYCVS

Age age ámbula:
Ibi, quaé sunt reliqua ália, fabulábimur.

COLLABISCVS

Eadém narrabo tíbi res Spartiáticas.

Act. III sc. 4 ADVLESCENS IDEM DV *B. om. CD*[1]. Agorastocles adolescens eidem *D*[3] *Eisdem atque supra personarum notis utitur B, praeterea* A *pro Agorastocle. In CD mera spatia sunt* 711. uidest *cum spat. C* quiduultis *(*d *e corr.) C* uultis *etiam BDFZ* Agor.] *spat. B* addexteram *C.* ad dextram *Z* 712. tuus *libri* seruos aurum quom ipsi *Ritschelius.* seruus aurum ipsi *libri.* seruus aurum iam ipsi *Geppertus.* quum seruos aurum ipsi *Pylades.* ipsi seruos aurum *Guyetus.* seruos aurum ipse ipsi *Bothius.* seruos aurum ut ipsi *vel* quom ipsi *Muellerus Pros. Pl. p. 79, qui p. 491* Ipsi tuos seruos aurum *proponit* *'Poterant etiam* aurum seruos ipsi *vel paullo rectius* seruos aurum ut ipsi' *Ritschelius* dabit *Pylades.* dabat *libri.* datat *Gruterus* 713. sis. héic *Ritschelius.* sis hic *FZ.* sis se ic *B.* sisse ic *C.* sis se hic *D* 714. nummei *Ritschelius.* numme *C.* nummi *reliqui* quiuocantur *C* philippei *Pylades.* philippi *libri* *Extrema tria verba interpolatoris esse censet Langenus p. 88* 715. propere *B.* propera *reliqui* absumi *libri praeter B* 716. *Post* edepol *eras.* fe *C* · prodigium *CDZ* *V. 717 et 718 simul ferri vix posse dicit Muellerus Pros. Pl. p. 79* 717. *Pro* Coll. *et* Lyc. *spatia B* 718. Ibi quae sunt relicua *Ritschelius, Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 243.* Ibique reliqua *libri.* Ibi quae relliqua *Gulielmius cap. 5* alia eadem fab. *'v. c.' Scaligeri* quaeuis relicua alia *Geppertus.* alia relicua una *Weisius* 719. Coll.] *spat. om. C* Equidem *FZ* spartiacas *CD.* sparthicas *F*

LYCVS

Quin séquere me ergo.

COLLABISCVS

Dúc me intro: addictúm tenes.

AGORASTOCLES

Quid núnc mi auctores éstis?

ADVOCATI

Vt frugí sies.

AGORASTOCLES

Quid, si ánimus esse nón sinit?

ADVOCATI

Esto út sinit.

AGORASTOCLES

Vidístis, leno quom aúrum accepit?

ADVOCATI

Vídimus.

AGORASTOCLES

Eum uós meum esse séruom scitis?

ADVOCATI

Sciúimus.

AGORASTOCLES

Rem aduórsus populi fíerei leges?

ADVOCATI

Sciúimus.

720. *Cf. ad v. 706* duc me *scripsimus e librorum vestigiis v. 706 commemoratis.* abduc *libri hoc loco.* abduce *postulat Brugmanus p. 27* 721. mihi auctores *CDZ.* mihi auctoris *B.* mihi autores *F* Utfrugi *C* sies *FZ.* spes *BCD* 722. Quidsianimis *C* nonsinit *C.* non sic sinit *inter alia multa Muellerus Pros. Pl. p. 79* utsinit *C* *V. 723—727 delet Ussingius: de v. 723—735 cf. Langrehr p. 20* 723. *Spat. om. C* quom *B.* cum *reliqui* 724. Eum] Cum eo *vel* Eo *Muellerus Pros. Pl. p. 79* Apud eum meum *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 243* esse meum *Z* seruom *B.* seruum *CDFZ* scistis *Acidalius* Sciuimus *Camerarius.* Scimus *libri.* Scimus rem *Ritschelius.* Scimus. Agor. Rem *proximis* Aduorsus p. l. *continuans Bothius* 725. aduersus (ad uersus *B*) *libri* fieri *Ritschelius dubitanter.* saepe *B.* sepe *CD.* esse *FZ. transpositum post* leges *Pylades, ante* populi *def. Guyetus.* nempe *coniecturam commemorat Acidalius.* Receptum aduorsus populi leges *Muellerus Pros. Pl. p. 79* scimus. Agor. Em *e proximo v.* Em *petens Ritschelius* *'Transpositionem verborum qui non reformidet, haud paullo elegantius sic poterit duce ex parte Acidalio:*

Agor. Eum uós meum esse seruom scitis? Aduoc. Scimus rem.
Agor. Aduórsus populi leges . . . . Aduoc. Saepe audiuimus.

nisi forte duo hemistichia intercidernnt post leges' *Ritschelius*

AGORASTOCLES

Em istaéc uolo ergo uós commeminisse ómnia
Mox ád praetorem quom úsus ueniet.

ADVOCATI

Méminimus.

AGORASTOCLES

Quid, sí recenti re aédis pultem?

ADVOCATI

Cénseo.

AGORASTOCLES

Si púltem, non reclúdet?

ADVOCATI

Panem frángito.

AGORASTOCLES

Si exíerit leno, quíd tum? hominemne intérrogem, 730
Meus séruos ad eum uéneritne?

ADVOCATI

Quíppini?

AGORASTOCLES

Quom aurí ducentis númmis Philippis?

---

726. *Charisius p. 240, 20:* Plautus in Poenulo: 'em . . . omnia'

726. Hem *(Hęm)* istaec *(istęc C,* istac *Z) C D F Z* uolo *sup. scr. D* com meminisse *B* em istaec uolo ego uos meminisse omnia *Charisius* 727. ad praetorem quom *Geppertus, Muellerus Pros. Pl p. 491.* cum *(quum B)* ad praetorem *(ad pretorem D.* adpretorem *C) libri.* quando ad praetorem idem *Muellerus eodem loco* Cum ad praetorem usus ueniet mox Adu. meminerimus *vel* Cum mox ad praetorem usus ueniet. Aduoc. meminimus *Hermannus* ueniet usus *Ritschelius* meminimus *C D F Z.* memiminimus *B.* memmerimus *Camerarius* 728. Quidsirecentire *C* recentire *D.* recentirae *B* *Personam om. F Z* Censeo] Quippini *Clemmius Mus. Rh. vol. 23 (a. 1868) p. 693* 729. *Pers. om. F Z* *Versum damnat Hasperus l. s. s. p. 304 (28)* et non *Geppertus.* nec *Guyetus* recludit *C* panem *B C D.* pede *F.* pedem *Z, codex Cantabricus Salmasii.* pede aedis *Pylades* portam *Geppertus* frangito forem *Guyetus* 730. Quid tum? hominemne *Ritschelius.* QUIDTUMHOMINEM *A supra post v. 706.* censerit hominem *B.* censeo^{nt} hominem *C.* censent hominem *D.* censetis hominem *F Z.* censes hominem *Bentleius.* censen' hominem *Bothius.* quid tunc? hominem *Geppertus* *De v. 732 sqq. cf. Schueth l. s. s. p. 27* 731. meum seruum *prorsus nescimus quos vetustos libros habere dicat Gulielmius cap. 2* seruos ad eum ueneritne *Ritschelius, Geppertus.* seruosi ad eum uenerit ne *B.* seruus si ad eum *(siadeum C)* uenerit ne *C D F.* seruus si ad eum uenerit necne *Z, ubi* uenit necne *Guyetus, Bentleius, Reizius.* seruos si ad eum uenerit nunc *Bothius* Quipini *D: om. F* 732. Agor.] *om. Z* Quom *(m in ras.)*

ADVOCATI

Quíppini?

AGORASTOCLES

Ibi extémplo leno errábit.

ADVOCATI

Qua de ré?

AGORASTOCLES

Rogas?

Quia céntum nummis mínus dicetur.

ADVOCATI

Béne putas.

AGORASTOCLES

Aliúm censebit quaéritari.

ADVOCATI

Scílicet.

AGORASTOCLES

Extémplo denegábit.

ADVOCATI

Iuratús quidem.

AGORASTOCLES

Homo fúrti sese adstrínget.

ADVOCATI

Hau dubium íd quidemst.

AGORASTOCLES

Quantúmquantum ad eum erít delatum.

ADVOCATI

Quíppini?

AGORASTOCLES

Ibo ét pultabo iánuam.

ADVOCATI

Ito: quíppini?

---

solus B. cum *CDFZ* Aduoc.] *om. F* 733. Agor.] *om. FZ* leno extemplo *Bothius* cerrabit *B* *Agorastoclis et advocatorum personas in proximis aut permutant aut omittunt FZ* Quadere *C* 734. dicetur *Pius.* diceretur *BCDF.* dentur *Z* putassis *Z.* putastis *F* 735. queritari *B.* queritari *CD* 736. denegauit *C* 737. furti sese *Parcus ed. tert., Bentleius.* furti se *FZ.* furtis est *B.* furtis es *C.* furtis e *D* astringet *F.* adstringit ad stringit *B,* *reliqui* *Spat. om. C* haudubium *D.* aud dubium *B.* haud dubium *reliqui* quidem est *Camerarius.* quid est *B.* quidem *reliqui* 738. Quantum quantum ad eum adeum *C.* *BCD.* Quantum ad eum *FZ* ad eum huc *Brugmanus p. 12* *V. 739. 740 hoc ordine Acidalius: inverso libri. utrumque iamnunc Vssingius* 739. ianuam hanc *Camerarius* ito *Acidalius.* ita *libri.* ita fac *Pylades*

AGORASTOCLES

Diéspiter uos pérduit.

ADVOCATI

Te quíppini?

AGORASTOCLES

Tacéndi tempus ést, nam crepuerúnt fores.
Forás egredier uídeo lenoném Lycum.
Adéste quaeso.

ADVOCATI

Quíppini, nos sí uoles?
Operíte capita, né nos leno nóuerit,
Qui illí malae rei tántae fuimus ínlices.

LYCVS. AGORASTOCLES. ADVOCATI

LYCVS

Suspéndant omnes núnciam se harúspices,
Quam ego íllis posthac quód loquantur créduam.
Qui in ré diuina dúdum dicebánt mihi

---

745. *Nonius p. 446, 32:* Illix et illex hoc discernuntur. Ab illiciendo illix; illex a quo lex non seruetur. Plautus Poenulo: 'quid . . . inlix'.

---

740. perdiunt *F* 741. concrepuerunt *Bentleius* 742. egredier uideo *B*. egredietur uideo *C*. egredietur uide *D*. egreditur Aduoc. uide *FZ: ubi* uideo *Camerarius*. égredi eccum *Muellerus Pros. Pl. p. 79* lycum *(*ly *e corr.) C* *V. 743 sq. simul ferri posse negat Muellerus Pros. Pl. p. 79* 743. ad es tequęso *B*. adeste queso *D*. adestę queso *C* nos si uoles *Ritschelius*. si uoles *(*siuoles *C) libri*. quin si uoles *Pylades, Acidalius*. si tu uoles *Camerarius*. sed *(vel* nisi*)* prius lubet *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 403*. Sine, si uoles *Geppertus*. Sed nos decet *Ussingius* 744 Operite *Scaliger, Bentleius in Heautont. II 3, 111*. Operire *libri. cf. Seyffertus et Geppertus ad v. 743* nenos *B* leno nouerit *B*. leno rit *CD*. leno uiderit *FZ* 745. cui *CD*. quid *Nonius* illi *(s.* i. *pr. apex) D* malae rei tantae *Camerarius*. malae ire it ante *B*. male irę it ante *D*. marę ire it *C*. malae rei ante *FZ*. tantae rei *Nonius*. malae rei ante *Pylades, Bentleius* fumus *Nonius* mlices *CDZ*. inlix *Nonius*. indices *F*. inlyces; lycus. agorastocles. *B Act. III sc. 5* LENO ADOLESCENS ADVOCATI DV *B. om. CD*1. Licus leno Agorastocles Aduocati *D*2 746. *Ab hoc versu accedit A* Sic *A, nisi quod* SESE uspendant *cum spat. C* omnes *//////(*se *erasa) D* nunc iamse *C*. nunc iam se *D*. nunc se iam *Z*. nunciam sese *Bentleius, qui postea vulgatum recte probavit (*nunciam*)* aruspices *F* 747. *Sic A, nisi quod* POSTHAC Quam *BCD cum A*. Quid *FZ* illis *om. B* post hęc *B* quodloquantur *C*. quid loquantur *F* 748. *Sic A* Quiinre *C*. Cui in re *Scioppius Susp. lect. II 7*

Malúm damnumque máxumum porténdier,
Is éxplicaui meám rem postillá lucro.

AGORASTOCLES

Saluós sis, leno.

LYCVS

Deí te ament, Agorástocles.

AGORASTOCLES

Magis mé benigne núnc salutas quam ántidhac.

LYCVS

Tranquíllitas euénit, quasi naui ín mari.
Vtquómquest uentus, éxim uelum uórtitur.

AGORASTOCLES

Valént apud te quós uolo? atque hau té uolo.

LYCVS

Valént ut postulátumst: uerum nón tibi.

AGORASTOCLES

Mitte ád me, si audes, hódie Adelphasiúm tuam
Die fésto celebri nóbilique Aphrodísiis.

LYCVS

Calidúm prandisti prándium hodie? díc mihi.

---

749. *Sic A, nisi quod* DAMNUMQ:MAXIMUM damnum quae *B.* dampnumque *CD* maximum *libri cum A* 750. *Sic A, nisi quod* EXPLICAUIT Ecce *Geppertus edidit: corr. stud. Pl. I p. 136.* Is *leni anacoluthia, quae ferenda videtur.* iis *F* Is — lucris *Ussingius* post illa *D.* post illam *B* 751. Agor.] A D^3. *om. C* *Sic A, nisi quod* DEITE Saluus *CDFZ* Lyc.] L D^3 Di te *BFZ.* Dite *CD* 752. *Sic A, nisi quod* BENIGNE *et* SALUTAS an(t *eras.*)idhac *D.* antehac *F* 753. *Spat. om. CD* TRANQUILLITASEUENITQUASI(*vel* T *vel* E)NAUTINMARI(*rel* E) *A* tranquillitas (it *s. v.*) *C* quasi naui *FZ cum A.* quast naui (naui *s. v. C*) *BCD* inmari *C* 754. *Huic quoque v. E praem. B* UTQUOMQ:UENTUS-EXIMUELUMUORTITUR *A* Utquomque est *B.* Utcumque est *reliqui, nisi quod* est (*ut A*) *om. F* exim *BCD cum A.* exin *Z, Bentleius in Heautont. III 3, 17.* exit *F* uortetur (e *ex* i *ut vid.*) *C* *Cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 282* 755. UALENTAPUDTEQUOSUOLOATQ:HAUDTEUOLO *A* Valeant *libri praeter A* namque *Ussingius.* atqui *Geppertus* hautte *B.* haut te *D.* haud te *CFZ* 756. *Spat. om. CD* UALENTUTPOSTULA(*lacuna in ipsa membrana sequitur*)TUMESTUERUMNONTIBI *A* Valent *B cum A.* ualeant *reliqui* postulatum si *BCD.* postulatum est *FZ cum A* nontibi *C* 757. *Spat. om. CD* MITTEADMESIAUDESHODIEADELPHAS-IUMTUAM *A* mitti ad me *FZ* admе *C* si audes (siaudes *C*) *BCD* sim *A.* si audies *FZ.* sodes *Camerarius* 758. DIEFESTOCELEBRINO-LIQ:APHROI diefesto *D* aphrodisus *C.* afrodisiis *B*

Agor. : *A, nisi quod* PRANDIUM prandidisti *DF*

AGORASTOCLES

Quid iám?

LYCVS

Quia os nunc frígefactas, quóm rogas. 760

AGORASTOCLES

Hoc ége sis leno. séruom esse audiuí meum
Apúd te.

LYCVS

Apud me? númquam factum réperies.

AGORASTOCLES

Mentíre: nam ad te uénit aurumque áttulit.
Ita míhi renuntiátumst quibus credó satis.

LYCVS

Malú's: captatum me áduenis cum téstibus. 765
Tuórum apud me némost nec quicquám tui.

AGORASTOCLES

Meméntote illuc, áduocati.

ADVOCATI

Méminimus.

LYCVS

Ha ha hé, iam teneo, quíd sit: perspexí modo.

---

760. Agor.] Lyc. *F Z. om. C D* *Sic A, nisi quod* CUM Lyc.] Agor. *Z. om. F*¹ os *A, Gruterus, Scaliger, Acidalius.* hos *B C D F.* hoc *Z* frige factas *B.* frigide factas *Gulielmius, Dousa cap. 4* quom rogas *B.* cum rogas *(cumrogas C) C D F Z* 761. Agor.] *spat. om. D* *Sic A* seruum *C D F Z* audi ai *(audi e corr.) D* 762 *Sic A, nisi quod* REPERIES Aput te *B.* Apudte *C* apud me numquam *D.* apudnumquam me *C.* aput nunquam *B* Li. *D*² repperies *C D. idem ex* reperies *(p alt. s. v.) B* 763. Agor.] *pers. sup. scr. D*³. *om. C* MENTIRENAMADTEUENITAURUMQ ATTULIT *A* adte *C* aurumque *F Z.* maurumque *ante ras. D.* maurumque *C* maurum que *B* 764. ITAMIHIRENUNTIATUMSTQUIBUSCREDOSATIS *A* renuntiatum *(renunciatum C)* est *(exstitit F) B C D F Z.* renuntiarunt *Geppertus* ibus *Pontanus* 765. Lyc.] *om. B.* L *sup. scr. D*³. *spat. om. C* *Sic A, nisi quod* EST- *(vel* I *vel* E*)* *et* TESTIBUS malus es *libri praeter A* captatō *D* aduenis *D F Z.* ad uenis *ex* ad uenit *B.* ad uenit *C* qum testibus *B.* cuſu *e corr.*)mtestibus *C* 766. *Sic A, nisi quod* TUORUM *et* TUI *Post* Tuorum *sup. scr.* A *D*² nemo est *B, Camerarius.* nemo *C D F Z* neque *F* 767 *Sic A, nisi quod* MEMENTOTEILLUD illuc *libri praeter A* ADVO *D*² Me minimus *C* 768. *Sic A, nisi quod* HAHAIAM *Pers. om. B* Ha ha he *C D Z.* Ahaheh *F.* Ha ha *(ex* ba*)* hae *B* teneto *Z: corr. Saracenus, Pius* quidsit *C.* quit sit *B* perspexit *C D.* perpexit *B*

Hi, qui íllum dudum cónciliauerúnt mihi
Peregrínum Spartanum, íd nunc eis cerebrum úritur,
Me esse hós trecentos Phílippos facturúm lucri:
Nunc húnc inimicum quía esse sciuerúnt mihi,
Eum ádlegarunt, suóm qui seruom díceret
Cum auro ésse apud me. cónpositast fállácia:
Vt eó me priuent átque inter se díuidant.
Lupo ágnum eripere póstulant. nugás agunt.

AGORASTOCLES

Negásne apud te esse aúrum nec seruóm meum?

LYCVS

Nego ét negando, sí quid refert, ráuio.

ADVOCATI

Perísti, leno: nam ístest huius uílicus,
Quem tíbi nos esse Spártiatem díximus,
Qui ad té trecentos Phílippeos modo détulit:

---

A quibus CD ita discrepant: 1. ythalonim *c. spat. init. C.* Nythalonim *D* halonium *Rufinus* ualon *(on ex im) D* uthsicoratsima *(sequ. spatiolum) C.* uth sicorathisima *D* 2. Chym lahchunythmumys *C.* Chym lach chunythmumys *D* thyal *C.* tyal *D* mycthibaru imisehi *C.* mycthibarii imisehi *D* 3. Lipho cane thyth binuthii *C.* Lipho canet hyth bynuthii *D* adę din *C.* ad ędin *D* binuthii *CD* 4. Birnarob *CD* syllohomalonim *C.* syllo homalonim *D* uyby *C.* ubi *(y D²) D* mysyrthoho *C (priore* o *e* c *ut vid.) D* 5. Bythlim *C.* Bythlym *D* moctothu *C* dasmachon *CD* 6. Yssiddo brim *D* thyfel yth. chyl? ys chon. them liphul *C.* thyfel yth chyl ys chon. ⁼ them. liphul *D* 7. Uth binim *(ni e corr.)* ys dibur thinnochutnu agorastocles *C.* Uth binim ysdibur thinno chut nu agoraclocles *(alt. l s.v.) D* 8. Ythemaneht *//* (t *er.)* ihy chirsae lychot sith naso *C.* Ythe maneht ihy chirsę lychot sith naso *D* 9. Bynny idchil liihily gubulim lasi bithym *(si b e corr.) C.* Bynny id chil liihily gubulim lasibit thym *D* 10. Bodyalit heraym nynnys lymmonchot lusim *C.* Bodyalyt herayn nynnuys lym mon chot lusim *D*

Codicis Lipsiensis et editionis principis scripturas consulto negleximus Quae sequuntur usque ad v. 939 integra Gildemeisteri verba sunt



Chy mlachthi in ythmum ysthyalm *ych*-ibarcu mysehi
כי מלאכתי חן אתמם אשתאלם וכי יברכו מוצאי
Li pho caneth yth bynuthi uad edin byn ui
לי פה קניתי את בנותי ועוד אתהן בן אוי
Bymarob syllohom alonim ubymysyrthohom
במערב צלהם אלנים ובמישרתהם
Byth limmoth ynnocho thuulech-antidamas chon
בעת עלמות הנכה תחלכי אנתדמס כן
Ys sidobrim chi fel yth chyl is chon chen liful 935
איש זה דברים כי פעל את כל אש כן כן לפעל

---

930. *Versio:* deos deasque, quos inuoco, huius loci את אלנים ואת שמקום זאת *Wex 1838* שקראתי *(Scaliger 1598) Roediger 1855* אלנית *(Seldenus 1629. Wex 1838) Ewald 1842* *Ad* ואת *cf. Corp. I. Sem. I 199*

931. *Versio:* ut negotium meum hic perficiam rogo (eos) et ut fortunent exitum meum כי *Bochart 1646* מלאכתי *(Velthusen 1786) Hitzig 1854* חן *scripsi non sine haesitatione. Voces* מלאכתי *et* אתמם *certae videntur: quod intercedit* -n *aut* in, *cum neque cum Velthuseno nomen aliquod* מלאכון, *neque cum Hitzigio suffixum* -ûnî *statui, neque in* n *littera primae personae pronomen plurale, cui* ysthyal *et* mysehi *singularia refragentur, inesse queat, non potest non respondere latino* huc, *quo aegre caremus, nam non ubique* huius loci *dei Hannonem iuvabunt. Itaque nihil restat, nisi ut adverbium esse putemus, idque Hebraeorum* חָנָּה *respondens, amissâ fortasse propter hiatum vocali. Eadem elementa Arabice* hunâ, hannâ *sunt* אשתאלם *(*אשיאל *Gesenius 1837. Ewald 1842)* m *huc transtuli: accedit quod praemissus accusativus apud Semitas suffixo repeti solet* וכי יְבָרְכוּ מוֹצָאי *Gildemeister* 932. *Versio:* Utinam hic recuperem filias meas et insuper cum eis filium fratris mei לו *Velthusen 1786: confirmavit cod. Ambrosianus* את קניתי *Verbrugge 1730* את בנותי *Grotius 1630* ועוד *Gildemeister: minus probandum est* יחד *Wurmii 1838, Moverso 1845* אתהן *(Wurm 1838) Gildemeister: quid obstet patet, sed in aliis interpretamentis magis etiam offenditur* בן אחי *Grotius 1630* 933. *Versio:* per intercessionem tutelae deorum et per eorum iustitiam במערב צלחם *Ewald 1842* ובמישרת- *Wurm 1838* — יחם *Bochart 1646* 934. *Versio:* tempore pristino hic hospitium meum Antidamas fuit בעת עלמות *Movers 1845. Sed aliud quaerendum est* הנכה *Ewald 1842* תחלך *Movers 1845, qui nomen abstractum putavit positum ut v. 1042* כן *Grotius 1630*

935. *Versio:* uirum hunc dicunt fecisse omne quod fuit ita faciendum איש *Bochart 1646* זה *Sappuhn 1713. Si emendare liceret, praeferrem* את ש- דברים *(Gesenius 1837) Wurm 1838* כי *Gildemeister. Emendationem e scriptura minuscula facile explicabilem hic et in v. 936 prorsus necessariam puto, etsi cod. Ambrosianus, qui eisdem locis* T *praebere videtur, ei non favet* את מצל *Grotius 1630* כל *Th. Chr. Tychsen 1806* אש *(Sappuhn 1713) Movers 1845* כָּן fuit *Grotius 1630* כֵּן *Gildemeister. Possit apud Poenos etiam significasse constitutum aut* iustum, *quae potestas non est apud Hebraeos* לפעל *Grotius*

Yth binim ys dybur ch-innocho-tnu agorastocles
את בנם יש לֵבֶר כי הנכה אתנו אגרסתקלס
Yth emanethi hy chirs aelichot sithi nasot
אות אמנתי הוא חרש ההליכות שאתי נשאתי
Bynu yid ch-illuch ily gubulim lasibithim
בנו הועד כי אלוך אלא גבלים לשבתם
Bodi aly thera ynnynu yslym min cho-th iusim
בעודי עלי תרע הנני אשאלם מן כה את יוצאים

Exanolim uolanus succurratimistimaltim acum esse 940
Concubitum abellocutim beat lula canti chona 941. 942
Enuses hui ec silic panasse atidmascon 942. 943

---

936. *Versio:* filium eius ait aliquis: hic nobiscum est, Agoraetocles בנם *Ewald 1842* יש *Gesenius 1837* לֵבֶר *(Petit 1630, multi alii) Gildemeister* כי *idem* הנכה *vide v. 934* אתנו *Ewald 1842* 937. *Versio:* signum fidei meae (meum) est tessera hospitalis, quam mecum fero אות *Wex 1838* אמנתי *Gesenius 1837* הוא *Bochart 1646* חרש *Dorhout 1765* ההליכות *(Wex 1838) Movers 1845* שאתי *(Wurm 1838) Wex 1843* נשאתי *Benary 1839: confirmavit Ambrosiani* nasot 938. *Versio:* nobis testimonio affirmatum est, illic esse regionem habitationis eius בנו הועד *Gildemeister: cf. Exod. 21, 29* כי *Bochart 1646* אלוך *Movers 1845* אלא גבלים *Bochart 1646* לשבתם *(Bochart) Ewald 1842* 939. *Versio:* dum adhuc ad portam sum, en percontabor hinc egredientes בעודי *(Hitzig 1854) Gildemeister* צלי תרע *Bochart 1646* הנני *(Bochart, Lindemann 1837) Ewald 1842* אשאלם *(Bochart) Lindemann 1837* מִן *Gildemeister, ex Ambrosiano* כה את יוצאים *Movers 1845*

940—949. *Codicis veteris (B) exhibuimus scripturam, nisi quod ille* PHONVS DV *praemittit (contra* P L *D^3, unius v. spat. C) versuique 940* N *praefigit et v. 943—945* o *priori in* felono *alia* o *superscripta est. Decem olim fuisse versus et per se consentaneum est et A evincit: cuius codicis scripturam quod non in textu posuimus, causa est in lectionis incertitudine. Contra sex versus exhibent CD, quorum haec sunt initia:* Exanolim, Concubitum, Hui ec silihc, Celtum comucro, Ette seanehc, Aodeanec*: servavit autem* Alem *et* Atenim *C' (vide ad v. 942/3) Ab exemplo quod supra dedimus ACD sic differunt* 940. YTHALONIMA-LONIUTHSICORAT*(min. prob.* I*)*HI*(vel* E*,* T*, minus prob.* P*)*STHYMHIMI*(*I *incerta) et in novo v.* HYMACO*(minus prob.* C*)*MSYT*(min. prob.* I*)*H *A* xa *(*l *er.)* nolim *c. sp. init. C* succurrati misti maltim acum esse *C.* succurratim istim altimcum esse, ltim *s. v. m^3, D* 941. CO*(vel* C*)*MBAE*(min. prob.* I*)*P*(vel* C*, minus prob.* T, E, I*)*UMAMI*(minus prob.* T, E*)*TA*(min. prob.* X*)*LME*(min. prob.* T*)*T*(min. prob.* E, P*)*LOT*(vel* I*, min. prob.* E, P*)*LAMB*(min. prob.* D*)*E*(vel* P*, min. prob.* I, T*)*AT*(min. prob.* E*) A* 941. 942. abello cutim *CD* beant *D* lulacant *CD* 942. IULECANTHE*(min. prob.* I*)*CONAALA-NI*(vel* E*,* P*,* T*)*MB*(min. prob.* P, D*)*ALUMBAR#DECHOR *A* 942. 943. *De C, qua nota in vv. 942—952 utemur, vide ad v. 1013* enus es *CD* silihc *CD* panesse *D.* pan esse *C* athidmascon *C.* athid mascon *D*



Alem uiduberte felono butune celtumco mucrolueui 943. 944. 945
At enim auoso uberhenthracharistoclem 946
Ette seanec nasoctelia helicos
Alemus dubertermi compsuestipti
Aode aneclictorbodes iussum limnimcolus

Deós deasque uéneror, qui hanc urbém colunt, 950
Vt, quód de mea re huc uéni, rite uénerim
Measque híc ut gnatas ét mei fratris fílium
Reperíre me sirítis, dei, uostrám fidem.
[Quae míhi subruptae sínt et fratris fílium.]

---

943. B*(min. prob.* D)A*(min. prob.* E)T*(vel* E, I, *min. prob.* P)S .... *(spatium explent* ELLI *vel similes litterae)*HUNE*(min. prob.* T)SOB*(min. prob.* P, D)INESUBI*(vel* E, T)CSI*(vel* E)LLIMBALI*(vel* E/M *A* 944. ESSEANT*(vel* I, E)I*(vel* E, T)-DAMOSSONALE*(min. prob* I, T/MUE*(min. prob.* P)DUBERTEFET *A* 945. D-*(min. prob.* O)O*(vel* C, *min. prob.* E)NO*(min. prob.* C)B*(min. prob.* D)UNT*(vel* E, P, *min. prob.* D)H*(incerta · pro* TH *possis etiam de* NI *vel sim. litt. cogitare)*-UNE*(vel* I, *min. prob.* P, T)CC*(min. prob.* O)I*(min. prob.* E)LTHUMUCO*(vel* C)M-MUCROLUIUI *A* 943—945. buthune *CD* Celtum comucro lueui *CD*
946. ALTANI*(vel* E, *min. prob.* T)MAUOSDUB*(min. prob.* P)E*(vel* I, *min. prob.* T, P)RITHEMH*(dubia)*U*(dubia: pro* HU *possis etiam de* IAI, *minus bene de* IN *aut* HO, *vix de* HN *cogitare)*AR*(min. prob.* A)CHARISTOLEM *A* atenim *C* auosouberhent hyacharistoclem *C.* auoso uber hent hyach aristoclem *(s ex c) D* 947. SI*(min. prob.* T/TT*(vel* S, E, P, I)ES*(vel* P, E, *min. prob.* T)EDANECNASOTE*(min. prob.* P, E)E*(min. prob* A/SAHELI*(min. prob.* T)COT *A* Etteseanehc *C.* Ette seanehc *D* nasoc telia elicos *D* 948. ALE-MUSD*(min. prob.* P)UBERTI*(vel* T, E)M*(dubia)*U*(dubia)*EMUC*(vel* O)O*(vel* C)-PSUI*(min. prob.* E/ST*(vel* I)ITI *A* duberter mi comps uespti *C'* *(*mi-comps uespti , , *er. C) D* 949. AOCCAANECLICT*(vel* I, E)O*(min. prob.* C)RBO*(min. prob.* C)D*(vel* O, *min. prob.* C)ESIU*(*IU *dubiae)*SSILIMLIMMI*(vel* E, T, P)MC*(vel* O)O*(vel* C/LUS *A* Aodenehc lictor bodes *C (*Ao deanec *C') D (*Aodeanec*)* limnim colus *C' D.* limium colus *C*
V. 950—960 Bellermanno suasore (progr. a. 1806 p. 19 sq.) uncis inclusit Bothius 950 *Sic A* X *praefigit B* ueneror///, o *ut vid. er. C'* 951. *Sic A, nisi quod* HUNC Utquoddemeare *C* ueniri te *BCD (*teuenerim*) Z.* ueneri te *F. corr. Saracenus* 952. *Sic A, nisi quod* MEASQ- *et* ETME*(vel* I)L Meas que *B* hic et *C (*hic ut *C').* nt *DFZ* gnatas etmei *C* mei] mel *B cum A* filium fratris *C'*
Pro et mei fratris filium *Ussingius ex v. 954 huc revocat verba* quae mihi subruptae *(sic')* sunt *duce Wexio Mus. Rhen. vol. IX (a. 1854) p. 312 sqq., qui sine merito* subr. sunt mihi 953. *Sic A, nisi quod* SIRITIS-DE*(vel* I)IUESTRAM Reperiremesiritis *B.* repperirem esiritis *CDFZ* di *BCD Cf. Wexius Mus. Rhen. vol. XII (a. 1857) p. 627* 954. *V. del. Lindemannus et Wexius, de Punicis Pl. mel p. 8: cf. tamen idem Mus. Rhen. vol. II (a. 1843) p. 134 sq. Sic A* quae *(*Que *B.* que *C)* mihi *(s. v. D. in fine v. add., sed punctis ad suum locum relatum C)* eur-

Sed híc mihi antehac hóspes Antidamás fuit.
Eum fécisse aiunt, síbi quod faciundúm fuit.
Eius fílium esse hic praédicant Agorástoclem.
Ad eum hóspitalem hanc tésseram mecúm fero.
Is in hísce habitare mónstratust regiónibus.
Hos pércontabor, qui hínc egrediuntúr foras.

AGORASTOCLES. MILPHIO. HANNO

AGORASTOCLES

Ain tú tibi dixe Sýncerastum, Mílphio,
Eas ésse ingenuas ámbas subruptícias
Carthágíniensis?

MILPHIO

Áio et, si frugi ésse uis,
Eas líberali iam ádseres causá manu.
Nam tuóm flagitiumst, tuás te populárís pati

---

ruptae (surreptae *DZ.* surreptę *C.* subreptae *F)* sunt et fratris filium *BCDZ* filius *Bothius* *Cf. v. 952* 955. *Sic A, nisi quod* ANTI*(vel* E*)*DAMAS Sed hic] qui *Z* ante hac *BCD* antimadas *CDFZ: corr. Pius* Sed hic mihi Antidama hospes antidhac *(vel rectius* antidhac hospes*)* fuit *Muellerus Pros. Pl. p. 10.* Sed hic Antidama mi antidhac hospes fuit *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 46* 956. *Sic A, nisi quod* SIBI faciundum, *alt.* u *ex* e *B* *Cf. praef.* 957. *Sic A, nisi quod* PRAEDICANT esse hic praedicant *Pareus tert. cum A.* hic praedicant esse *B (*praedicantes se*) C (*predicant*) DFZ* praedicant hic filium esse *Reizius* agorastoclen *B* 958. *Sic A* Ad eum] Deum *libri praeter A* hanc tesseram] arcesseram *BCD.* accesseram *F.* ac tesseram *Z.* tesseram *Valla* m mecum *B* 959. ISINHISCEABITRARESMNSTRATUESTREGIONIBUS *A* In isce *B.* In hisce *DFZ.* Inhisce *C* monstratus st *BC.* monstratusst *D.* monstratumst *F* 960. *Sic A* percunctabor *BC (*Hosper cunctabor*) Z* hinc] hunc *C.* huc *BDFZ* *Act. V sc. 2* AGORASTOCLE*(vel* I*)*S MILPHIO POENUS *A.* AGORASTOCLES MILPHIO HANNO ADOLESCENS SERUOS POENUS DU *B. om. C.* AGO MIL PEN' D^3 *Personarum notas m. 1 scriptas CD exhibent ita, ut Hanno appelletur* Poenus 961. *Sic A, nisi quod* TUTIBI *et* SYNCERASTUM *Ante* intu *(sic cum sp. init.)* AGORASTOCLES *er. C* Aintutibi *D* dixisse *Z* sincerastum *C (*dixes-*) D* 962. *Sic A, nisi quod* EAS *et* SUB*(min. prob.* R*)*RUPTICIAS Eas] As *B.* Has *reliqui praeter A* surrupticias *BCDZ.* surrepticias *postulabat Fleckeisenus Nov. ann. vol. 60 (a. 1850) p. 252* 963. *Sic A, nisi quod spat. om. et* ESSE Artaginiensis *B.* carthaginensis *ex* carthatinensis *C.* carthaginensis *Z: corr. Aldus* etsi *C* sifrugi es seuis *B* 964. *Sic A, nisi quod* ADSERES *sine* iam adsere *B (*ad se recausamanu*) CD.* assere *F.* adserere *Z: corr. Pylades* manum *CD* 965. NAMTUUMFLAGITIUMSTTUASTEPOPULARISPATI *A* tuum *libri cum A* flagitiumsi tuas popularis te *B.* flagitium statuas popularis te *C.* flagitiumst tuas popularis te *D (*tepati*).* flagitium est



Seruíre ante oculos, dómi quae fuerint líberae.

HANNO

Pro dei ímmortales, ópsecro uostrám fidem,
Quam orátionem hanc aúres dulcem déuorant.
Cretást profecto haec hórunc hominum orátio,
Vt mi ápsterserunt ómnem sorditúdinem.

AGORASTOCLES

Si ad eám rem testis hábeam, faciam quód iubes.

MILPHIO

Quid tú mihi testis? quín tu insistis fórtiter?
Aliquá Fortuna fúerit adiutrix tibi.

AGORASTOCLES

Incípere multost quam ínpetrare fácilius.

MILPHIO

Sed quaé illaec auis est, quae húc quom tunicis áduenit?

970. *Nonius p. 173, 9:* sorditudinem pro sorde. Plautus Poenulo: 'ut . . . sorditudinem' 975. *Seruius ad Aen. VIII 724:* discinctos] uel habitum eorum ostendit, qui usque in talos fluebat: quod Plautus ridet in Poenulo dicens: 'quae est illa auis?' cum Afrum uidisset uestem dimissam trahentem; neque enim utuntur hodieque zonis: *cf. v. 1008*

tuas populatis te *F*. flagitium est tua popularis te *Z* 966. *Sic A, nisi quod* LIBERAE Seruare *B* domique *B* quę fuerunt *CDFZ*

V. 967—970 hoc ordine collocavit Gruterus Susp. lect. II 5 cum A: eosdem libri praeter A hoc exhibent: 967. 969. 968. 970. Versum 968 delebat Guyetus: versus 967 sq. = 969 sq. esse ratiocinati sunt Hasperus l. s. s. p. 304 (28) similiterque Muellerus Pros. Pl. p. 485 967. *Sic A* Pro di *Z*. Pro dii *BCDF* obsecro *B* uestram *B*. uram *D* 968. *Sic A* dulces *CDFZ*. dulce *Pius* 969. CRETAESTPROFECTOHORUMHOMINUMORATIO *A* Creta est *B*. Certa est *CDFZ* profectod *Ritschelius Nov. exc. p. 87* haec horunc *Geppertus*. horum *libri cum A*. horunc *Bothius cum Camerario, Schmidtius de dem. pron. form. p. 49* homonum *idem Ritschelius l. s. s.* Horum profecto certast hominum or. *Pylades*. Creta profectost horunc h. or. *Bothius*

970. *Sic A, nisi quod* MIHIAPSTERSERUNT Vt] Ita *Boltenstern de reb. scaen. p. 26* mihi *libri cum A et Nonio* absterserunt *libri praeter AB et Nonius* hominem *B*. omnes *Nonius* sortitudinem *D* 971. *Sic A, nisi quod* HABEANTFACIAM siadeam *C* quodiubes *C*. quod diubes *B* 972—975. *Verba* Incipere — sed quę nam *in C ante* Quintu — tibi *posita, sed signis in ordinem redacta sunt* 972. QUITUMIHITESTISQUITUINSISTISFORTITER *A* Quid tu *FZ*. Quintu *C* (uintu mihi testis *in ras*). quntu *D*. Quantu *B* quan tu in sistis *B*. quintu insistis *CD* 973. *Sic A, nisi quod* FORTUNA 974. INCIPEREMULTOSTQUAMIMPETRAREFACILIUS *A* multo est *CDFZ*. mulo est *B* impetrare *BC* (t *sup. scr., D (item)*. patrare *Acidalius* facilius *s. v. C* 975. SEDQUAEILLAECAUISESTQUAEHUCCUMTUNICAADUENIT

Numnam ín balineis círcumductust pállio?

AGORASTOCLES

Faciés quidem edepol Púnicast: guggást homo.

MILPHIO

Seruós quidem edepol uéteres antiquósque habet.

AGORASTOCLES

Qui scís?

MILPHIO

Viden homines sárcinatos cónsequi?
Atque út ego opino in mánibus digitos nón habent.

AGORASTOCLES

Quid iám?

MILPHIO

Quia incedunt quom ánulatis aúribus.

---

981. *Priscianus IV 38 (Gr. lat. II p. 139, 7):* anulus anulatus — Plautus in Poenulo: 'quia . . . auribus', *unde sua hausit Osbernus p. 13 et 19*

A quae illaec auis est *Geppertus cum A.* quaenam illaec auis est *E* (que nam illae cauis) *C* (quę nam illec) *DF* (anus) *Z* (illec). quae est illa auis *Seruius.* quaenam illa auis est *Bothius.* quaenam illaec auis est *Ussingius.* quaenam haec auis est *Guyetus* que huc *B.* quehuc *C* cum *praeter B omnes* (cutunicis *C*) tunicis *libri praeter A* 976. NUMNAMINBALI . . . . . MDUCTUSTPALLIO *A* Nunnam *B.* nunnam *D.* nun nam *C* in balineis *Geppertus cum A.* in abaliniis *BD.* inabalinus *C.* in aballinis *F.* a balineis *Z* Nam a balneis it *Guyetus, Reizius.* Numnam it a balneis *Camerarius* Nonne, hem, acalanthust *dubitanter Ritschelius Opusc. IV p. 176* circumductust *Geppertus cum A.* circumductus *libri praeter A* 977. FACIESQUIDEMEDEPOLPUNICASTG(*vel* C)UG(*vel* C)GASTHOMO *A* Agor.] *pers. om. libri (spatio tamen posito D): corr. Bothius duce Angelio* punica est guggast homo *Turnebi membr. Adv. X 24, etiam Lambini 'veteres libri'. om. BCDFZ relicta lacuna, a quibus profectus verba* facies quidem edepol *variam esse scripturam ad v. 978 spectantem dicit Ussingius duce Dziatzkone Mus. Rhen. t. 21 (a. 1866) p. 481 adn.* hominis peregrina admodum *supplebat Geppertus: at cf. eiusdem Stud. Pl. vol. II p. 101. V. del. Weisius* 978. *Pers. om. libri: add. Angelius Sic A* ueteres *om. DFZ* antiquos que *B* 979. *Sic A, nisi quod* OMNES *et* CONSEQUI K Qui sis *B.* Quiscis *C.* Quis is *Camerarius* hominis BCD^4. homini D^1FZ 980. ATQ . . . . OPINORDIGITOSINMANIBUSNONHABENT *A* ut ego opino in manibus digitos *Weisius.* ut opinor (ut opinior *B.* utopinor *C*) digitos in manibus (inmanibus *C.* im manibus *B*) *libri cum A ut vid.* digitos ut opino in manibus *Bothius Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 46* 981. *Sic A, nisi quod* ANULATIS K Quid *B* quidiam *C* Qui incedunt *Hermannus Nov. ann. vol. 35 (a. 1842) p. 191.* Quia cedunt *Hasperus l. s. s. p. 298 (22): cf. Muellerus Pros. Pl. p. 348* quomanulatis *B.* cum anulatis *reliqui praeter A cum Prisciano V. 982—984, quos Poeno iam tribuit F, Hannonis esse vidit Dziatzko l. s. s. p. 480, ante v. autem 985 versum Punicum excidisse vult: nobis alius esse re-*



(Adíbo ad hosce atque áppellabo Púnice.
Si réspondebunt, Púnice pergám loqui:
Si nón, tum ad horum móres linguam uórtero.)
Quid aís? ecquid tu cómmeministi Púnice? 985

AGORASTOCLES

Nihil édepol: nam qui scíre potui, díc mihi,
Qui illím sexennis périerim Carthágine?

HANNO

Pro dei ímmortales, plúrimei iam ad illúm modum
Periére pueri líberi Carthágine.

MILPHIO

Quid aís tu?

AGORASTOCLES

Quid uis?

MILPHIO

Vín appellem hunc Púnice? 990

---

censionis videntur: cf. v. 990. 991 982. ADIBOHOSCATQUEAPPELLABOPUNICE *A* Adibo D^2FZ. Audibo *BCD*^{1} ad hosce atque *Camerarius.* hosce atque *B.* atque hosce *CDFZ.* ego hosce atque *Reizius* apelabo *D* 983. *Sic A, nisi quod* SI *omittit Post* Punice *interpungit Wexius de Punicis Plautinis meletemata p. 25* 984. *Sic A, nisi quod* AD *et* UERTERO S non *B* Sinonlnm adhorum *C* lingua ac uertero *BCD (*acuertero, *exp. m*^{4}*).* linguam aduertero *F.* linguam deuertero *Z* 985. *Mil. pers. praem. BCDF* QUIDAISTUECQUIDCOMMI*(vel* E*)*NISTIPUNICE *A* Quid, Q *in ras. ubi* N *scripta erat C* ais? ecquid tu *scripsimus.* ais tu ecquid *(*ec quid *B.* etquid *C) libri, ubi* ecquidnam *Muellerus Pros. Pl. p. 517,* ecquid adhuc *Pylades,* tu ais? ecquid *Geppertus* commeminis ti *B.* commeministi, mi *s. v. C* 986. *Sic A, nisi quod* QUI quiscire *BCD* potis sim *Geppertus.* potis sum *Muellerus Nachtr. p. 145: cf Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 147* qui fieri potis est *Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1873) p. 118* 987. *Sic A* illum *CDZ.* illinc *F, Pius* se exennis *B* cartagine *CD V. 988. 989 del. Langrehrius p. 20* 988. *Sic A, nisi quod* ADILLUMMODO *sine* IAM *Hannonis notam om B* dii *BCDFZ* plurimi *libri praeter A.* plurumeis *Ritschelius Nov. exc. p. 114* iam ad hunc modum *Hermannus.* ad hunc modum *libri praeter A (*adhunc *et spat. 7 litt. ante* modum *C).* adeo ad hunc modum *Brambachius Mus. Rhen. t. 21 (a. 1866) p. 479.* ut ad illum modum *Geppertus.* ut ad hunc modum *Acidalius. Hiatum def. Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 23* 989. *Sic A* Periere *ex* perire *C* cartagine *C (spat ante id vocabulum) D V. 990. 991 ex altera recensione repetit Hasperus l. s. s. p. 304 (28): cf. v. 982—984* 990. *Sic A, nisi quod* PUNICE Agor.] B *B.* Mil. *CD* Mil.] A *B.* Agor. *CD* uin appellem D^3. uinapellem CD^1. uina pellem *B*

AGORASTOCLES

An scís?

MILPHIO

Nullust med hódie Poenus Poénior.

AGORASTOCLES

Adei átque appella, quíd uelit, quid uénerit,
Quei sít, quoiatis, únde sit: ne pársereis.

MILPHIO

Auó. quoiates éstis aut quo ex óppido?

HANNO

Annon muthum balle bachaedre anech.

AGORASTOCLES

Quid aít?

---

991. *Priscianus III 3 (Gr. lat. II p. 84, 5):* antiqui etiam in quibusdam gentilibus comparatiuis usi sunt. Punus Punior. Plautus in Poenulo: 'nullus . . . Punior' 993. *Priscianus XII 29 (Gr. lat. II p. 595, 13):* . . . non solum 'cuias', sed etiam 'cuiatis' proferebant communi genere. Plautus in Poenulo: 'quid sit . . . oppido?' *Idem XVII 23 (Gr. lat. III p. 122, 15):* cuias, cuius nominatiuum etiam 'cuiatis' communi genere antiqui proferebant. Plautus in Poenulo: 'quid sit . . . oppido'

---

991. ANSCISNULLUS *(reliqua legi nequeunt) A* Agor.] *praem. FZ.* Milph. *BCD* Anscis *C.* An tu scis *Bothius* Milph. *FZ.* Agor. *BCD* nullust med hodie *scripsimus duce Ritschelio Nov. exc. p. 96 (ubi simul de* hodie *cogitat).* nullus me est hodie *B cum Prisciano.* nullus me est *CDFZ.* est nullus me hodie *Brugmanus p. 28* poenus *FZ.* penus D^3. denus BCD^1. Punus *Priscianus, Geppertus* Poenior *Bothius.* punior *libri cum Prisciano, Geppertus* 992. Milph. *praem. CD. om. B* AD . . ATQ·APPELLA . . I . . ELI . . . . . NERIT *A* Adei atque *scripsimus ex A.* Adi atque *DFZ.* Adiatque *B.* Atque adi *cum spatio post* adi *C* ueli *B* 993. QUEISITQUOIATISUN . . S*(incerta)* . . . . . RSE(RSE *incertae)*— *A: cf. v. 994* Qui sit *BDFZ.* Quisit *et spat. 12 litterarum post* sit *C.* Quid sit *Priscianus* quo patis *BCD.* quo patre *F.* cuiatis *Z, Priscianus* ne parseris *FZ.* ne parleris *BCD* 994. Milph. *praem. FZ.* Agor. *BCD* AUOQUOIATISESTISUNDESITNEPARSERE*(vel* I*)*I*(vel* T*)*S *A errore in v. 993 relapsus* Quid est cuiates *Priscianus* quo lates *D.* quo lates //// *(er.* es*) B.* quo lętes *C.* quo te lates *F.* cuiates *Z* quo exoppido *C.* quo quoppido *B* 995. ANNO*(vel* C*)*B*(min. prob.* D*)*YN(N *dubia: possis etiam de* TY *vel* TE *vel* IC *vel sim. cogitare)*MYT*(vel* E, I, L, P*)*T*(vel* P, E, I*: pro duabus his etiam* N *legi possit)*HYMBA(BA *dubiae)*LLE*(vel* T, I*)*U*(dubia)*D*(vel* B, P, *min. prob.* E, T*)*R*(min. prob.* A*)*A*(min. prob.* R*)*D*(vel* E*)*A*(vel* R, *min. prob.* H*)*I*(min. prob.* S*)*TANNE*(vel* I, T, P*)*C*(min. prob.* O*)*H *A, litteris 20—27 incertissimis* annon muthum balle bachaedre anech *BC (*becha edre enehc, edre *s. v.) D (*anno *et* becha edre*)* 996. Milph. *praem. BC (in ras.) D* QUIDAITHANNONEMSEESSEAITCARTHAGINE *A* Quid agit *B.* Quid ait *in ras., ubi* MIL



MILPHIO

Hannonem se ésse ait Carthágine,
Carthágíniensis Múthumballis fílium.

HANNO

Auó.

MILPHIO

Salutat.

HANNO

Dónni.

MILPHIO

Doni uólt tibi
Dare híc nescio quid. aúdin pollicitárier?

AGORASTOCLES

Salúta hunc rursus Púnice uerbís meis. 1000

MILPHIO

Auó donni inquit híc tibi uerbís suis.

HANNO

Me har bocca.

MILPHIO

Istuc tíbi sit potius quám mihi.

AGORASTOCLES

Quid aít?

MILPHIO

Miseram ésse praedicat buccám sibi:
Fortásse medicos nós esse arbitrárier.

---

quid ait *er., C* Milph] Agor. *BCD* Hannonem — carthagine *in ras. C* se esse *scripsimus ex A.* sese *reliqui* 997. CARTHAGINIENSISMYTT*(vel* Ę, Į*)*-HUMBALISFILIUM *A* Carthaginienses *BD.* carthaginenses *(*car *in ras. et* es *ex* is *ut vid.) C.* Carthaginensem *FZ.* Carthaginiensem *Camerarius* muthum has. lis *B.* muthum baslis *C (*s *prior ex* l *corr.) D (eadem in* l *corr.).* muthum ballis *FZ* 998. *Sic A, nisi quod* UULTTIBI Auo] no *BCDFZ* oult *FZ cum A* 999. DAREHIĊNESCIOQUIDAUT*(vel* I*)*INPOL-LIĊITARIER *A* hic *Bothius cum A.* hinc *libri praeter A Super* audin *supersc.* Ag D^3 quidaudin *C* pollicierier *BC.* pollicerier *DFZ* 1000. *Pers. om. BCD* SALUTAHUNCBURSUSPUNICEUERBISMEIS *A* rusus *B.* rursum *Ritschelius Opusc. II p. 260* 1001. AUODONNIMIN-QUITHICTIBIUERBISSUIS *A* nonni *B.* nonne *CDFZ: corr. Camerarius* mihi inquit hic tibi *Wexius Meletem. p. 33 (cf. A), ubi* mihi *del. Ussingius.* mihi hic tibi inquid *BC.* hic mihi tibi inquit *DFZ.* hic tibi dicit *Guyetus.* mi hic inquit tibi *Geppertus* 1002. MEPHAR-BUA♯ISTUCTIBISITPOTIUSQUAMMIHI *A* Me har bocca *B.* Me har-bocca *CD (*e *ex* a*)* me har] meshar *Schroederus die phōn. Spr. p. 316* quammihi *C* 1003. *Sic A, nisi quod* MISERAM 1004. *Sic A, nisi quod* ARBITRARIER *Agor. pers. praem. Bentleius* nosesse *(prior* e *ex* s*) B* arbitratur *FZ*

AGORASTOCLES

Si itást, nega esse: nólo ego errare hóspitem.

MILPHIO

Audín tu? rufeen nuco istam.

AGORASTOCLES

Síc uolo

Profécto uera cúncta huic expedírier.
Roga, núm quid opus sit.

MILPHIO

Tú, qui zonam nón habes,
Quid in hánc uenistis úrbem aut híc quid quaéritis?

HANNO

Muphursa.

AGORASTOCLES

Quid ait?

HANNO

Miuulec hi an na.

AGORASTOCLES

Quíd uenit?

MILPHIO

Non aúdis? mures Áfricanos praédicat
In pómpam ludis dáre se uelle aedílibus.

HANNO

Laech lach ananim limini chot.

1005. *Sic A, nisi quod* SIEST ita est *Camerarius.* est *libri cum A.* id est *Pareus*[3] Id si est *Geppertus* ergo *D* 1006. AVDINTVRVFEYNNYCCHOI *rel* E, T SSAM#SICVOLO *A* *Verba Punica Ussingius Hannoni tribuit, reliqua Agorastocli* Audi turufeen nuco istam *B.* Auditu rufen nuco istam *CD* 1007. *Sic A, nisi quod* PROFECTO 1008. *Sic A* numquid *CD* zonam (z *in litura*) *B* Tuquizonam *C* 1009. *Sic A, nisi quod* URBEMAUTQUIDQUAERITIS hin hanc *B* aurbem *B* aut hic *Geppertus.* aut *libri cum A* quidnam *Pylades* queritis *B. item.* ti *s. r. C* 1010. MVPHVRSAQVIDAIT-#MIV *et in fine* #QVIDVENIT *A ita, ut in interstitio paullo minus quam* VLECHIANNA *videatur exstitisse* Mu phursa *D* Miuulec hi an na *B.* Muiulechianna *C.* Muiulec hianna *D* 1011. NONAVD. *dein in medio versu* C *et paullo post* EDICAT *A* predicat *BC* *V. 1012—1018 in D alia manus antiqua scripsit* 1012. . . P *et suo loco* RESEVELLEAEDILI-BVS *A* Inpompam *C.* In popam *B* laudis *F* dare se] dares *BC D*[1]. dare *Z: corr. D*[2]*F. Camerarius* edilibus *C* 1013. LE *rel* I. P. T CHL *rel* I. E. P. T ACHANNANIL *rel* P I *rel* T MNI *rel* E, P, T I *rel* E, P, T CH H *incerta* T *rel* E. I. P. I. QVIDNVNCAIT *A* Laech lach ananim limini chot *B.* Ialehelahcananim ni *e corr.* liminichot *C.* Ialehelahcananimlimiiichot *D* liminuchot *Güdemeister* *Secuntur post* liminichot *verba* Hui cc (*r.* 942 3 — fratris filium (952) *iam supra scripta*

AGORASTOCLES
Quid núnc ait?
MILPHIO
Ligulás canalis aít se aduexisse ét nuceis:
Nunc órat operam ut dés sibi, ut ea uéneant.
AGORASTOCLES
Mercátor credost.
HANNO
Issam arbinam.
AGORASTOCLES
Quid est?
HANNO
Palu, mer, gad ectha.
AGORASTOCLES
Mílphio, quid núnc ait?
MILPHIO
Palás uendundas síbi ait et mergás datas:
Ad méssim credo, nísi quid tu aliúd sapis:
Vt hórtum fodiat átque ut frumentúm metat.

---

et hic m. 1 vel eiusdem actatis m. deleta: discrepantias supra adnotavimus C' nota usi Agor *add. D*⁴ nunc *in ras. (post* c *er.* t*) C*

1014. LIGULASCANALI*(vel* E*)*SAITSEADUEXISSEETNUCE*(vel* I*)*I*(vel* E*)*S *A* Lingulas canalis *FZ.* Ligulas uenales *Dousa fil.* ficulas fabulas *Acidalius, quae transponit Guyetus.* Ligulas cannabes *Alciatus* ad uexisse *B* nuces *libri praeter A* 1015. NUNCORATOPERAMUTDESUTEAUENE*(vel* I*)*ANT *A* ueniant *BDZ.* ueneant *ex* ueniat *C*

1016. MERCATORCREDOEST♯ASSAMM*(vel* H*)*ARBINAMQUIDEST *A* credo est *BDFZ.* est credo *C* Issam B arbinam *B.* Is sam MIL. arbinam *C.* Issam mil arbinam *D.* Issain. Mil. Arabinam *F.* Isam Mi. arbinam *Z* Agor.] *Pistoris. om. BCDFZ sine spatio* Quid est *Camerarius cum A.* quidem *BCDFZ* 1017. PALUMI*(vel* T*)*RGADETHA♯MILPHIOQUIDNUNCAIT *A* Palum erga detha *B.* Palum erga dectha *CD* 1018. *Sic A, nisi quod* AITET *et* DATAS *Verba* Palas — ad me *(v. 1021) desunt in C* bendundas *BD* sibi ait et *Camerarius cum A.* sibim tet *BD.* sibimet *FZ* *V. 1019 sq. hoc ordine A exhibet: inverso reliqui BDFZ. V. 1019 post v. 1022 collocat Bothius. V. 1020 ex alt. rec. repetit Hasperus l. s. s., fort. recte* 1019. ADMESSI*(vel* E*)*MCREDONISIQUIDTUALIUDSAPIS *A* credo nisi quidem tua *BDF (*nisi hic quidem*) Z (*tuam*), unde* credo missus *(*missust *Brixius Em. Pl. (a. 1854) p. 11)* hic quidem tuam *Pylades duce Valla.* credo nisi quid aliud autumat *Geppertus* nisi quid tu *ex A vel* nisi quidem tu *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 23* 1020. UTHORTUMFODIATATQ·UTFRUMENTUMP*(vel* I, E, T*)*ETAT *A* ortum fodiat atque ut *Z.* hortum fodi atque ut *BF (*ortum*).* hortum *(*h *s. v.)* fodi *(s. v. m. 3)* atque ut *(*ut *ex* in*) D* *Ceterum h. v. Agorastocli dat Geppertus signum interrogationis in fine collocans*

AGORASTOCLES
Quid ístuc ad me?
MILPHIO
Cértiorem te ésse uolt,
Ne quíd clam furtim se áccepisse cénseas.
HANNO
Muphonnium sucorahim.
MILPHIO
Em, caue sis féceris,
Quod hic te órat.
AGORASTOCLES
Quid aiť aút quid orat? éxpedi.
MILPHIO
Sub crátim uti iubeas sése supponi átque eo
Lapidés inponi múltos, ut sesé neces.
HANNO
Gunebel balsameni erasan.
AGORASTOCLES
Narrá, quid est?
Quid aít?
MILPHIO
Non hercle núnc quidem quicquám scio.
HANNO
At út scias nunc dehínc latine iám loquar.
Seruom hércle te esse opórtet et nequam ét malum,

1021. QUIDISTUCADME#CERTIOREMTEESSEUOLT *A* cerciorem *B* uolt *Scaliger, Bentleius cum A.* uoli *BCD.* uolui *FZ* 1022. NEQUIDCLAMFURTIMSEACCEPISSECENSEAS *A* Nequid *CDZ.* Nequit *B* furtim se] furtise *B.* furtiue *CDFZ.* furtimue *Scaliger, Lambinus* cepisse *Geppertus Stud. Pl. I p. 136* cen seas *C* 1023. MUFONNIMSICCORATIM#HEMCAUESISFECERIS *A* *Pers. initio om. BCD* Muphonnium *BCD* sucorahim *BC (spat. ante eam vocem).* sucoraim *D* Em *BD.* Ein *C.* Hem *FZ cum A* cauesis *F cum A.* caue si *reliqui* 1024. *Sic A, nisi quod* AUTQUIDORAT te *del. Bothius, Reizius* 1025. *Milph. pers. om. BCD*[1] *(add. D*[3]*)* SUBO *vel* O RAT *vel* EMUTIUREASSESUPPONIATQUEEO *A* Sub gratim *BCDF.* Suberatim *Z* uti *Camerarius.* ut *libri* sese *Pylades.* se *libri cum A* ad que *B* 1026. *Sic A, nisi quod* NECES imponi *C* ut ex sit *B* sese enices *Pareus*[3] 1027. GUNEBBALSAME *vel* P, T-MLYRYLA#NARRAQUIDEST *A* Gunebel balsameni erasan *BC et, nisi quod* balsamem, *D* 1028. *Sic A, nisi quod* QUIDEMQUIDQUAM Quid *FZ cum A.* Qui *BCD.* Quod *Bothius cum v. 1027 verba construens* quae quam *B* 1029. *Sic A, nisi quod* IAM Atque ut *Pareus*[3]. At tu *Pareus*[2] 1030. SERUMHERCLETESSEOPORTETETNEQUAMET-MALUM *A* Seruom solus *B* hercle l *c corr. C.* hodie *Z* et nequam] ene quam *B*

Hominém peregrinum atque áduenam qui inrídeas.

MILPHIO

At hércle te hominem et sýcophantam et súbdolum,
Qui huc áduenisti nós captatum, mícdilix,
Bisúlci lingua, quási proserpens béstia.

AGORASTOCLES

Maledícta hinc aufer: línguam conpescás face.
Maledícere huic tu témperabis, sí sapis:
Meis cónsanguineis nólo te iniusté loqui.
Carthágini ego sum gnátus, ut tu sís sciens.

HANNO

O mí popularis, sálue.

AGORASTOCLES

Et tu edepol, quísquis es:
Et sí quid opus est, quaéso, dic atque ímpera,
Populáritatis caúsa.

HANNO

——— Habeo grátiam:

1034. *Varro de l. l. 5, 68:* serpere et proserpere idem dicebant ut Plautus quod scribit: 'quasi . . . bestia'

1031. HOMINEMPEREGRINUMATQ·ADUENIAM *(nil ultra scriptum) A* ad que *B* irrideas *C* 1032. *Sic A* Ad *B* sicophantam *C.* sycophanta *B.* sicophanta *D* subolum *D* 1033. *Sic A, nisi quod* MIGDI-*(vel* E*)*LI*(vel* E*)*X*(vel* A*)* ad uenisti *B* micdilix *Turnebi Adv. X 24 membranae.* migdilix *cum A Scaliger, qui tamen etiam* migdilybs *(*migdilibs *Turnebus).* mic dilia *B.* micdilia *CDZ.* nundilia *F.* migdolibs *Bothius* 1034. *Sic A, nisi quod* PROSERPẸNS Bisculcilinguis *Geppertus.* Bisulca lingua *tacite Lambinus. cf. Ribbeckius Trag.*[2] *p. LXXV sq.* pro serpens *BC* 1035. MALEDICṬAHANCAUFERLṆGUAMCONPESCASFACE *A* aufers *BCD* compescas *CFZ* tace *FZ: corr. Gruterus* 1036. *V. in suspicionem vocant Lonanus p. 57, Hasperus l. s. s., Geppertus Sic A, nisi quod* MALEDICERE *et om.* TU 1037. *Sic A* Meis] Ineis *D* Meus est sanguineus *F* in iuste *BC* 1038. *Sic A, nisi quod* CARTHAGINE *et* SISC*(vel* S*)*IENS Cartagini *(*g *e corr. C) CD* sum *(*um *s. v.) C* gnatus, n *inter scribendum ex* r *D* tu *om. DZ* 1039. OMIPOPULARI*(vel* E*)*SSALUEETTUEDEPOLQUISQUISEST *A, nisi quod de* Q *ante* UISEST *dubitari potest* mi *Scaliger cum F et A.* mihi *BCDZ: cf. Bergkius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 829* tu *om. C* qui quis *B* es *libri praeter A omnes* 1040. *Sic A, nisi quod* DIC Et siquid *CZ.* Et siquod *B.* Si quid *F* est *om. C* quęso *B* dicat que *B.* dicatque *D.* dicat quae *C* 1041. *Sic A, nisi quod in* POPULARITATIS *dubia* L causad Poen. *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. p. 78.* causa. Poen. Hercle *Muellerus Pros. Pl. p. 522* Habeo tibi *Pareus*[3] *V. 1042—1053 eo ordine exhibuimus qui est in BCDFZ: v. 1042. 1043 A exhibet post*

Verum híc hospitium ego hábeo. Antidamae fílium,
Quaesó, commostra, sí nouisti, Agorástoclem.
(Sed ecquem ádulescentem tu híc nouisti Agorástoclem?

AGORASTOCLES

Siquidem Antidamai quaéris adoptatícium: 1045
Ego sum ípsus, quem tu quaéris.

HANNO

Hem, quid ego aúdio?

AGORASTOCLES

Antídamae gnatum me ésse.

HANNO

Si itast, tésseram
Conférre si uis hóspitalem, eccam áttuli.

AGORASTOCLES

Agedum, húc ostende. est pár probe, quam habeó domi.)

---

v. 1048: v. 1053 et ante v. 1049 et post v. 1052 idem codex. versuum 1043 et 1044 ordinem invertit Acidalius dubitanter: alterutrum suspectum esse censet Lomanus p. 57. Maiores esse turbas sensit Muellerus Pros. Pl. p. 296 adn., quas ex duplici recensione repetierunt duce Osanno p. 202 (1043=1044) Seyffertus Stud. Pl. p. 11, Goetzius Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 260 1042. UERUMEGOHICHOSPITIUMHABEOANTIDAMAE*(vel* I*)*FILIUM *A* hic hospitium ego *Bothius.* ego hic *(*hic ego *D, corr. m.*[2] hic *om. B.* c *e corr. C)* hospiti sum *BCD.* ego hic hospitem unum *FZ (*hispitem*), ubi* unum hospitem *Meursius cum Pylade.* hic ego hospitem *Acidalius.* enim ego hic hospitem *Geppertus.* habeo ego hic hospitium *Guyetus* antidamę *C* *Post* filium *plene distinxit Acidalius* 1043. *Sic A, nisi quod* QUAERO *et* AGORASTOCLEN Quaeso *F, Acidalius.* Quaero *Z.* Quęro *C.* Quero *BD* com monstransi *B.* commonstrans *CD.* commonstretis *FZ (*commost-*).* commonstres si *Pylades* agorastoclem *libri praeter A omnes* *Post hunc v. quaedam intercidisse suspicatur Seyffertus l. s. s.* 1044. *Aggr. pers. praem. FZ et editionum aliquot* *Sic A* Sed hec quem *B.* Sed hęc quem *CD.* Ecquem *Angelius* adolescentem *CDFZ* 1045. *Sic A, nisi quod* ANTIDAMATI *Pers. om. CFZ* Antidamai *Bothius.* anthidamarchi *BC.* antidamarchi *CFZ.* Antidamatae *Ritschelius olim: cf. Opusc. III p. 304. 337.* Antidămăti *Crainius Diar. gymn. vol. XX (a. 1866) p. 477.* tu Antidamae hic *Acidalius.* Antidamae tu *Ussingius in adn.* Antidamae Demarchi *Lipsius Ant. lect. II 19, ut taceamus alios* quęris *BC* ad optaticium *C.* adoptatium *B* 1046. *Sic A* quęris *C.* queris *BD* Hem *libri cum A* 1047. *Sic A, nisi quod omisso post* ESSE *spatio* antidamę *C.* antidame *D* gna tum *C* med esse *Scaliger* ita est *libri praeter A* tesseram *Valla cum A.* te esseram *B.* te esse iam *CDFZ* 1048. *Sic A* confer te *F.* confer *Z: corr. Pylades* siuis *B* 1049. AGEDUMHUICOSTENDEESPARPROBENAMABEODOMI *A* Age dum *B* quam *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868)*

HANNO

O mi hóspes, salue múltum. nam mihi tíos pater
Patrítus ergo hic hóspes Antidamás fuit.
Haec mi hóspitalis téssera quom illó fuit.

AGORASTOCLES

Ergo híc apud me hospítium tibi praebébitur:
Namque haúd repudio hospítium neque Cartháginem,
Vnde súm oriundus.

HANNO

Dí dent tibi omnes, quaé uelis.
Quid aís? qui potuit fíeri, ut Carthágini
Gnatús sis? hic autem hábuisti Aetolúm patrem.

---

p. 458. nam *libri cum A.* eius quam *Muellerus Pros. Pl. p. 296* abeo *Pius cum A* domi *Angelius, Scaliger cum A.* domum *BCDFZ* 1050. *Sic A, nisi quod* MULTUMNAMMIPATER *Ó C* sal ue *B* mihi tuus pater *BCDFZ.* illius mihi pater *Geppertus.* ille ipsus mihi *Ritschelius Nov. exc. p. 84* 1051. *Sic A, nisi quod* PATRITUSERGOHOSPES Patritus *Bothius cum A.* Patruus *C.* Patri tuus *D.* Patri. Ag. Tuus *F.* Pater tuus *BZ.* Paternus *Scaliger* ergo hic *Ritschelius Nov. exc. p. 85.* ergo *libri.* ergod *Ritschelius duce Guyeto ibidem.* ergo mi *Acidalius duce Pylade.* ergo *suspectum* anti damas *B* Patri tuo ergo ego hospes Antidamae fui *Muellerus Pros. Pl. p. 485.* Pater tuos ergod, olim Antidama hospes fuit *Ritschelius l. s. s.* 1052. *Sic A, nisi quod* MIHI *et* CUM Hęc *C* mihi *libri cum A* essera quo millo *B.* tessera cum illo *CDFZ* illo cum *Scaliger.* cum illo olim *Acidalius* Haec hospitalis tessera mihi cum illo fuit *Bentleius.* Fuit hospitalis tessera haec cum illo mihi *Bothius*[2]. Haec mihi hospitalis fuit cum illo tessera *Reizius.* Mihi hospitalis tessera haec *(ita Geppertus) vel* Haec cum illo tessera hospitalis mihi fuit *Muellerus Pros. Pl. p. 4. an* Haec tessera hospitalis mihi *e. q. s.?* 1053. Agor.] *om. BCD* *Sic A, nisi quod* TIBI *omisso* *De* med *cogitat Ritschelius Nov. exc. p. 49* fospitium *Schenklius l. s. s. p. 615 (9)* prebitur *B.* praebibebitur *Ritschelius Opusc. II p. 401 (*Ergo tibi apud me hic hosp. pr.*): cf. Langenus p. 274* 1054. *Sic A, nisi quod* NAM *et* NEQ;CARTHAGINEM Namque haud *Acidalius duce Pylade.* Nam haud *libri cum A.* Nam non *vel* Nam ego haud *vel* Nam hercle haud *Muellerus Pros. Pl. p. 746* Nam haud hospitium *Guyetus* prepudio *B.* p̄pudio *CDF* neque *in marg. B* cartaginem *CD* 1055. INDESUMORIUNDUS‡DE*(vel* I*)*IDENTTIBIOMNESQUAEUELIS *A* Unde *F, Pylades.* Inde *BCD Z cum A* sum *del. Ussingius cum Guyeto* oriundus *B* Hanno] Agor. *CD* dident *D.* diderit *B* Di omnes tibi dent *Geppertus.* Di dent omnes *Redslobius Symb. p. 15* Di omnia tibi dent *Lomanus p. 59* quę *C* 1056. *Sic A, nisi quod* AISQUID Quid ait *DFZ et militi quidem verba tribuentes FZ: corr. Pylades* quid *ex A Ritschelius Nov. exc. p. 56* potis est *Luchsius Hermae vol. VIII (a. 1873) p. 117* uti *Geppertus* cartagini *C* fieri? tu Carthagini ‖ Es gnatus *e. q. s. Ussingius* 1057. *Sic A, nisi quod* HABUISTI hic autem Aetolum habueris *Acidalius.* si

AGORASTOCLES

Surrúptus sum illinc, híc me Antidama hospés tuos
Emít et is me síbi adoptauit fílium.

HANNO

Demárcho item ipse fúit adoptatícius.
Sed mítto de illoc: ád te redeo. díc mihi:
Ecquíd meministi tuóm parentum nómina?

AGORASTOCLES

Patris átque matris mémini.

HANNO

Memoradúm mihi,
Si nóui forte aut sí sunt cognatí mihi.

AGORASTOCLES

Ampsígura mater míhi fuit, Iahón pater.

HANNO

Patrem átque matrem uíuerent uellém tibi.

AGORASTOCLES

An mórtui sunt?

HANNO

Fáctum: quod ego aegré tuli:

1062. *Priscianus VII 26 (Gr. lat. II p. 308, 24):* tuum pro tuorum . . . Plautus . . . in Poenulo: 'ecquid . . . nomina'

hic autem habuisti Aetolum *Bothius* aecolum *B.* aetholum *CD*

1058. *Sic A, nisi quod* ANTIDAMAS *et* TUUS Subreptus *F.* Surptus *Acidalius* illim *Lambinus, Lachmannus in Lucr. p. 189, Ritschelius Opusc. II p. 454: cf. tamen Nov. exc. p. 63* hic me Antidama hospes *Muellerus Pros. Pl. p. 10.* hic me *(*me *s. v. D)* antidamas hospes *libri cum A.* hic hospes Antidamas *Bothius ducibus Lambino et Acidalio. (*illim*)*, hic med Antidama hospes *Ritschelius Opusc. III p. 126 Cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 12* tuus *libri cum A* 1059. *Sic A* Emittetis *B.* Emit me et is *Camerarius: cf. Acidalius* ad optauit *B.* adoptauit *(*d *inter scrib. ex* p*) D* 1060. *Pers. om. B Sic A, nisi quod* ITEM *et* ADOPTATICIUS *A* adoptatitius *D.* adoptatius *B* 1061. *Hann. not. praem. B Sic A* illo ad *BCDFZ.* illo et ad *Camerarius* rodeo *C Cf. Langrehr p. 25* 1062. *Sic A, nisi quod* TUUM Ec quid *CD* tuum *libri cum Prisciano* 1063. *Pers. om. B* PATRISATQ:MATRIS♯MEMINI♯MEMORADUMMIHI *A* adque *B* Hanno] *om. C in principio v.* Memora dum *FZ cum A.* Memorandum *BCD* 1064. *Sic A, nisi quod* NOTIO *pro* noui 1065. AMSIGURAMATERFUITMIHIHIAONPATER *A* Ampsigura *BDFZ.* Amsigura *C cum A: cf. Studemundus l. i. s. et Koenig de nom. pr. p. 8 sq.* mihi *(*m *inter scrib. ex* s *facta) D* Iahon *Studemundus Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 71.* ihon *B.* iacon *F.* lachon *Z.* Iachon *CD, Pylades* 1066. *Inde ab hoc v. usque ad 1103 deficit A V. om. F* 1067. factum quod ego aegre tuli *Lambinus, Bentleius, Bothius.* factum quod aegre *(*egre *C)* tuli *libri.*

Nam mihi sobrina Ampsígura tua matér fuit,
Patér tuos is erat fráter patruelís meus,
Et ís me heredem fécit, quom suom obiít diem,
Quo mé priuatum esse aégre patior mórtuo.
Sed sí itast, ut tu sís Iahonis fílius,
Signum ésse oportet ín manu laeuá tibi,
Ludénti puero quód memordit símia.
Osténde: inspìciam.

AGORASTOCLES

Em.

HANNO

Aperi, si audes. átque adest.

AGORASTOCLES

Mi pátrue, salue.

HANNO

Et tú salueto, Agorástocles.
Iterúm mihi gnatus uídeor, quom te répperi.

---

factum, quod quidem aegre tuli *Acidalius.* factumst aegre quod tuli *Guyetus.* factum quod mi aegre fuit *coll. Curc. v. 169 Reizius: cf. Seyffertus Stud. Pl. p 7 et Goetzius Act. soc. phil. Lips. vol. VI p 247* 1068. sobrina ampsigura *(pro* m *incohabatur* p*) C.* sobrinammpsagura *(*am *corr. in* aa*) B* 1069. tuus *libri* is *del. Pareus³, Bothius: cf. Madvigius ad Cic. de fin. V 8, 23* erat *(*e *inter scrib. ex* f *vel* s *corr.) D* 1070. his *B* quom *solus B.* cum *reliqui* suum *libri* obit *Reizius, Muellerus Pros. Pl. p. 459* 1071. *Suspectat hunc v. Hasperus l. s. s.* priuatum esse *Camerarius.* priuatum *libri* agrae *B.* ęgre *C.* egrę *D* pacior *C* priuatum patior aegre *Pylades* 1072. ita est *BCD* iahonis *B.* iahonis *(*a *ex* o*) D¹.* iahonis *D⁴ ut vid.* iachonis *C.* lachonis *FZ* 1073. inmanu leua *C* manuleuatibi *D* 1074. memordit *D, Scaliger, Bothius.* me mordit *C.* momordit *BFZ* 1075. Ostende ut *Camerarius* inspiciam *Camerarius.* inspici iam *B.* inspice iam *reliqui.* Ag. inspice. Poen. Iam *Pylades* Agor. Em Hanno. Aperi, si audes. atque adest *scripsimus dubitantes.* aperi audi atque *(*audiatque *B)* ades *libri, ubi* aperi. Ag. uide. Eccum adest *Muretus Var. lect. XII 19* Ag. inspice iam: Poen. Ah perii. Ag. Ah dii ecce adest *Gruterus.* inspiciam aperte. age. Agor. Audio. Poen. Atque adest *Bothius¹.* inspiciam. Ag. Ut perii, audiui. Poen. Atque adest *Bothius².* Ag. Inspice iam. Poen. Aperi. Ag. Vide sis. Poen. eccum adest *Weisius.* inspiciam. ah perii gaudio, atque id est *Kochius Nov. annal. vol. 107 (a. 1873) p. 243* Ah perii. uiden? HA. Atque eccum *Geppertus* adi atque ades *Lambinus.* Ag. Audio atque adest *Spengelius Plaut. p. 195 Versus additicius videtur Ussingio* 1076 Agor.] *pers. prnem. BFZ, om. CD* salueto *Camerarius.* salue *libri,* salue, mi *Pylades* agorastocles *D* 1077. Item *C* quom te *Luebbertus Gramm. Stud. II p. 243, Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1878) p. 404.* quo atte *B.* quo ate *CD¹.* quod te *D⁴FZ.* quia te *Camerarius*

MILPHIO
Pol istám rem uobis béne uortisse gaúdeo:
Sed té moneri núm neuis?
HANNO
Sané uolo.
MILPHIO
Patérna oportet fílio reddí bona:
Aequómst habere hunc bóna, quae possedít pater.
HANNO
Haud póstulo aliter: réstituentur ómnia:
Suam síbi rem saluam sístam, si illo aduénerit.
MILPHIO
Facitó sis reddas, étsi hic habitabít, tamen.
HANNO
Quin méa quoque iste habébit, si quid mé fuat.
MILPHIO
Festíuom facinus uénit mi in mentém modo.
HANNO
Quid idést?
MILPHIO
Tua opus est ópera.
HANNO
Dic mihi, quíd lubet?
Profécto uteris, út uoles, operám meam.

1078. istanc *Bothius* uobis *del. Pareus*², *Guyetus, Reizius* bene *del. Weisius* bene uortisse (= beneuertisse) *Muellerus Pros. Pl. p. 390.* bene euenisse *libri* *De v. 1079—1085 suspicionem movet Schueth p. 38: cf. v. 1278 sq.* 1079. Sed *Pareus*³. Et *libri.* At *Geppertus* te monerinum neuis *B.* temoneri num neuis (*ex* niuis *m. 1.* ne uis *m. 4*) *D.* te moneri num me uis *C.* te moueri num neuis *F.* te moneri nonne uis *Z, ubi* non neuis *Acidalius*, numne *Ritschelius Proleg. p. 75: at cf. Opusc. II p. 248* *V. 1080 et 1081 simul ferri non posse dicit Langrehr p. 21* 1080. filio reddi *Bentleius, Bothius.* filio reddi *D (corr. m. 2).* reddi filio *reliqui* 1081. Aequom si *B.* ęqum si *C.* Aequum si *D.* Aequumst *F.* ęquum est *Z* que *BCD* 1082. Haut *B* restituentur (*pro* e *alt. incohata erat* n) *C* omma *B* 1083. sibi rem *B, Brixius ad Trin. v. 156.* rem sibi *reliqui* illoc uenerit *Geppertus* 1084. Facito *ex* Facite *is qui sigla personarum scripsit in B* et si *C* habitabit *Pylades.* habit *BC.* habet *FZ.* habit (h *s. v.*) *D.* hic habitat *Bothius* *Cf. Langrehr p. 21* 1085. Quim *B* siquit *B* de me *FZ* fuit *B* 1086. *Milph. pers. om. B* Festiuom *B.* Festiuum *CD* mihi in mentem *DFZ.* mihi immentem *B.* mihi inmentem *C* 1087. tua opus est *B, Bothius.* tua est opus *CDFZ* dic/// (*er. pars* t *litterae*) *C*

Quid ést negoti?

MILPHIO

Pótin tu fieri súbdolus?

HANNO

Inimíco possum: amícost insipiéntia.

MILPHIO

Inimícus herclest húius.

HANNO

Male faxím lubens.

MILPHIO

Amat á lenone hic.

HANNO

Fácere sapientér puto.

MILPHIO

Leno híc habet uicínus.

HANNO

Male faxím lubens.

MILPHIO

Ei duaé puellae sínt meretrices séruolae
Soróres: earum hic álteram efflictím perit,
Neque eam íncestauit úmquam.

HANNO

Acerba amátiost.

MILPHIO

Hunc léno ludificátur.

HANNO

Suom quaestúm colit.

1089. negotii *BCD*, negocii *FZ* potin tu *BCDF*. potin *Z* sub dolus *D* 1090. amico est insipientia *Pylades*. amico *(sequitur spatiolum C)* insipientia est *libri*. nam amico insipientia est *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 403* 1091. hercle est *libri* 1092. allenone *B*. alenone (n *prior s. v. C*) *CD*. ab lenone *F* Facere *Camerarius*. Facile *BCD*. Facit *FZ*. Facit id *Pylades* 1093. Leno *om. C* habet uicinus *Seyffertus Stud. Pl. p. 6*. habitat uicinus *libri* 1094. duę puellę *C* seruulae *D*. seruulae *B*. seruulę *C* 1095. perit *Z*. periit *BCDF* 1096. incestauit *(s ex* t, t *prior ex* s, *quae ex* t *facta est) C* acerba *in ras., ubi* suũ quęstũ colit *scriptum erat, C* amatio st *B*. amatio est *reliqui* 1097. Hunc *Pius*. Nunc *libri* ludicatur *B* suum *libri* quęstum *C*. questum *B* querit *et s. v.* colit *D*

MILPHIO

Hic illí malam rem dáre uolt.

HANNO

Frugist, si íd facit.

MILPHIO

Nunc hóc consilium cápio et hanc fabricam ápparo,
Vt te állegemus: fílias dicás tuas
Surrúptasque esse páruolas Carthágine
Manúque liberáli causa eas ádseras,
Quasi fíliae tuaé sint ambae. intéllegis?

HANNO

Intéllego hercle: nám mihi item gnataé duae
Quom nútrice una súnt subreptae páruolae.

MILPHIO

Lepide hércle adsimulas. iam ín principio id míhi placet.

HANNO

Pol mágis, quam uellem.

MILPHIO

Eu, hércle mortalém catum,
Malúm crudumque et cállidum atque súbdolum:

1098. illi] ei *Guyetus* Illi hic *Geppertus* rem *om. B* rem malam illi *Pareus*[3] nult *libri* frugist *Muellerus Pros. Pl. p. 123.* frugi *BCDFZ* 1099. han *C* fabricam *(*b *ex* p*) C.* fabrica *B* aparo *B* 1100. Utte *C.* Vite *B* dice has *Franckenus Mnemos. vol. IV (a. 1876) p. 157* tuas *om B* 1101. Surruptas que *BC* paruulas *libri* 1102. Manuque *Pylades.* Manum *libri.* Manu *Scutarius* eas *Reizius. idem vel* has *Weisius.* ambas *libri.* ambo *Bothius.* has *Guyetus* asseras *CD* 1103. Qua si *B* filię tuę *BC* ambę *B.* ambe *C* intellegis D^4Z. intelligis *F.* inpellegis BD^1. impellegis *C* 1104. INTELLE*(vel* I*)*GOHERCLENAM .... ITEMG*(dubia)* ... A— *A* A *praem. B.* Agor. *CZ* intelligo *F* item mihi *Geppertus* duę *B.* tuę *CD* 1105. CUMNUTRI *in A legi potuit* Quom *B.* Cum *reliqui cum A* sunt subreptae *Bothius, Reizius.* surreptas uni *BCD.* subruptae sunt *F.* surreptae sunt *Z* paruulę *CD.* paruuloe *B* 1106. *Pers. om. B* LE....H..... ADSIMULASIAMINPRINCIPIOID-MIH .... CET *A* assimulas *BC* iam principium id *Acidalius.* iam id principium *Geppertus* inprincipio *C* 1107. POLMAGISQUAM-UELLEM ... *(quadrat* #EU*)*HERCLEMORTALEMC— *A* mage *Bothius* heu *FZ* catum *om. B* 1108. MALUMCRUDUMQ ..... *(quadrare videntur* ·CALLI*)*DUM*(*DUM *dubiae)* ..... *(quadrant* ET-SUBDOL*)*UM *A* crudum que *B* crudumque et] fraudumque *Franckenus l. s. s. p. 157.* uorsutum *Geppertus* et callidum *Pylades.* est ollidum *BC* (olli dum*) D.* est olidum *F.* et olidum *Z* atque *Guyetus.* et *BCDFZ* sub dolum *C* *Versum delet Ussingius, fortasse recte*

Vt ádflet, quo illud géstu faciat fácilius.
Me quóque dolis iam súperat architéctonem.

HANNO

Sed eárum nutrix quá sit facie, mi expedi.

MILPHIO

Statúra haud magna, córpore aquilost.

HANNO

Ipsa east.

MILPHIO

Specié uenusta, críne atque oculis pérnigris.

HANNO

Formám quidem hercle uérbis depinxtí probe.

MILPHIO

Vin eám uidere?

HANNO

Fílias maló meas.

1111—1114. *Gellius N. A. XIII 30, 4:* non solum autem in hominum corporibus, sed etiam in rerum cuiusquemodi aliarum 'facies' dicitur . . Ecce autem id quoque in mentem uenit, quod etiam Plautus in Poenulo 'faciem' pro totius corporis colorisque habitu dixit. Verba Plauti haec sunt: 'set . . . probe' 1111—1112. *Nonius p. 52, 20:* faciem totius corporis formam, [non tantum] *πρόσωπον*, id est os, posuit antiquitas prudens . . . Plautus Poenulo: 'sed . . . ipsa est' 1112. aquilo corpore: nigro corpore *glossa Loewii Prodr. p. 273. Cf. idem p. 298*

